M. T. CICERONIS
EPISTOLAE
AD ATTICUM
AD QUINTUM FRATREM
ET QUAE VULGO
AD FAMILIARES
DICUNTUR
TEMPORIS ORDINE
DISPOSITAE

RECENSUIT
SELECTISQUE SUPERIORUM INTERPRETUM
SUISQUE ANNOTATIONIBUS
ILLUSTRAVIT
CHRISTIANUS GODOFR. SCHÜTZ

TOMUS I.

HALAE
IN LIBRARIA HEMMERDEANA
clↄ Iↄ CCCVIIII.

PRAEFATIO.

Salubri ac frugiferae epiftolarum Ciceronis lectioni duo potiffimum offeciffe videntur; unum, quod variarum epiftolarum libri, quae vulgo *ad familiares*, et parum latine *ad diverfos* vocantur, feiungerentur ab epiftolis ad Atticum et Quintum fratrem, quo factum eft, ut illae quidem frequentius legerentur, hae vero multo pauciores haberent lectores; quamquam iam Cornelius Nepos animadverterat, has qui legat, non multum defideraturum contextam illorum temporum hiftoriam. Alterum, quod ne illae quidem epiftolae ad complures alios fcriptae temporis ordine legerentur; etfi Caroli Sigonii praeclarum ftudium in his epiftolis ad tempora fua revocandis, affumpto Hieronymi Ragazonii nomine enituerat, et poftea aliquot factae funt editiones, inde ab Adamo Theodoro Sibero, quae vulgari ordine relicto iftas epiftolas

temporis ordine digeſtas haberent. Sed nihil ad harum literarum intelligentiam et uſum fructuoſius eſt, quam omnes, quotquot genuinae ſunt, nec ſolum illas ad familiares, ſed etiam ad Atticum et Q. fratrem coniunctim, ſed eo ordine, quam ſingularum aetas poſtulat, perlegere; qua ratione non ſolum multis locis, quae ſit Ciceronis ſententia facilius intelligitur, ſed etiam de eius conſiliis rectius iudicatur, omninoque et ipſius, et eorum ad quos ſcripſit, vel de quibus in iſtis epiſtolis agitur, virtutes et vitia verius animis lectorum informantur.

Itaque quum nuper Wielandus V. C. prudentiſſimo conſilio verſionem epiſtolarum Ciceronis germanicam ſic inſtituiſſet, ut nullo diſcrimine earum quae ad Atticum, ad Quintum fratrem, ad aliosque ſcriptae ſunt habito, omnes inter ſe permistas temporis ordine digereret, operae pretium me facturum eſſe putavi, ſi, quod iam olim facere cogitaram, editionem eiusmodi curarem, quae epiſtolas genuinas omnes (nam ſpurias ad Brutum nihil moror) eodem annorum ordine diſpoſitas complecteretur. Quo in opere, quid mihi propoſuerim, paucis exponam.

Textum igitur ſic inſtruxi, ut Erneſtii editionem fundamenti loco poſitam cum ſubſidiis, quae adhuc exſtant, criticis diligenter compa-

rarem, ab eaque saepenumero, ubi res et veritas postularet discederem. Et hic quidem deplorare libet tristissimam calamitatem, quae optimam Epistolarum ad Familiares editionem, quam Vir longe doctissimus *Io. Aloysius Martyni-Laguna* instituerat, abrupit, egregiamque spem, quam de ea viri eruditi conceperant, fere totam destituit. Quippe quum ab eo textus sex priorum librorum editus esset, repentinum aedium incendium hominem meliore fortuna dignissimum perculit, ac non solum magnam facultatum partem, inprimis egregiam bibliothecam, sed etiam omnes eius commentarios in Lucanum, Ciceronis epistolas, aliosque auctores irreparabili damno absumpsit. Ubicunque igitur ab Ernestii recensione discedendum esset, id breviter addita mutationis causa in notis indicavi. Ceterum farraginem discrepantium lectionum quae nihil ad veritatem scripturae reperiendam prodessent, omnem praetermisi.

In reliqua annotatione hunc modum tenui, ut quae superiores editores ad historiam potissimum illustrandam, et res de quibus ageretur, explicandas attulissent, ex his ea seligerem, quae mihi, obscuritatem aliquam aut dubitationem, brevissime et lucidissime expedire viderentur. Et his quidem annotationibus au-

ctorum nomina ſubieci; qua ratione ſatis distinctae ſunt, ab iis quas ipſe addendas putavi, ut nihil opus eſſet iis nomen meum ſubſcribere.

Ultimo epiſtolarum tomo, praeter ſeriem epiſtolarum vulgarem, cum huius editionis ordine comparatam, indicem rerum et tabulam chronologicam adiiciemus, qua praecipua vitae Ciceronis momenta annis ſuis alligabuntur. Scr. Halae d. xxviii. Apr. cIↃIↃcccix.

M. T. CICERONIS

EPISTOLAE

ANTE CONSULATUM

AB A. U. C. DCLXXXV. AD A. DCLXXXVIII.

SCRIPTAE.

EPISTOLA I. (Att. I. 5.)

Scr. Romae A. U. C. 685.

L. Caecilio Metello, Q. Marcio Rege Coss.

Lucii Ciceronis, fratris patruelis, mortem deplorat. 1. *Quinti fratris in uxorem Pomponiam, Attici sororem, offensioris animum, ut placaret, curae sibi fuisse, narrat.* 2. *raram literarum missionem excusat.* 3. *quid de Acutiliano negotio,* 4. *et in Lucceio placando egerit, narrat.* 5. *errorem Attici in re Tadiana corrigit.* 6. *Epiroticam emptionem ei gratulatur.* 7. *Tusculanum suum, ut ornare pergat, petit.* 8. *adduntur domestica quaedam.* 9.

CICERO ATTICO, S.

Quantum dolorem acceperim, et quanto fructu sim privatus et forensi, et domestico, Lucii fratris nostri morte, in primis pro nostra consuetudine tu existimare potes. Nam mihi omnia, quae iucunda ex humanitate alterius et moribus homini accidere possunt, ex illo accidebant. Quare non dubito, quin tibi quoque id molestum sit, quum et meo dolore moveare, et ipse omni virtute, officioque ornatissimum, tuique et sua sponte, et meo sermone amantem, affinem amicumque amiseris.

Epist. I. *Fratris nostri*] scil. patruelis. Nam Ciceronis pater Marcus habuit fratrem Lucium Ciceronem, cuius filius erat hic, quem mortuum esse queritur.

affinem] quia Attici soror Pomponio Q. Ciceroni nupserat, affinitas haec etiam ad Quinti patruelem pertinebat.

2 Quod ad me ſcribis de ſorore tua; teſtis erit tibi ipſa, quantae mihi curae fuerit, ut Quinti fratris animus in eam eſſet is, qui eſſe deberet. Quem quum eſſe offenſiorem arbitrarer, eas literas ad eum miſi, quibus et placarem ut fratrem, et monerem ut minorem, et obiurgarem ut errantem. Itaque ex iis, quae poſtea saepe ab eo ad me ſcripta ſunt, confido ita eſſe omnia, ut et oporteat, et velimus.

3 De literarum miſſione, ſine cauſa abs te accuſor. Numquam enim a Pomponia noſtra certior ſum factus, eſſe cui literas dare poſſem. Porro autem neque mihi accidit, ut haberem, qui in Epirum proficiſceretur; neque dum te Athenis eſſe audiebamus.

4 De Acutiliano autem negotio quod mihi mandaras, ut primum a tuo digreſſu Romam veni, confeceram; ſed accidit, ut et contentione nihil opus eſſet, et ut ego, qui in te ſatis conſilii ſtatuerim eſſe, mallem Peducaeum tibi conſilium per literas, quam me dare. Etenim quum multos dies aures meas Acutilio dediſſem, cuius ſermonis genus tibi notum eſſe arbitror: non mihi grave duxiſſem ſcribere ad te de illius querimoniis, quum eas audire, quod erat ſubodioſum, leve putaſſem. Sed abs te ipſo, qui me accuſas, unas mihi ſcito literas redditas eſſe, quum et otii ad ſcribendum plus, et facultatem dandi maiorem habueris.

---

2. *ut minorem*] natu ſcilicet.

3. *neque dum te Athenis eſſe audiebamus*] quo nimirum nunc Atticus ex Epiro redierat.

4. *Peducaeum*] Is eſt Sex. Peducaeus Attici amiciſſimus. Cf. Corn. Nep. in vita Attici. c. 21.

de Acutiliano negotio] Acutilianum negotium erat de ſolutione nominis alicuius delegati Acutilio; quod Atticus ſolvere volebat, modo Acutilius ſatisdaret neminem amplius ab ipſo petiturum. Eam autem ſatisdationem Acutilii procurator praeſtare recuſaverat. cf. ep. 4. *Pompa,*

Quod ſcribis, etiamſi cuius animus in te eſſet of- 5
fenſior, a me recolligi oportere: ſcio quid dicas; neque id neglexi; ſed eſt miro quodam modo affectus. Ego autem, quae dicenda fuerunt de te, non praeterii. Quid autem contendendum eſſet, ex tua putabam voluntate ſtatuere oportere; quam ſi ad me perſcripſeris, intelliges me neque diligentiorem eſſe voluiſſe, quam tu eſſes, neque negligentiorem fore, quam tu velis.

De Tadiana re, mecum Tadius locutus eſt, te ita 6

---

5. *ſcio quid dicas*] Addidi *ſcio*, quod propter ſenſum abeſſe non poteſt. Ellipſis enim, quam nonnulli hic fingunt, eſt inaudita. Et iſtud *neque*, quod ſequitur, poſtulat antecedens verbum, ad quod referatur. *Scio — neque id neglexi.*

affectus] Lucceius nempe, de quo plura ſcribit. ep. 2, 4. ep. 6, 2. ep. 7, 1. Dubium mihi non eſt, quin hic ſit idem L. Lucceius, hiſtoriae ſcriptor, quem Cicero res geſtas ſuas narrare volebat.

quid autem contendendum eſſet] Erneſtius cum Graevio probat lectionem Cod. Balliol. *concedendum.* Mihi tamen potius legendum videtur: *quoad autem contendendum eſſet*, ſicut ep. 6. in eadem re ait: *eo nunc tamen et agam ſtudioſius, et contendam ab illo vehementius, quod tantam ex epiſtola voluntatem eius rei tuam perſpicere videor.* Sic ep. 4. *quid mihi elaborandum ſit.*

6. *De Tadiana re*] Hereditatem quandam, quae puellae obvenerat, quum eſſet in agnatorum tutela Tadius biennium aut diutius poſſederat, quoad ſatis eſſet, ad inducendam eius hereditatis uſucapionem. Eam hereditatem quum a Tadio puellae agnati, qui tutelam eius gerebant, repeterent, Atticus eam uſucaptam putabat. Cicero vero mirabatur ignoraſſe Atticum, in huiusmodi re uſucapionem procedere nequiviſſe, quum de tutela, i. e. de re pupilli pupillaeve, nihil uſucapi poſſet. Nam quum res pupillorum nequeant ſine decreto alienari, fatendum eſt, non poſſe quoque uſucapi. *Boſius.* Haec probabilior eſt quam Manutii ſententia, opinantis Tadium fuiſſe puellae agnatum, et legitimum tutorem, qui quum alius quis ex pupillae bonis quaedam poſſideret, ea iure perſequeretur.

fcripfiffe, nihil effe iam, quod laboraretur, quoniam hereditas ufucapta effet. Id mirabamur te ignorare, de tutela legitima, in qua dicitur effe puella, nihil ufucapi poffe.

7 Epiroticam emptionem gaudeo tibi placere.

8 Quae tibi mandavi, et quae tu intelliges convenire noftro Tufculano, velim, ut fcribis, cures, quod fine moleftia tua facere poteris. Nam nos ex omnibus moleftiis, et laboribus uno illo in loco conquiefcimus.

9 Q. fratrem quotidie exfpectamus. Terentia magnos articulorum dolores habet, et te, et fororem tuam, et matrem maxime diligit, falutemque tibi plurimam adfcribit, et Tulliola, deliciae noftrae. Cura, ut valeas, et nos ames; et tibi perfuadeas, te a me fraterne amari.

EPISTOLA II. (Att. I. 6.)

Scr. Romae eodem anno.

Epiftolarum diligentiam promittit et pofcit. 1. *de domo Rabiriana a Fonteio empta.* 2. *Q. fratris animum uxori reconciliatum effe.* 3. *Patrem deceffiffe narrat.* 4. *ornamenta Tufculano ut curet, rogat* 5. *et, ut quid agat, fe certiorem faciat.* 6.

CICERO ATTICO, S.

Non committam pofthac, ut me accufare de epiftolarum negligentia poffis. Tu modo videto, in tanto otio ut par mihi fis.

2 Domum Rabirianam Neapoli, quam tu iam dimen-

---

7. *Epiroticam emptionem*] In Epiro circa Buthrotum habuit praedia Atticus, quorum in his epiftolis paffim fit mentio, et apud Nepotem in Attici vita. *Cafaub.*

9. *Q. fratrem — exfpectamus*] Vulgo *quo fratrem q. exfpectamus.* Melius autem Lambinus: *Q. fratrem.*

Epift. II. 2. *domum Rabirianam*] quae fuit C. Ra-

ſam, et exaedificatam animo habebas, M. Fonteius emit H-S cccɪɔɔɔ xxx. id te ſcire volui, ſi quid forte ea res ad cogitationes tuas pertineret.

Q. frater, ut mihi videtur, quo volumus animo 3
eſt in Pomponiam, et cum ea nunc in Arpinatibus praediis erat, et ſecum habebat hominem χρηστομαθῆ, D. Turranium.

Pater nobis deceſſit a. d. VIII. kal. Decembr. 4

Haec habebam fere, quae te ſcire vellem. Tu, 5
velim, ſi qua ornamenta γυμνασιώδη reperire poteris, quae loci ſint eius, quem tu non ignoras, ne praetermittas. Nos Tuſculano ita delectamur, ut nobismet ipſis tum denique, quum illo venimus, placeamus.

Quid agas omnibus de rebus, et quid acturus ſis, 6
fac nos quam diligentiſſime certiores.

EPISTOLA III. (Att. I. 7.)

Scr. Romae A. U. C. 685. menſe Decembri.

Matrem Attici valere. 1. *Cincio ſe ſoluturum pecuniam.* 2. *Praeterea Atticum, ut ſibi empta Tuſculani ornamenta mittat, et bibliothecam conficiat, rogat.* 3.

CICERO ATTICO, S.

Apud matrem recte eſt, eaque nobis curae eſt.

---

birii, quem poſtea perduellionis reum Cicero Coſ. defendit et Apuli atque Campani ut municipem laudarunt. *Corrad.*

3. *in Arpinatibus praediis*] Habuit Q. frater praedium in Arpinate agro, quod dictum eſt *Arcanum*, cuius meminit lib. III. ad. Q. fratrem ep. 1. et alibi. *Graev.*

4. *pater nobis deceſſit*] Hoc factum eſſe putat Middletonus poſt Corradum anno 689. quo Cicero conſulatum petebat. Quod ſi verum eſſet haec epiſtola ad iſtum annum referenda fuiſſet. Veruntamen haec epiſtola illo anno ſcripta eſſe non potuit, quia anno 689. exeunte Atticus Romae fuit.

5. γυμνασιώδη] Sunt quae Gymnaſii ſint, illique loco

2 L. Cincio H-S XXCD conſtitui me curaturum idibus Febr.

3 Tu, velim, ea, quae nobis emiſſe, et paraſſe ſcribis, des operam, ut quam primum habeamus: et velim cogites, id quod mihi pollicitus es, quemadmodum bibliothecam nobis conficere poſſis. Omnem ſpem delectationis noſtrae, quam, quum in otium venerimus, habere volumus, in tua humanitate poſitam habemus.

EPISTOLA IV. (Att. I. 8.)

Scr. Romae A. U. C. 686.

C. Calpurnio Piſone, M' Acilio Glabrione Coſſ.

Attici matrem et ſororem valere ac diligi. 1. *de Acutiliano negotio.* 2. *de Tadiano.* 3. *Lucceium Attico iratum.* 4. *Cincio ſe pecuniam ſolviſſe.* 5. *ornamenta Tuſculani ab Attico curata ſe quam primum exſpectare.* 6. *Tulliam Attici munuſculum flagitare.* 7.

CICERO ATTICO, S.

Apud te eſt, ut volumus. Mater tua, et ſoror a me, Quintoque fratre diligitur.

---

praecipue conveniant, quod etiam inquit in Ep. ad Fabium Gallum. *Ea enim ſigna ego emere ſoleo quae ad ſimilitudinem gymnaſiorum exornent mihi in palaeſtra locum* Victor.

Epiſt. III. L. *Cincio*] Attici procuratori.

H. S. XXCD] Sunt haec ita efferenda: Seſtertium *viginta millia quadringentos.* *Caſaub.*

curaturum] Nempe pro ornamentis Tuſculani Ciceroni emptis, illam ſummam Atticus erogaverat, eamque ut Cincio ſuo nomine numeraret mandaverat. cf. Ep. ſeq.

bibliothecam] ſcilicet ex libris quos Atticus a ſervis literatis deſcribendos curare et vendere ſolebat.

Cum Acutilio ſum locutus. Is ſibi negat a ſuo 2 procuratore quidquam ſcriptum eſſe, et miratur iſtam controverſiam fuiſſe, quod ille recuſarit ſatisdare, amplius abs te non peti.

Quod te de Tadiano negotio decidiſſe ſcribis, id 3 ego Tadio et gratum eſſe intellexi, et magnopere iucundum.

Ille noſter amicus, vir mehercule optimus, et 4 mihi amiciſſimus, ſane tibi iratus eſt. Hoc, ſi, quanti tu aeſtimes, ſciam, tum, quid mihi elaborandum ſit, ſcire poſſim.

L. Cincio H-S ccıↄↄ ccıↄↄ cccc pro ſignis Me- 5 garicis, ut tu ad me ſcripſeras, curavi.

Epiſt. IV. 3. *decidiſſe*] *Decidere* Latinis ſaepe eſt transigere cum adverſario ſine iudice. Sic Cic. pro Roſc. Amer. c. 36. *Si haec ei vero privatus Sex. Roſcius mandaviſſet, ut eum Chryſogono transigeret atque decideret.* Idem alibi: *qui cum reo transigat, cum accuſatore decidat.* Africanus apud Iuſtin. 31, 1. *Nihil neque gratiae dari, neque de iure patriae decidi poſſe. Graev.*

et gratum — et iucundum] Notabis amplius eſſe *iucundum* quam *gratum*, quod ex hoc loco apparet. Immo interdum aliud eſt *gratum*, aliud *iucundum* ut in tertia harum epiſtolarum. *Iſta veritas etiamſi iucunda non eſt, mihi tamen grata eſt.* Et ad Sulpit. lib. IV. *Cuius officia iucundiora ſcilicet ſaepe mihi fuerunt, gratiora nunquam.* *Gratum* igitur id proprie eſt, cuius cauſa gratiae habentur, *iucundum*, quod voluptatem affert. Senſus h. l. eſt factum Attici gratum Tadio fuiſſe, qui vel cum damno optabat eam controverſiam decidi, ſed etiam ex animo eius deciſſe Atticum. *Caſaub.*

4. *ille nuper amicus*] Lucceius.

et mihi amiciſſimus] *Vetuſto amore, conſuetudine et ſtudio paribus* lib. V. ad Fam. ep. 16.

5. *pro ſignis Megaricis*] ἀπὸ τῶν Μεγάρων. Nam τὰ Μέγαρα vocat Thucyd. lib. IV. et Strab. lib. VIII. et in Attica collocat et lapicidinam prope Amphialum eſſe ſcribit. Quin μόνοις Ἑλλήνων Μεγαρεῦσιν ὁ κογχίτης λίθος ἐστι, καὶ σφισι, καὶ τῇ πόλει πεποίηται πολλὰ ἐξ αὐτοῦ, Pauſan. in Attic. prae-

6 Hermae tui Pentelici cum capitibus aeneis, de quibus ad me ſcripſiſti, iam nunc me admodum delectant. Quare velim, et eos, et ſigna cetera, quae tibi eius loci, et noſtri ſtudii, et tuae elegantiae eſſe videbuntur, quam plurima, quam primumque mittas, et maxime quae tibi gymnaſii, xyſtique videbuntur eſſe. Nam in eo genere ſic ſtudio efferimur, ut abs te adiuvandi, ab aliis prope reprehendendi ſimus. Si Lentuli navis non erit, quo tibi placebit, imponito.

7 Tulliola, deliciolae noſtrae, tuum munuſculum flagitat, et me, ut ſponſorem, appellat; mi autem abiurare certius eſt, quam dependere.

EPISTOLA V. (Att. I. 9.)

Scr. Romae A. U. C. 686.

Raras ab Attico literas venire queritur. 1. *Signa ſibi ut curet petit.* 2. *Chilii rogationem commendat.* 3.

CICERO ATTICO, S.

Nimium raro nobis abs te literae afferuntur: quum et multo tu facilius reperias, qui Romam pro-

---

terea quum victoribus in ſacris certaminibus dicarentur ſtatuae. Plin. XXXIV. c. 4. Μεγάροις δὲ ἔχεις γέρας inquit Pindarus Od. 8. Pyth. *Corrad.*

6. *Pentelici*] Ex marmore Pentelico facti. ὄρος γάρ ἐστι Ἀθηναίοις Πεντελικὸν, ἔνθα λιθοτομίαι Pauſan. in Attic. et Theophr. περὶ τῶν λίθων. *Corrad.* Solebant autem ſtatuis capita imponi ex alia materia ad ornatum pariter et firmitudinem. Unde apud Suetonium *ſtatuis capita detrahere. Popma.*

et ſigna cetera] Sic legendum, non ut vulgo, *et ſigna et cetera.* Nam alioquin videbitur Hermas non agnoſcere pro ſignis. *Caſaub.*

quae tibi eius loci] Supple, *quem tu non ignoras* ex Ep. 2. *Corrad.*

nam in eo genere] Scil. voluptatis. Sic ep. 5. *genus hoc eſt voluptatis meae.*

ficiſcantur; quam ego, qui Athenas; et certius tibi ſit, me eſſe Romae, quam mihi, te Athenis. Itaque propter hanc dubitationem meam brevior haec ipſa epiſtola eſt; quod quum incertus eſſem, ubi eſſes, nolebam illum noſtrum familiarem ſermonem in alienas manus devenire.

Signa Megarica, et Hermas, de quibus ad me 2 ſcripſiſti, vehementer exſpecto. Quidquid eiusdem generis habebis, dignum Academia tibi quod videbitur, ne dubitaris mittere, et arcae noſtrae confidito. Genus hoc eſt voluptatis meae, quae γυμνασιώδη maxime ſunt, ea quaero. Lentulus naves ſuas pollicetur. Peto abs te, ut haec cures diligenter.

Epiſt. V. 2. *Academia*] Sic appellat gymnaſium quod in Tuſculano exſtruendum curaverat, idque omnibus modis exornandum.

arcae noſtrae confidito] Confidito me praeſenti pecunia ſoluturum. Nam pecuniae numeratio fiebat vel de domo ex arca, ſive ciſta, vel a menſa publica argentariorum, ut ait in Terentium Donatus. Seneca ad Lucilium Ep. 8. *Scis cuius arca utar; exſpecta me puſillum, et de domo fiet numeratio.* Scaevola D. Tit. de Conſtit. pecun. „Decem quae Lucius Titius ex arca tum acceperat." *Popma. Arcam* Latini ſcriptores, pro praeſenti pecunia ponunt. Unde *ſolvere ex arca*, cui contrarium ſolvere ex menſa. Cic. ad Q. Fr. Ep. II, 12. *Nihil eſſe quod poſthac arcae noſtrae fiducia conturbaret.* Eſt autem *arca* locupletium, *ſacculus* pauperiorum. Iuvenal. Sat. II, 26. *Ignorat quantum ferrata diſtet ab arca ſacculus.* — *Caſaub.*

Lentulus] Etſi vix ſciri poteſt quisnam fuerit hic Lentulus, videtur tamen Clodiae filius Ep. 20, quod ceteri fere omnes erant magiſtratibus functi vel erant ſenatores. Atqui lege Claudia cautum erat, ne quis ſenator, quive ſenatoris pater fuiſſet, maritimam navem, quae plus quam trecentarum amphorarum eſſet haberet. Liv. lib. XXI. Quin negotiari turpe putabatur. Orat. pro L. Flacco. *Corrad.*

3 Chilius te rogat, et ego eius rogatu, Εὐμολπιδῶν πάτρια.

EPISTOLA VI. (Att. I. 10.)

Scr. in Tusculano A. U. C. 686.

Brevitatem epistolae excusat. 1. *de Lucceio placando pollicetur.* 2. *ut signa, aliaque ornamenta Tusculani mittat, librosque sibi reservet, petit.* 3. *Quintum fratrem uxori Pomponiae reconciliatum nuntiat.* 4. *ad comitia sua Atticum venire nihil opus esse monet.* 5. *Tulliam munusculum iterum appellare.* 6.

CICERO ATTICO, S.

Quum essem in Tusculano, (erit hoc tibi pro illo

Chilius] Velim considerent eruditi an legi possit C. Helvius, ut sit C. Helvius Cinna, poeta istis temporibus illustris. — *Corrad.* Certi nihil definiri potest de nomine huius poetae.

Εὐμολπιδῶν πάτρια] h. e. *patrios ritus Eumolpidarum*, ut τα Σύρων πάτρια appellat Athenaeus lib. VIII. leges et ritus quosdam Syrorum. Cupiebat igitur Chilius sibi mitti ab Attico Eumolpidarum sacra, fortasse ut poematibus suis includeret. Erat enim poeta, ut ex alio loco colligitur. Ep. 20. *Victor.* Non est ut hic intelligantur ritus illi secretiores, qui tantum mystis noti erant, et sine capitis periculo vulgari non poterant, sed illa sacra et caeremoniae, quibus in Eleusiniis celebrandis utebantur in omnium oculis Eumolpidae, quasque poetae et prisci scriptores alii commemorant passim. Aut forsan per Eumolpidas intelligit ipsos Athenienses, ut petierit Chilius Atheniensium leges et disciplinam sibi describi et mitti. *Graev.* At hoc quidem nimis prolixum fuisset, quam, ut id Chilius ab Attico petere auderet; praeterea Cicero sine causa obscurius locutus fuisset. Itaque de Eumolpidarum ritibus explicandum.

Epist. VI. *erit hoc tibi pro illo tuo*] Legitur et *erit*

tuo: Quum essem in Ceramico) veruntamen quum ibi essem, Roma, puer a sorore tua missus, epistolam mihi abs te allatam dedit, nuntiavitque, eo ipso die post meridiem iturum eum, qui ad te proficisceretur. Eo factum est, ut epistolae tuae rescriberem aliquid; brevitate temporis tam pauca cogerer scribere.

Primum tibi de nostro amico placando, aut etiam 2
plane restituendo polliceor. Quod ego, etsi mea sponte ante faciebam, eo nunc tamen et agam studiosius, et contendam ab illo vehementius, quod tantam ex epistola voluntatem eius rei tuam perspicere videor. Hoc te intelligere volo, pergraviter illum esse offensum; sed quia nullam video gravem subesse causam, magnopere confido illum fore in officio, et in nostra potestate.

Signa nostra, et Hermeraclas, ut scribis, quum 3
commodissime poteris, velim imponas, et si quod aliud οἰκεῖον eius loci, quem non ignoras, reperies, et maxime, quae tibi palaestrae, gymnasiique videbuntur esse. Etenim ibi sedens haec ad te scribebam; ut me locus ipse admoneret. Praeterea typos tibi mando, quos in

---

hoc mihi. non minus lepide. Scribens enim Atticus Ciceroni illo principio usus erat: *Quum essem in Ceramico.* Eum Cicero casu, ut credi potest, imitatus, suamque epistolam ita auspicatus: *Quum essem in Tusculano*, id postea animadvertens, festive, *erit hoc mihi pro illo tuo*, hoc est, *erit hoc meum mihi eo loco, quo tibi tuum illud.* In quo est grata oppositio mei et tui. Recte etiam *Tibi*, illo sensu: *Erit hoc tibi*, hoc est restituetur reponeturque tibi pro illo tuo. *Malaspina.* Lectio *tibi* unice vera, utpote hic aptior et concinnior.

1. *quum essem in Ceramico*] Athenis nimirum, ubi illo tempore Atticus commemorabatur.

3. *Hermeraclas*] Mercurii et Herculis signa coniuncta, cuiusmodi etiam erant Hermathenae et Ἑρμέρωτες, ut h. l. olim in quibusdam antiquis editionibus legebatur.

typos] *Typi* sunt imagun-

tectorio atrioli possim includere, et putealia sigillata duo. Bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas, quamvis acrem amatorem inveneris, nam ego omnes meas vindemiolas eo reservo, ut illud subsidium senectuti parem.

4 De fratre, confido ita esse, ut semper volui, et elaboravi. Multa signa sunt eius rei, non minimum, quod soror praegnas est.

5 De comitiis meis, et tibi me permisisse memini, et ego iampridem hoc communibus amicis, qui te exspectant, praedico: te non modo non arcessi, sed prohiberi; quod intelligam multo magis interesse tua, te agere, quod agendum est hoc tempore, quam mea, te adesse comitiis. Proinde eo animo te velim esse, quasi

---

culae effigies ac formae hominum et aliarum rerum, quas variis fictas speciebus in tectorio Cicero volebat includere, quod etiam hodieque ad ornatum parietum faciunt. *Popma.*

putealia sigillata] tegumenta vel tympana quaedam puteorum sigillis ornata ut scyphos et simulacra sigillata dixit Verr. VI. *Corrad.*

bibliothecam tuam] Venalem scilicet, quam tibi pueri tui confecerunt, quaestus causa. Complures enim Atticus librarios habuit, unde fructum perciperet. Cf. Nepos in eius vita c. 13. *Malaspina.*

vindemiolas] h. e. copiolas, reditus sensim collectos et comparsos.

4. *ita esse*] in Pomponiam uxorem, sororem tuam.

praegnas] Ita libri veteres pro *praegnans* notante Lambino. Vox *praegnas* et *damnas*, quae apud ICtos saepe legitur, sunt veteris linguae reliquiae. Sic *sanas* unde *sanates* Gellio XVI. 10. *Casaub.*

de comitiis meis] scil. praetoriis.

non modo non arcessi a me, sed prohiberi] Sic Bosius e libro scr. correxit vulgatam *non modo non arcessam sed prohibebo*, quam correctionem verissimam puto, nec sequi dubitavi. Nam tota structura orationis eam desiderat, inprimis verbum *intelligam*, in quo omnes libri consentiunt; pro quo

mei negotii caufa in ifta loca miffus effes. Me autem eum et offendes erga te, et audies, quafi mihi, fi qua parta erunt, non modo te praefente, fed per te parta fint.

Tulliola tibi diem dat; fponforem appellat. 6

EPISTOLA VII. (Att. I. 11.)

Scr. Romae A. U. C. 686.

Fruftra fe adhuc elaboraffe fcribit in Lucceii vetere erga Atticum voluntate recuperanda. 1. *nondum fe defignatum praetorem effe.* 2. *iterum ut ea quae Atticus Academiae Ciceronis paraverit, mittat, librosque fibi confervet petit.* 3.

CICERO ATTICO, S.

Et mea fponte faciebam antea, et poft, duabus epiftolis tuis perdiligenter in eandem rationem fcriptis, magnopere fum commotus. Eo accedebat hortator affiduus Salluftius, ut agerem quam diligentiffime cum Lucceio de veftra vetere gratia reconcilianda. Sed, quum omnia feciffem, non modo eam voluntatem eius, quae fuerat erga te, recuperare non potui, verum ne caufam quidem elicere immutatae voluntatis. Tametfi iactat ille quidem illud tuum arbitrium, et ea, quae iam tum, quum aderas, offendere eius animum intel-

---

in vulgata lectione *intellige-re* deberet effe. *Ernefti.*

5. *in ifta loca*] In Graeciam, Athenas. *Corrad.*

6. *tibi diem dat*; dandi munufculi a te promiffi. *Corrad.*

fponforem appellat] Edd. vett. *non appellat*, quod et revocavit Victorius in ed. fecunda. Male. *Ernefti.* Nempe idem h. l. dicit Cicero, quod fupra ep. 4, 7. fic expresserat: *Tulliola — tuum munufculum flagitat, et me ut fponforem appellat.*

Epift. VII. 1. *illud tuum arbitrium*] Vulgo *fuum*. Sed Corradus ait alios libros, quos non nominat habere *tuum*; quod rectiffime probat Graevius. Nempe ar-

ligebam, tamen habet quiddam profecto, quod magis in animo eius insederit; quod neque epistolae tuae, neque nostra allegatio tam potest facile delere, quam tu praesens non modo oratione, sed tuo vultu illo familiari tolles, si modo tanti putabis id, quod, si me audies, et, si humanitati tuae constare voles, certe putabis. Ac, ne illud mirere, cur, quum ego antea significarem tibi per litteras, me sperare illum in nostra potestate fore, nunc idem videar diffidere; incredibile est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinatior, et in hac iracundia offirmatior: sed haec aut sanabuntur, quum veneris; aut ei molesta erunt, in utro culpa erit. . . . .

2 Quod in epistola tua scriptum erat, me iam arbitrari designatum esse; scito, nihil tam exercitum esse nunc Romae, quam candidatos, omnibus iniquitatibus; nec, quando futura sint comitia, sciri. Verum haec audies de Philadelpho.

3 Tu, velim, quae Academiae nostrae parasti, quamprimum mittas. Mire quam illius loci non modo usus,

---

biter fuerat Atticus in causa aliqua Lucceii, et contra eum pronuntiaverat. *Ernesti.*

neque nostra allegatio] Vulgo *legatio*. Sed, ut in uno exemplari scriptum inveni *allegatio* legendum est; siquidem *legatio* munus publicum est, a maiore potestate delatum, *allegatio* vero privatum, a privato aliquo. Nec fere aliter invenias apud scriptores. Nam hic idem noster in Verrem Act. I. *Petiit a me Rabonius et amicos allegat; facile impetrat.* Sed ille ex secunda Verrina locus utriusque nominis differentiam multo manifestissime docet: *O dii immortales! quanta iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi legationem expugnavit.* Huius loco Cicero nonnunquam *summittere* dixit ut in eundem Verrem Act. II. *Summittebat ille Trirarchidem, qui moneret* etc. *Malaspina.*

2. *designatum esse*] non consulem, ut Corradus putabat, sed *praetorem*, ut iam Manutius vidit.

exercitum] i. e. vexatum.

ſed etiam cogitatio delectat. Libros vero tuos cave cuiquam tradas. Nobis eos, quemadmodum ſcribis, conſerva. Summum me eorum ſtudium tenet, ſicut odium iam ceterarum rerum; quas tu, incredibile eſt, quam brevi tempore quanto deteriores offenſurus ſis, quam reliquiſti.

EPISTOLA VIII. (Att. I. 3.)

Scr. Romae A. U. C. 686. exeunte.

Attici aviam mortuam eſſe. 1. *ipſum Romae exſpectari.* 2. *ſigna ab eo Ciceroni curata ad Caietam expoſita eſſe.* 3. *Lucceium nondum placatum.* 4. *Tulliam Piſoni deſponſam eſſe.* 5.

CICERO ATTICO, S.

Aviam tuam ſcito deſiderio tui mortuam eſſe, et ſimul, quod verita ſit, ne Latinae in officio non mane-

---

Epiſt. VIII. *deſiderio tui*] qui tam diu abeſſes. *Manut.*

quod verita ſit] ridet ſuſpicioſae aniculae inanem ſuperſtitionem. *Manut.*

Latinae] Mulieres; et feſtive, quod mulier de mulieribus laboraret. Nam ſi ad hiſtoriam reſpicimus, ex populis Latinis non tam mulieres. quam viri in montem Albanum hoſtias adducebant, et quatriduano ſacrificio facto, accepta carne, in ſuam quisque civitatem, digreſſi revertebant. Ea dicta *viſceratio*, quoniam ex hoſtiis carnes in partes caeſae diſtribuerentur. — Ferias autem Latinas maximo Romanorum Latinorumque magiſtratuum conventu, conſules provocabant, quum interea cum populo agere non liceret; ut ob eam cauſam Latinae aliquando a conſulibus inſtaurarentur, quum tribunis plebis obſiſtere vellent, populares leges ferre cupientibus. Itaque ad Quintum Fr. lib. II. ep. 6. *Conſul*, inquit, *Lentulus dies comitiales exemit omnes. Nam etiam, Latinae inſtaurantur, nec tamen deerant ſupplicationes. Sic legibus pernicioſiſſimis obſiſtitur, maxime Catonis.* — *Manut.*

rent, et in montem Albanum hostias non adduce: Eius rei consolationem ad te L. Saufeium missu esse arbitror.

2 Nos hic te ad mensem Ianuarium exspectamu: quodam rumore, an ex literis tuis ad alios mi Nam ad me de eo nihil scripsisti.

3 Signa, quae nobis curasti, ea sunt ad Caietan posita. Nos ea non vidimus. Neque enim exe Roma potestas nobis fuit. Misimus qui pro ve solveret. Te multum amamus, quod ea abs te genter, parvoque curata sunt.

4 Quod ad me saepe scripsisti de nostro amico cando, feci, et expertus sum omnia; sed mirandu modum est animo abalienato; quibus de suspicion etsi audisse te arbitror, tamen ex me, quum ver

---

Saufeium] Equitem Romanum philosophum Epicureum Attici familiarem Ep. 6. lib. IV. et Ep. 1. lib. VII. item Nepos in Attici vita. *Manut.* Epicurus affirmabat nihil mali ex morte cuiquam accidere, quum nullus post mortem, neque voluptatis neque doloris sensus remaneret, exstincto cum corpore animo, ideo frustra lugeri mortuorum conditionem tanquam miseram. Ex ea Epicuri sententia cuius sectatores erant Atticus et Saufeius εἰρωνικῶς hic Cicero mortem *rem* appellat, et Saufeium scribit missurum consolationem Attico de morte aviae. *Bosius.* Quum moris esset, ut amici ad amicos literas consolatorias si occasio data esset, r rent, ait Cicero, non quod Atticus huiusmodi solationem a se exsp eam enim se scribenda linquere Saufeio, qui ipse Epicureus, quasi noli a me diversae secta mine exspectare conso nem, sed a Saufeio tu Epicureo. *Casaub.*

2. *ad mensem Ianua* nempe A. U. C. 687.

3. *ad Caietam*] Rect saubonus portum ad tam intelligit, — ubi signa erant exposita, (sequentia verba, *misim pro vectura solveret*, sati clarant) ac deinde in mianum Ciceronis tran quod ex Ep. 9, 3. tet.

cognofces. Salluftium praefentem reftituere in eius veterem gratiam non potui. Hoc ad te fcripfi, quod is me accufare de te folebat. At in fe expertus eft illum effe minus exorabilem, meum ftudium nec tibi nec fibi defuiffe.

Tulliolam C. Pifoni L. F. Frugi defpondimus.

EPISTOLA IX. (Att. I. 4)

Scr. Romae A. U. C. 687.

M. Aemilio Lepido, L. Volcatio Tullo Coff.

Rogatur Atticus, ut Romam Quintili menfe veniat, ficut promiferat. 1. *de C. Macri damnatione.* 2. *iterum de fignis miffis et libris fibi ab Attico confervandis.* 3.

CICERO ATTICO, S.

Crebras exfpectationes nobis tui commoves. Nuper quidem, quum iam te adventare arbitraremur, repente abs te in menfem Quintilem reiecti fumus. Nunc vero cenfeo, quod commodo tuo facere poteris, venias ad id tempus, quod fcribis. Obieris Quinti fratris comitia; nos longo intervallo viferis; Acutilianam controverfiam transegeris. Hoc me etiam Peducaeus, ut ad te fcriberem, admonuit. Putamus enim utile ef-

---

Epift. IX. 1. *arbitraremur*] nempe quia iam ad Ianuarium menfem h. a. exfpectabatur. Cf. ep. 8.

Quinti fratris comitia] quibus aedilitatem Quintus petebat. Nam praeturam geffit triennio poft Silano et Murena Coff. proximisque Coff. Pifone et Meffalla ex praetura eft in Afiam profectus. Petiit igitur aedilitatem, Lepido et Tullo confulatum gerentibus. Geffit Cotta et Torquato, quoniam inter aedilitatem et praeturam biennium intereffe neceffe erat vacuum ordinariis honoribus. *Manut.*

se, te aliquando iam rem transigere. Mea intercessio parata et est, et fuit.

2 Nos hic incredibili ac singulari populi voluntate de C. Macro transegimus. Cui quum aequi fuissemus, tamen multo maiorem fructum ex populi existimatione, illo damnato, cepimus, quam ex ipsius, si absolutus esset, gratia cepissemus.

3 Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est; et ornamentum Academiae proprium meae, quod et Hermes commune omnium, et Minerva singulare est insigne eius gymnasii. Quare velim, ut scribis, ceteris quoque rebus quam plurimis eum locum ornes. Quae mihi antea signa misisti, ea nondum vidi. In Formiano sunt; quo ego nunc proficisci cogitabam. Illa omnia in Tusculanum deportabo. Caietam, si

---

2. *de C. Macro transegimus*] De C. Licinio Macro, quam repetundarum reum Cicero praetor damnavit paulo diversae sunt Valerii Maximi et Plutarchi in vita Ciceronis narrationes, etsi uterque tradit eum, quod illo iudicio damnatus esset, sibi mortem conscivisse. Qualis orator fuerit Cicero exponit Bruto c. 67.

cui quum aequi fuissemus] Hanc aequitatem Cicero vel in lite aestimanda, vel eo quoque demonstrare poterat, quod non omnia accusationis momenta acerbissime exigeret.

3. *Academiae*] Gymnasii inferioris in Tusculano. Tusc. II. Nam superius Lyceum vocarat. lib. I. de Divinat. c. 5. Habuit et Puteolis Academiam. Plin. lib. XXXI. c. 2. *Corrad.*

commune omnium] Apparet ex lege Solonis, quam profert in Timarchen Aeschines in omnibus palaestris Mercurium ita cultum fuisse, ut in διδασκαλειοις colebantur Musae. Apparet idem ex Platone. Mercurius enim palaestram invenerat. *Casaub.*

et Minerva singulare] Ideo proprium ait sui gymnasii esse signum Minervam, quia non ut alia ad corporis exercitationem id pertineat, sed ad animi, et ad studia literarum. *Casaub.*

Caietam] villam quam habebat in agro Caietano.

quando abundare coepero, ornabo. Libros tuos conserva; et noli desperare, eos me meos facere posse. Quod si assequor, supero Crassum divitiis, atque omnium vicos, et prata contemno.

EPISTOLA X. (Att. I 1.)

Scr. Romae A. U. C. 688. mense Quintili.

L. Aurelio Cotta, L. Martio Torquato Coss.

Consulatum Cicero quum anno sequente petiturus esset, petitionis rationem exponit, et competitores nominat. 1. *Deinde de iis, qui hoc anno petebant, refert.* 2. *Tum rogat ut sibi ignoscat Atticus, quod eius avunculo Caecilio adversus Satrium adesse noluerit.* 3. *denique pro Hermathena sibi missa gratias agit.* 4.

CICERO ATTICO, S.

Petitionis nostrae, quam tibi summae curae esse scio, huiusmodi ratio est, quod adhuc coniectura provideri possit. Prensat unus P. Galba.

---

vicos et prata] h. e. urbanas rusticasque divitias. Vicus enim duplex est, in urbe et extra urbem. Hic de urbano accipiendum, qui notat aedes complures coniunctim aedificatas. Pratis vero inter praedia rustica primas partes tributas a veteribus ait Columella lib. II. c. 17. *Manut.*

Epist. X. 1. *Petitionis nostrae*] Bene Manutius docuit, hoc non sic accipiendum, quasi Cicero iam hoc ipso anno consulatum petiisset. Immo sequenti demum anno petiturus erat. Et hoc anno prensabat, h. e. civibus, praesertim in tributis comitiis causam suam commendabat, eorumque animos tentabat ac suffragia sibi conciliare studebat.

P. Galba] quem ait Cicero, modestissimum atque optimum virum, se gratia vicisse Orat. pro Murena c. 8. Immo is adeo parum gratiosus erat apud populum, ut Q. frater de petit. Cons. negaret, quemquam

Sine fuco ac fallaciis, more maiorum, negatur. Ut opinio est hominum, non aliena rationi nostrae fuit illius haec praepropera prensatio. Nam illi ita negant vulgo, ut mihi se debere dicant. Ita quiddam spero nobis profici, quum hoc percrebrescit, plurimos nostros amicos inveniri. Nos autem initium prensandi facere cogitaramus eo ipso tempore, quo tuum puerum cum his literis proficisci Cincius dicebat, in campo, comitiis tribuniciis, a. d. XVI kalend. Sext. Compe-

---

putare eum Consulatum petiturum esse.

Sine fuco ac fallaciis more maiorum negatur] Olim erant qui sic interpungerent: *Prensat unus Galba sine fuco et fallaciis, more maiorum. Negatur.* Optime autem Malaspina demonstravit haec verba non ad Galbam praesentem, sed ad suffragatores quos ille sibi conciliare volebat, pertinere. Idem commode ad partes vocavit locum ex Q. Ciceronis epistola de petitione consulatus. *Sic homines saepe quum obeunt plures competitores et vident, unum esse aliquem, qui haec officia maxime animadvertat, ei se dedunt, deserunt ceteros, minutatim ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores evadunt. Iam illud teneto diligenter, si eum qui tibi promiserit, fucum, ut dicitur, facere velle senseris, ut te id audisse aut scire dissimules,* etc. Significatur igitur homines Galbae aperte, quod ille rogaret, negasse, non fucose aut fallaciter ei promisisse, sed more antiquorum hominum, simpliciter et ex animi sententia negasse.

comitiis tribuniciis] Nam et locus opportunus, et tempus idoneum, minusque conquisitum videbatur, quum populus convenisset magistratuum causa, initiumque comitiorum fieret; ut res ipsa locusque propemodum admoneret eius officii. Galbae enim prensatio his maxime nominibus odiosa videri potuit, quod et praepropera fuit, ante omnia eius anni comitia (prima enim erant tribunicia;) et extra campum, ut singularum domos obire quodammodo cogeretur, nimium manifesta cupiditate, cuius ut suspicionem vitaret Cicero, scribit se primis comitiis in campo prensandi initium esse facturum. *Malaspina.*

titores, qui certi esse videantur, Galba, et Antonius, et Q. Cornificius. Puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse. Ut frontem ferias, sunt, qui etiam Caesonium putent. Aquillium non arbitramur, qui denegavit, et iuravit morbum, et illud suum regnum iudiciale opposuit. Catilina, si iudicatum erit meridie non

---

Antonius] Quicum postea Consul fuit. *Corrad.*

Q. Cornificius] Qui trib. pleb. fuit Q. Hortensio et Metello Coss. Verr. II. *Corrad.*

ingemuisse. Ut frontem ferias] Sic interpungendum esse Iunius et Tunstallus viderunt. Frustra id Ernestio durum videbatur, etsi sciebat in vulgari interpunctione *ingemuisse ut frontem ferias*, legitimam rationem postulare *ferires*.

Caesonium] qui cum Cicerone aedilis fuerat Verr. II. *Corrad.*

Aquillium] C. Aquillium Gallum Iurisconsultum, Orat. pro Caecina c. 27. Collegam in praetura et familiarem Ciceronis Topic. c. 7. *Corrad.*

qui denegavit] Ita correxi vulgatum *denegat*. Favent libri scripti, in quibus repertum est *et negavit*, quod et placebat Pithoeo, cuius Ms. habebat *et negant*. Graevio placebat, *qui et negavit.* — *Ernesti.*

iuravit morbum] Ne videretur animo humili atque abiecto, qui consulatum anno legitimo non peteret, valetudinem et simul iuris civilis occupationem excusavit. — Sic ad Att. XII. ep. 12. *veniam et ipse perpetuum morbum iurabo*, ne coenas Appuleii augur auguris obire cogeretur. *Manut.*

regnum iudiciale] iuris interpretandi munus; in quo ita excellebat, ut quasi regnare videretur, omnibus, qui maiore aliqua de causa in iudicium irent ad unum consilii causa confluentibus. *Manut.*

si iudicatum erit meridie non lucere] i. e. si in manifestissimo scelere tamen absolutus erit. Mire hic se vel potius Ciceronem torquent Critici in verbo *lucere*, nuper etiam Tunstallus. Frustra omnes. Vulgatum rectissimum est. *Ernesti.* Nempe hoc ipso anno, Torquato et Cotta Coss. ut est apud Asconium, *accusatus est Catilina repetundarum, a P. Clodio adolescente, qui postea inimicus Ciceronis fuit.*

lucere, certus erit competitor. De Aufidio, e Palicano, non puto te exſpectare dum ſcribam.

2 De iis, qui nunc petunt, Caeſar certus put Thermus cum Silano contendere exiſtimatur; q inopes et ab amicis, et exiſtimatione ſunt, ut videatur non eſſe ἀδύνατον Curium obducere. Sec

---

de Aufidio] T. Aufidio Orat. pro Flacc. c. et Valer. Max. VI. 10. fuit his temporibus etiam M. Aufidius Lurco. Varro de Re Ruſt. III. 6. niſi forte Cn. Aufidium Oreſtem ſignificat. *Corrad.*

Palicano] M. Lollio Palicano, quem abhinc anno tertio conſulatus candidatum C. Piſo conſul negavit ſe, ſi creatus eſſet renuntiaturum, ſe non exiſtimare tantis tenebris offuſam eſſe Remp. ut huc indignitatis veniretur. Quo ſane libero dicto conſulatum ei eripuit. Hiſtoria eſt apud Valerium Max. lib. III. c. 8. *Malaſp.*

2. *qui nunc petunt*] ſcil. ut ſequenti anno conſules fiant; quo Cicero qui nunc tantum prenſabat, petiturus erat.

Caeſar] L. Iulius Caeſar qui anno 689. conſulatum geſſit.

Thermus] Is eſt C. Minutius Thermus, qui poſt ex adoptione quum in familiam patriciam tranſiiſſet, C. Marcius Figulus appellatus *nius.* Conſul factus anr quente cum L. Iul. Ca

cum Silano] nemp Iunio Silano, qui conſul geſſit A. U. C. 691.

Curium obducere] D pat h. l. codex Tornael ab aliis libris MStis quc bemus. Nam pro C qua in lectione ceteri o conſentiunt edit *To* Nos *Curium* probavi notat enim Cicero Q *rium*, virum flagitiis atq cinoribus coopertum, Cenſores probri cauſa natu moverant, ut Salluſtius. Itaque quu let oſtendere Thermu Silanum gratia et exi tione, quo tempore ſcribebat, parum valer cum deſpicatiſſimo ill comparavit, aitque ἀδ non eſſe illum adverſ ducere ad petendum latum. Eſt ergo *obd* aliquem contraducere alteri adverſetur. Sic *cere exercitum* dixit P Pſeudolo. *Boſius.*

praeter me nemini videtur. Noſtris rationibus maxime conducere videtur, Thermum fieri cum Caeſare. Nemo eſt enim ex iis, qui nunc petunt, qui, ſi in noſtrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur; propterea quod curator eſt viae Flaminiae, quae tum erit abſoluta ſane facile. Eo libens Thermum Caeſari Conſulem accedere viderim. Petitorum

---

qui ſi in noſtrum annum reciderit] nempe in annum 689. quo Cicero petiturus erat conſulatum, et ne firmior candidatus eſſet Thermus, verebatur.

eo libens Thermum Caeſari conſulem accedere viderim] Libri ſcripti variant in h. l. et ſunt omnes depravati. Codex Cruſellinus teſte Boſio habet: *cum libenterrum ciceri conſul acciderint;* Tornaeſianus: *eum libenter muncitera conſili acciderunt;* alii *eum libenter nunciteri conſili acciderint;* alii *eum libenter nunciceri conſul acciderim.* Inde Corradus emendabat: *quae quum erit abſoluta ſane facile eum libenter Municipes caeteri Conſulem acceperint.* h. e. quum erit abſoluta via Flaminia, quod ſane facile fiet, non modo municipes viae Flaminiae ſed caeteri etiam illum libenter conſulem acceperint ſperantes fore, ut Conſul multo magis vias curet. Turnebus: *quae tum erit abſoluta ſane facillime lubenter munitori conſuli acciderim.* Boſius: *quae tum erit abſoluta ſane facile; eum libens Θέρμον ciceri conſul accuderim,* ut Cicero in ſuo et Thermi nomine luſerit, et Θέρμον, lupinum cum cicere compoſuerit. *Urſinus* malebat: *quae quum erit abſoluta ſane facile; eum libenter tunc certum conſulem acceperint.* Iunius: *eum libenter nunc Caeſari Conſuli acciderim.* Graevius: *eum libenter nunc Caeſari Conſuli accuderim. Manutius* dudum coniecerat: *eum libenter nunc Caeſari conſulem addiderim. Gronovius: eo libens Thermum Caeſari Conſulem addiderim,* quae ratio nobis una omnium maxime placet, niſi quod vix credibile eſt *addiderim* in *acciderim*, aut *accuderim* a librariis potuiſſe mutari: quare maluimus reſcribere: *eo libens Thermum Caeſari conſulem accedere viderim,* quod optime convenit verbis paulo ante poſitis: *noſtris rationibus maxime conducere videtur, Thermum fieri cum Caeſare.*

haec eſt adhuc informata cogitatio. Nos in omni muneře candidatorio fungendo ſummam adhibebimus diligentiam: et fortaſſe, quoniam videtur in ſuffragiis multum poſſe Gallia, quum Romae a iudiciis forum refrixerit, excurremus menſe Septembri legati ad Piſonem, ut Ianuario revertamur. Quum perſpexero voluntates nobilium, ſcribam ad te. Cetera ſpero prolixa eſſe, his duntaxat urbanis competitoribus.

---

cogitatio] Suspicor legendum eſſe *cogitatione ratio.*

Gallia] Sic Victorius e vetuſtis Codd. emendavit, quum antea falſo legeretur *Galba.* Quis enim neſcit, inquit, multos Galliae Cisalpinae populos ius ferendorum ſuffragiorum habuiſſe? quo ſe Cicero excurrere velle dicit, ut illorum animos ſibi conciliaret, quum Romae a iudiciis forum refrixerit. Multos enim defenſionum ſibi beneficio obligabat, ut nollet, dum poſſet forenſi labore et induſtria amicos ſibi fautoresque parare, eam occaſionem omittere. Sic lib. II. ad Quintum: *ſed magna manus ex Piceno et Gallia exſpectatur.* Hirtius in Comment. ult. de bello Gall. c.52. *T. Labienum togatae Galliae praefecit, quo maiore commendatione conciliaretur ad Conſulatus petitionem.* Cic. in Philipp. II. *Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, nullum audivi, quam quod qui magiſter equitum fuiſſe tibi viderere, in proximum annum conſulatum peteres, vel potius rogares, is per municipia coloniasque Galliae, a qua, quum conſulatus noſter petebatur non rogabatur, petere conſulatum ſolebamus, cum gallicis ac lacerna cucurriſti.*

refrixerit] hoc eſt quum minus licebit Romae iudiciis vacare. Nam ex ſecunda Verrina apparet, poſt Sextilem plerosque dies quatuor ſequentium menſium fuiſſe ludis dicatos. *Caſaub.*

legati] legatione libera. *Corrad.*

Piſonem] C. Calpurnium Piſonem, qui quum duobus ante annis Conſul cum M. Acilio Glabrione fuiſſet, Galliam Narbonenſem proconſule alterum iam annum adminiſtrabat. *Popma.*

urbanis competitoribus] Hoc ita interpretor: modo quidem res mihi futura ſit tantum cum iis qui nunc in urbe ſunt; quaſi dicat: nam

Illam manum tu mihi cura ut praestes, quoniam propius abes, Pompeii nostri. Nega me ei iratum fore, si ad mea comitia non venerit. Atque haec huiusmodi sunt.

Sed est, quod abs te mihi ignosci pervelim. Cae- 3
cilius, avunculus tuus, a P. Vario quum magna pecunia fraudaretur, agere coepit cum eius fratre Caninio

---

si in urbem redierint multi nobiles, qui absunt, vereor ne parum firmus futurus sim candidatus. *Casaubonus*. Et recte ille quidem. At Gronovius *urbanos* male de iis intellexit, qui urbanis excellant artibus, non militaribus.

illam manum] h. e. eos, qui Pompeium ad bellum Mithridaticum sequuti erant, homines nobiles et Pompeii auctoritate fultos.

cura ut praestes] i. e. fac ut mihi caveas ab istis Pompeii asseclis, ne eos competitores habeam. *Praestare* enim non est h. l. *conciliare*, ut Corradus putabat. Non enim Cicero ab istis nobilibus Pompeii castra sequutis suffragia petebat, sed verebatur, ne si Romam venirent, et consulatum peterent, sua ipsius petitio vinceretur.

quoniam propius abes] non ab urbe, sed a Pompeii castris.

Pompeii nostri] Vulgo additur *amici*, quod Mureto auctore delevimus. Sane hic glossam sapit.

3. *a P. Vario*] Hic videtur negotiator fuisse, vel nummularius aut foenerator. *Casaub.*

agere coepit] Q. Caecilius magnam pecuniam crediderat P. Vario, qui contracto grandi aere alieno, ut creditores fraudaret, bona sua [scil. non omnia sed bonam eorum partem] mancipio dederat Caninio fratri. Et quoniam bona mancipio accepta evinci aut vindicari non poterant, nisi dolo malo accepta constaret, ideo creditores agere coeperunt cum Caninio, quod is dolo malo in fraudem et circumscriptionem ipsorum Varii bona mancipio accepisset, quae actio creditoribus dabatur ex edicto Praetoris. *Popma.* Illo tempore agendum erat actione de dolo, cuius actionis auctor Aquillius. Eam Cicero everriculum omnium malitiarum vocat non uno loco ut de Nat. deor. III. 30. At postea

Satrio de iis rebus, quas eum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret. Una agebant ceteri creditores, in quibus erat Lucullus, et P. Scipio, et is, quem putabant magistrum fore, si bona venirent, L. Pontius.

---

nominata est Calvisiana actio, quae dabatur contra eos, qui in fraudem creditorum aliquid fecissent. Data item Pauliana, quae Calvisianae successit. His autem actionibus hoc consequebantur creditores, ut quicquid in ipsorum fraudem debitor fecisset, seu servos manumisisset, seu bona sua alienasset, seu suos creditores acceptilatione liberasset, id omne ut irritum fieret. *Casaub.*

cum eius fratre Caninio Satrio] Quaeri hic duo possunt, quis iste sit Caninius Satrius? et quomodo Varii frater in tanta nominum diversitate? Ad neutrum licet respondere cum asseveratione. Puto autem Satrium hunc equitem Romanum fuisse Ciceronis amicum, eum ipsum de quo Suetonius in claris Grammaticis. Fortasse etiam quem toties ad Trebatium scribens Caninium nominat hic ipse est, aut alius eiusdem gentis. *Frater* autem vox latius interdum patet quam hodie apud nos. Nam etiam filii duorum fratrum vocabant se fratres, ut Att. lib. II. ep. 7. Proprie autem hi fratres patrueles vocantur apud ICtos. Quid si igitur dicamus Varium et Satrium fratres esse, hac ratione non ex duobus fratribus, sed ex duabus sororibus, ut sobrini sint, vel ex sorore et fratre, ut sint consobrini, natos? Quid si dicamus alterum eorum adoptione novum nomen acquisivisse? *Casaub.*

diceret] Non male vetus liber: *dicerent* scil. homines. *Graev.*

Lucullus] L. Licinius Lucullus cuius familiaris erat Q. Caecilius vid. Cornel. Nep. in Att. c. 5. is autem triennio ante Ciceronis consulatum victor a bello Mithridatico reverterat. *Corrad.* Incertum uter fratrum Lucius an Marcus. *Casaub.*

P. Scipio] Verr. VI. qui adoptatus a Metello Q. Caecilius Metellus Pius Scipio postea fuit appellatus ep. 4. lib. VII. ad Att. *Corrad.*

magistrum] nempe auctionis. Magister enim erat, qui bonis debitoris distrahendis communi creditorum consensu praeficiebatur. Quum enim debitor neque sui copiam faciebat, neque defendebatur, tum credito-

Verum hoc ridiculum eſt, de magiſtro nunc cognoſcere. Rogavit me Caecilius, ut adeſſem contra Satrium. Dies fere nullus eſt, quin hic Satrius domum meam ventitet. Obſervat L. Domitium maxime: me habet proximum. Fuit et mihi, et Q. fratri magno uſui in noſtris petitionibus. Sane ſum perturbatus, quum ipſius Satrii familiaritate, tum Domitii, in quo uno maxime ambitio noſtra nititur. Demonſtravi haec Caecilio: ſimul et illud oſtendi, ſi ipſe unus cum illo uno contenderet, me ei ſatisfacturum fuiſſe: nunc in cauſa univerſorum creditorum, hominum praeſertim ampliſſimorum, qui ſine eo, quem Caecilius ſuo nomine perhiberet, facile cauſam communem ſuſtinerent,

---

res a Praetore impetrabant bonorum poſſeſſionem, atque unum e ſuo numero deligebant, qui bona divenderet et ex ea pecunia ipſis ſatisfaceret, unde is dictus *magiſter* ſcil. auctionis, idem qui vulgo curator bonorum. *Popma.*

ſi bona venirent] nempe *Satrii* non Varii. Nam hic quidem bonis tum ceſſerat, ut videtur; et quoniam maximam eius bonorum partem, in fraudem creditorum Satrius mancipio accepiſſe dicebatur, ideo creditores cum hoc, non cum illo agebant.

L. Pontius] L. Pontius Aquila de quo lib. V. ad Att. ep. 2. 3. 4. *Corrad.*

verum hoc ridiculum eſt de magiſtro nunc cognoſcere] Haec verba nemo ita explicavit, ut ſatis faceret. Opinor inſititia eſſe, ex futili quadam gloſſa marginali temere in textum invecta.

L. Domitium] Hic eſt L. Domitius Ahenobarbus ſingularis Ciceronis amicus, quod re declaravit, praetor quum eſſet exulante Cicerone. *Caſaub.*

in quo uno] ut nobili et gratioſo, quippe qui urbanam gratiam et dignitatem iactare ſolitus erat. Caeſar lib. III. de bello civili c. 83. *Corrad.*

quem Caecilius ſuo nomine perhiberet] h. e. etiamſi Caecilius neminem cauſae ſuae advocatum vel patronum haberet, tamen univerſos creditores facile communem cauſam poſſe ſuſtinere, ut Ciceronis patrocinio nihil opus eſſet.

aequum esse, eum et officio meo consulere, et tem Durius accipere hoc mihi visus est, quam veller quam homines belli solent; et postea prorsus ab tuta nostra paucorum dierum consuetudine longe git. Abs te peto, ut mihi hoc ignoscas, et me e mes humanitate esse prohibitum, ne contra amici mam existimationem miserrimo eius tempore veni quum is omnia sua studia, et officia in me contu Quod si voles in me esse durior, ambitionem pu mihi obstitisse. Ego autem arbitror, etiam si i mihi ignoscendum esse: ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον, οὐδὲ β Vides enim, in quo cursu simus, et quam omne tias non modo retinendas, verum etiam acquire putemus. Spero tibi me causam probasse; cupi dem certe.

4 Hermathena tua valde me delectat, et posi belle est, ut totum gymnasium illius ἀνάθημα es deatur. Multum te amamus.

---

officio] ne cogar contra officium accusare de me optime meritum Satrium.

et tempori] quo quidem tempore petendi consulatus omnes mihi conciliandi, non retinendae tantum gratiae sed etiam acquirendae. *Casaub.*

homines belli] i. e. comes, humani, urbani. Sic *belle aliquid negare* est, humaniter, non duriter negare. Q. frater de petit. Cons. *belle negandum est.*

contra amici summam existimationem] Nempe quia infamia notabantur, qui de dolo malo fraudeque suo nomine fuisset condemnatus, immo etiam qui pactu praemio, ne secum age Utrumque diserte scr est in edicto Praetoris verba proferuntur a Il lib. I. D. *de dolo malo.* *saub.*

ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ ex Homeri Iliad. ψ. 15 *non victimam, neque bubulum capto*, h. e. qu quidem haud levis re tur.

4. *illius ἀνάθημα esse tur*] Vulgo: *ut totum g sium ἥλιον ἀνάθημα e deatur.* Sed quid h. ἥλιον ἀνάθημα commo plicari non potest. Itaq *eius ἀνάθημα*, quod

EPISTOLA XI. (Att. I. 2.)

Scr. Romae A. U. C. 688.

Filium sibi natum esse nuntiat. 1. Catilinam se defendere cogitare. 2. Atticum, ut mense Ianuario Romae sit, rogat. 3.

CICERO ATTICO, S.

L. Iulio Caesare, C. Marcio Figulo consulibus, filiolo me auctum scito, salva Terentia.

Abs te tam diu nihil literarum? Ego de meis ad 2
te rationibus scripsi antea diligenter.

Hoc tempore Catilinam, competitorem nostrum, 3
defendere cogitabamus. Iudices habemus, quos volui-

vius in MS. invenit, vel quod propius ad ἠλίου accedit cum Casaubono *illius* ἀνάθημα legendum est. Significat Cicero Hermathenam tam *belle*, h. e. tam apto et insigni loco positam esse, ut totum gymnasium Mercurio et Minervae, tanquam templum dicatum esse videatur; idque optime convenit verbis ep. 9. de eadem Hermathena: *Est ornamentum Academiae proprium meae, quod et Hermes commune omnium, et Minerva singulare est insigne eius gymnasii.*

Epist. XI. 1. *L. Caesare et Marcio Figulo Coss.*] non tempus notat, quo illi inierunt, sed quo designati sunt, idque apertius ostendit ex iis, quae mox subiicit de instituta defensione Catilinae. Nam causam dixit Catilina Cotta et Torquato Coss. designatis tamen in annum sequentem Caesare et Figulo, *Bosius*. Cicero notat illum ipsum diem quo Caesar et Figulus Coss. designabantur natalem filii fuisse. Quod ni ita esset, ineptum fuisset illa temporis nota potissimum uti.

2. *scripsi antea diligenter*] Nimirum epistola superiore.

3. *competitorem nostrum*] non quia peteret, sed quia petiturus videretur. Nam comitiorum dies longe aberat, utpote quae anno proximo non ante Quintilem mensem futura essent. *Manut.*

defendere cogitabamus] Reum de repetundis ob Africam spoliatam. *Ascon.*

iudices habemus quos voluimus] referendum ad iudicum reiectionem, quae permissa olim fuit reo et accusatori. *Casaub.*

mus, summa accusatoris voluntate. Spero, si tus erit, coniunctiorem illum nobis fore in rati titionis; sin aliter acciderit, humaniter feremu

4 Tuo adventu nobis opus est maturo; nam summa hominum est opinio, tuos familiares, homines, adversarios honori nostro fore. Ad voluntatem mihi conciliandam maximo te mi fore video. Quare Ianuario mense, ut cons cura ut Romae sis.

---

accusatoris] P. Clodii, qui tamen a Catilina pecuniam accepit, ut turpissime praevaricaretur. Orat. de Harusp. resp. c. 20. et Ascon. *Corrad.*

sin aliter acciderit] ut vel non absolvatur Catilina, vel absolutus nostra opera votis nostris non respondeat. *Casaub.* Immo potius hoc, non illud significat. Nam si Catilina haud absolveretur, non erat verendum, ne eum Cicero competitorem haberet. Ergo verba *sin aliter acciderit* nihil aliud innuunt quam hoc: sin etiam absolutus tamen nobis minus fuerit coniunctus in ratione petitionis.

4. *tuos familiares, nobiles homines*] Bene monuit Manutius, maxime Q. sium significari, quen Ep. 51. (Att. III. 25 familiarem vocat. Is in oratione pro Quir cellens ingenio, n te, existimatione app Hortensiorum auter plebeia quidem sed erat. Sed forsan L quoque et Crassum, laspina putat, sibi ad ros esse suspicabatur fortasse in lege Mani denda offenderat. ut Sallustius ait, p nobilitas invidia aestu quasi pollui consulat debat, si eum, quamv gius, novus homo foret.

M. T. CICERONIS

EPISTOLAE

POST CONSULATUM, ANTE EXSILIUM

AB A. U. C. DCXCI. AD A. DCXCIV.

SCRIPTAE.

EPISTOLA XII. (ad Div. V. 7.)

Scr. Romae A. U. 691.

D. Iunio Silano, L. Licinio Murena Coss.

Literas Pompeii publice ad senatum missas de rebus in bello Mithridatico gestis sibi iucundissimas fuisse. 1. *in literis ad ipsum missis se gratulationem rerum a se gestarum desiderasse, sperare tamen eum sibi in amicitia et re publ. coniunctum fore, significat.* 2.

M. T. M. F. CICERO, S. D. GN. POMPEIO GN. F. MAGNO, IMPERATORI.

S. T. E. Q. V. B. E. Ex literis tuis, quas publice misisti, cepi una cum omnibus incredibilem voluptatem. Tantam enim spem otii ostendisti, quantam ego semper omnibus, te uno fretus, pollicebar. Sed hoc scito, tuos veteres hostes, novos amicos, vehementer literis perculsos, atque ex magna spe deturbatos, iacere.

Epist. XII. 1. B. E.] Quod vulgo addebatur E. V. id est *ego valeo*, in aliquot codicibus teste Graevio, aberat; et sane melius abest.

misisti] ex castris, confecto bello Mithridatico, ex quo triumphavit anno sequenti prid. Kal. Oct. die natali suo, ut scripsit Plin. l. 37. c. 2. *Manut.*

spem otii] ab externis bellis. Unus enim reliquis devictis aut pacatis, formidandus hostis Mithridates videbatur, cum quo per annos triginta continenter bellum gessit populus Romanus. *Manut.*

pollicebar] id maxime pollicitus est in Orat. pro lege Manilia. *Manut.*

veteres hostes, novos amicos] i. e. qui se inde ab

2 Ad me autem quas misisti literas, quam exiguam significationem tuae erga me voluntatis bant, tamen mihi scito iucundas fuisse. Nulla en tam laetari soleo, quam meorum officiorum con tia; quibus si quando non mutue respondetur, me plus officii residere facillime patior. Illud nc bito, quin, si te mea summa erga te studia parum adiunxerint, res publica nos inter nos concili coniuncturaque sit. Ac, ne ignores, quid ego i literis desiderarim: scribam aperte, sicut et mea ra, et nostra amicitia postulat. Res eas gessi, qu aliquam in tuis literis, et nostrae necessitudinis, publicae causa, gratulationem exspectavi; quan abs te praetermissam esse arbitror, quod vererer cuius animum offenderes. Sed scito, ea, qua

---

aliquo tempore tibi favere simulant. Manutius Crassum et Lucullum intelligit. Corradus, cui nuper assensus est Wielandus noster in versione epistolarum germanica, Caesarem.

2. *quas misisti literas*] Vulgo *literas quas misisti*. Ordinem verborum concinniorem praeivit in editione sua *Martyni Laguna* V. D.

in tuis literis] utrum in publice missis, an in iis quas ad Ciceronem miserat? Credo Ciceronem exspectasse, ut Pompeius eum in literis ad Senatum missis ob res in coniuratione Catilinaria gestas collaudaret, in alteris autem ei gratularetur. Certe si tantum in his ad eum privatim missis gratulat Pompeii desiderasset, satis apta essent illa, subiicit: *quam ego* *praetermissam esse arl* *ne cuius animum offenà*

animum offenderes] Caesaris aut M. Crassi, occulte favere coni multi suspicati sunt. sum etiam, ut consci participem coniuratio senatu a M. Tarquini minatum scripsit Sall bell. Cat. c. 48. con runt Plutarchus et Dio. sar quidem ne coniura privarentur accurata o ne disseruit. Idem Salli c. 51. Plutarchus, A nus, alii. *Manut.*

pro salute patriae gessimus, orbis terrae iudicio, ac testimonio comprobari. Quae, quum veneris, tanto consilio, tantaque animi magnitudine a me gesta esse cognosces, ut tibi multo maiori, quam Africanus fuit, tamen non multo minorem, quam Laelium, facile et in re publica, et in amicitia, adiunctum esse patiare. Vale.

EPISTOLA XIII. (ad Div. V. 1.)

Scr. ex Gallia citeriore a. 691.

Q. Metellus Celer, qui Galliam ex praetura superioris anni provinciam a Cicerone depositam proconsule regebat hac epistola queritur Ciceronem se absentem ludibrio laesisse, et fratrem suum Q. Metellum Nepotem oppugnasse.

Q. METELLUS, Q. F. CELER, PROCOS. S. T. M. T. CICERONI.

Si vales, bene est. Existimaram pro mutuo inter nos animo, et pro reconciliata gratia, nec me absen-

---

Epist. XIII. 1. *Q. Metellus*] qui biennio post cum L. Afranio consulatum egregie gessit, ut ex epistolis ad Atticum liquet. In oratione etiam pro Coelio c. 14. *simulac pedem limine extulerat, omnes prope cives virtute, gloria, dignitate superabat.* Exstinctum veneno uxoris Clodiae scelere, quae P. Clodii soror erat, infra c. 24. eadem oratio significat. *Manut.*

Procos.] Proconsul Metellus post praeturam citeriori Galliae praefuit Silano et Murena coss. quum praetor a Cicerone consule in Picenum agrumque Gallicum, qui a Piceno ad Rubiconem pertinebat, missus esset. Erat autem hic ager Gallicus non Galliae citerioris, quam postea Metellus rexit, sed Italiae pars, distinctus a Gallia Rubicone flumine, Gallicus autem appellatus, quia eum Senones possederant. *Manut.*

Procos.] *Propraetor* quibusdam magis placet, quod

tem ludibrio laesum iri, nec Metellum fratrem, dictum, capite, ac fortunis per te oppugnatum Quem si parum pudor ipsius defendebat, debeba familiae nostrae dignitas, vel meum studium erga remque publicam satis sublevare. Nunc video i circumventum; me desertum, a quibus minime veniebat. Itaque in luctu, et squalore sum, qui vinciae, qui exercitui praesum, qui bellum gero. (

---

hic Metellus eo tempore nondum fuisset Consul. Sed tamen legimus eos etiam qui provincias consulares regerent Proconsules appellatos, quamvis nondum Consules fuissent. Et Gallia citerior erat provincia consularis, quam Cicero in consulatu deposuerat. *Corrad.*

Metellum fratrem] Germanum, ut pater utrique fuerit Q. Metellus Nepos, Balearici filius, Macedonici nepos. Nam hunc Nepotem Ciceronis inimicum, filium eius Nepotis fuisse, qui cum T. Didio consul fuit anno DCLV. Pedianus ostendit in commentario Cornelianae. Hic oritur quaestio, si fratres germani, cur utrique praenomen idem? Respondetur, quia Celer, cui etsi fortasse Lucio praenomen esset, tamen adoptatus a Q. Metello Celere, eo qui nominatur in lib. de claris orat. c. 89. misso vetere praenomine Quintus appellatus est, et cum praenomine Celeris etiam cognomen accepit, ex adoptionum suetudine. Opinor a post hanc adoptionem tum esse fratrem eius, nominatur in hac epi quem pater suo praeno appellari voluit. Id e possum suspicari, quia consulatum prior gessi quo patet, natu mai fuisse. Rursus obiicia quis credibile non esse pater unicum filium ptandum concesserit. S cet opinari, quum hic tellus a Q. Metello C est adoptatus, alteru fuisse maiorem natu fr qui appellaretur Qui quod verosimile est, filius priore loco natus nomen patris assum Quo post adoptionen noris fratris mortuo, t postea natus patris pr mine Quintus dictus sit. *nut.*

qui bellum gero] cu lassis et inalpinis gen quae nondum populo mano parebant. *Man*

quoniam nec ratione, nec maiorum nostrum clementia administrastis, non erit mirandum, si vos poenitebit. Te tam mobili in me meosque esse animo non sperabam. Me interea nec domesticus dolor,| nec cuiusquam iniuria a re publica abducet. Vale.

EPISTOLA XIV. (ad Div. V. 2.)

Scr. Romae A. U. C. 691.

Metelli epistolae Cicero sic respondet, ut primum neget se eum ludibrio habuisse. 1. deinde ostendat se omnia amicitiae officia erga eum servasse, quibus ille parum responderit. 2. gratiam inter eos numquam immutatam esse. 3. denique se eius fratrem non oppugnasse, sed oppugnanti se ipsum restitisse. 4. Ceterum se dolori Metelli ex amore fratris non solum ignoscere, sed summam etiam laudem tribuere, seque, quoad voluerit Metellus, ipsi amicissimum futurum profitetur. 5.

M. T. M. F. CICERO Q. METELLO Q. F. CELERI, PROCOS. S. D.

S. T. E. Q. V. B. E. Scribis ad me, te existimasse, pro mutuo inter nos animo, et pro reconciliata gratia, numquam te a me ludibrio laesum iri. Quod cuiusmodi sit, satis intelligere non possum; sed tamen suspicor,| ad te esse allatum, me, in senatu, quum disputarem permultos esse, qui rem publicam a me conservatam dolerent, dixisse: a te propinquos tuos, quibus negare non potuisses, impetrasse, ut ea, quae statuisses tibi in senatu de mea laude esse dicenda, reticeres. Quod quum dicerem, illud adiunxi: mihi tecum ita

---

Epist. XIV. 1. *propinquos tuos*] fratrem Metellum Nepotem, forsan et Clodium, uxoris Metelli fratrem.

dispertitum officium fuisse in rei publicae salute i nenda, ut ego urbem a domesticis insidiis, et ab testino scelere; tu Italiam et ab armatis hostibus, ab occulta coniuratione defenderes: atque hanc stram tanti, et tam praeclari muneris societaten tuis propinquis labefactam; qui, quum tu a me re amplissimis, atque honorificentissimis ornatus e timuissent, ne qua mihi pars abs te voluntatis mu tribueretur. Hoc in sermone, quum a me expon tur, quae mea exspectatio fuisset orationis tuae, q toque in errore versatus essem: visa est narratio iniucunda; et mediocris quidam est risus consecu non in te, sed magis in errorem meum, et quod abs te cupisse laudari, aperte atque ingenue confite Iam hoc non potest in te non honorifice esse dict me in clarissimis meis, atque amplissimis rebus, ta aliquod testimonium tuae voluntatis atque vocis h re voluisse.

2 Quod autem ita scribis, „pro mutuo inter animo": quid tu existimes esse in amicitia mutu nescio. Equidem hoc arbitror, quum par volu accipitur, et redditur. Ego, si hoc dicam, me causa praetermisisse provinciam, tibi ipsi levior vi

Italiam — defenderes] praetor a me consule in agrum Gallicanum Picenumque ad habendum delectum missus. *Corrad.*

labefactam] Sic rescripsit Martyni Laguna. Vulgo *labefactatam*.

in errore] Vulgo olim *in moerore*, et paulo post *moerorem*, pro *errorem* edebatur. Id optime correxerunt e melioribus libris Victorius et Graevius.

narratio] Sic edidi p eunte Martyni - Lag aptius enim est vulgato *tio*.

tuae voluntatis atque v Vulgo *tuae vocis.* Pl lectio Martyni - Lag debetur, haud dubie MStis ab eo adhibitis pta.

2. *levior*] i. e. iactar s. ad simulandum, quo rum non esset, pronio

esse. Meae enim rationes ita tulerunt; atque eius mei consilii maiorem in dies singulos fructum, voluptatemque capio. Illud dico, me, ut primum in concione provinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare coepisse. Nihil dico de sortitione vestra; tantum te suspicari volo, nihil in ea re per collegam meum, me insciente, esse factum. Recordare cetera: quam cito senatum illo die, facta sortitione, coëgerim; quam multa de te verba fecerim, quum tu ipse mihi dixisti, orationem meam non solum in te honorificam, sed etiam in collegas tuos contumeliosam fuisse. Iam illud senatus consultum, quod eo die factum est, ea praescriptione est, ut, dum id exstabit, officium meum in te obscurum esse non possit. Postea vero, quam profectus es, velim recordere, quae ego de te in senatu egerim; quae in concionibus dixerim; quas ad te literas miserim. Quae quum omnia collegeris, tu ipse velim iudices, satisne videatur his omnibus rebus tuus adventus, quum proxime Romam venisti, mutue respondisse.

Quod scribis de reconciliata nostra gratia; non 3
intelligo, cur reconciliatam esse dicas, quae numquam immutata est.

---

per collegam meum] C. Antonium collegam Ciceronis in consulatu. Opinor, quum Galliam Antonio Cicero tradidisset (Cic. Orat. in Pis. c. 2.) eum dedisse operam ut omnino Metellus Galliam sortiretur, arte fortasse aliqua ad curandum sortis eventum adhibita, quum ipsi gratior esset Macedoniae administratio, quam hoc anno susceperit, ut ex lib. I. ad Att. ep. 12. intelligitur. *Manut.*

in collegas tuos] praetores, Q. Pompeium Rufum, C. Pontinum, L. Valerium Flaccum, et C. Cosconium. *Corrad.*

ea praescriptione] non solum de auctoritatibus praescriptis, i. e. nominibus senatorum, qui scribendo affuerant, sed etiam de causa decreti cum laudibus Metelli coniuncta intelligendum.

3. *immutata*] Vulgo *imminuta*. Sed quod Ernestius

4 Quod ſcribis, non oportuiſſe Metellum fr tuum, ob dictum, a me oppugnari: primum, h lim exiſtimes, animum mihi iſtum tuum vehem probari; et fraternam plenam humanitatis ac pi voluntatem: deinde, ſi qua ego in re fratri tu publicae cauſa, reſtiterim, ut mihi ignoſcas; tam ſum amicus rei publicae, quam qui maxime; ſi meam ſalutem contra illius impetum in me cruc mum defenderim, ſatis habeas, nihil me etiam t de tui fratris iniuria conqueri. Quem ego quum periſſem omnem ſui tribunatus conatum in mean niciem parare, atque meditari, egi cum Clodia, tua, et cum veſtra ſorore Mucia, cuius erga m dium pro Gn. Pompeii neceſſitudine, multis in perſpexeram, ut illum ab ea iniuria deterrerent. que ille, quod te audiſſe certo ſcio, pridie kal. Ia

---

vidit, vocabulo *reconciliata* melius reſpondet *immutata.*

4. *veſtra ſorore Mucia*] Uxore Gn. Pompeii, ut ex Pediano, Plutarcho, Dione, item ep. ad Att. I. 12. planum fit. Soror autem fuit duorum Metellorum Celeris et Nepotis, vel quod eius mater patris ſoror eſſet; vel quod Celeris et Nepotis mater, Muciae gentis i. e. ſoror eſſet patris huius Muciae. Sic enim feminae ſorores dicuntur, licet germanae non ſint, ut mares ſaepe fratres appellantur, quum ſint patrueles aut conſobrini. Potuit etiam ſoror eſſe uterina Celeris et Nepotis hoc modo, ut eorum mater, viro mortuo, Q. Metello Nepote, nupſerit Q. Scaevolae ex quo p Muciam hanc peperit. et Dio lib. 87. ſororem Metelli Celeris. Cun poſtea, ſtupratam a C. C re ſuſpicatus, poſt duo ceptos filios divortium peius fecit lib. I. ad At 12. Pedianus. Sueton Iulio c. 50. Plutarchus *Manut.*

ut illum ab ea] Sic tyni Laguna. Vulgo *u ab illa.*

certo ſcio] Hoc Graevius in MS. re eodem et Erneſtio au bus, ut rei, qua de a aptius recepi pro *credo.*

pridie Kal. Ian.] u conſulatus die.

qua iniuria nemo umquam in aliquo magistratu improbissimus civis affectus est, ea me consulem affecit, quum rem publicam conservassem; atque abeuntem magistratu concionis habendae potestate privavit; cuius iniuria mihi tamen honori summo fuit. Nam quum ille mihi nihil, nisi ut iurarem, permitteret, magna voce iuravi verissimum, pulcherrimumque iusiurandum; quod populus idem magna voce me vere iurasse iuravit. Hac accepta tam insigni iniuria, tamen illo ipso die misi ad Metellum communes amicos, qui agerent cum eo, ut de illa mente desisteret. Quibus ille respondit: sibi non esse integrum. Etenim paullo ante dixerat in concione, ei, qui in alios animadvertisset indicta causa, dicendi ipsi potestatem fieri non oportere. Hominem gravem, et civem egregium! qui, qua poena senatus, consensu bonorum omnium, eos affecerat, qui urbem incendere, magistratus, ac senatum trucidare, bellum maximum conflare voluissent, eadem dignum iudicaret eum, qui curiam caede, urbem incendiis, Italiam bello liberasset. Itaque ego Metello, fratri tuo, praesenti restiti. Nam in senatu kalendis Ianuariis sic cum eo de re publica disputavi, ut sentiret, sibi cum viro forti, et constanti esse pugnandum. Ante diem tertium nonas Ianuarias quum agere coepisset, tertio quoque verbo orationis suae me appellabat, mihi minabatur; neque illi quidquam deliberatius fuit, quam me, quacumque ratione posset, non iudicio, neque disceptatione, sed vi, atque impressione evertere. Hu-

---

in aliquo] i. e. *in alio quodam*, ut saepe. Nisi praeferendum putes *in minimo*, ut Manutio teste, legebat Ubaldinus Bandinellus, quia in Mediceo libro erat *in animo* quod vitio librarii ex verbis *in minimo* corruptum videri posset.

iusiurandum] Iuravit nimirum *rem publicam atque hanc urbem sua unius opera esse salvam* Orat. in Pison. c. 3.

impressione] impressionem

ius ego temeritati ſi virtute, atque animo non reſtitiſſem, quis eſſet, qui me in conſulatu non caſu potius exiſtimaret, quam conſilio fortem fuiſſe? Haec ſi tu Metellum cogitare de me neſciſti, debes exiſtimare, te maximis de rebus a fratre eſſe celatum: ſin autem aliquid impertivit tibi ſui conſilii, lenis a te, et facilis exiſtimari debeo, qui nihil tecum de his ipſis rebus expoſtulem. Et, ſi intelligis, non me dicto Metelli, ut ſcribis, ſed conſilio eius, animoque in me inimiciſſimo eſſe commotum: cognoſce nunc humanitatem meam; ſi humanitas appellanda eſt in acerbiſſima iniuria remiſſio animi, ac diſſolutio. Nulla eſt a me unquam ſententia dicta in fratrem tuum; quotiescumque aliquid eſt actum, ſedens iis aſſenſi, qui mihi leniſſime ſentire viſi ſunt. Addam et illud etiam, quod iam ego curare non debui, ſed tamen fieri non moleſte tuli, atque etiam, ut ita fieret, pro mea parte adiuvi: ut ſenatus conſulto meus inimicus, quia tuus frater erat, ſublevaretur. Quare ego non oppugnavi fratrem tuum, ſed fratri tuo repugnavi: nec in te, ut ſcribis, animo fui mobili; ſed ita ſtabili, ut in mea erga te voluntate, etiam deſertus ab officiis tuis, permanerem.

---

facere, quo loquendi genere Varro, Hirtius, Livius uſi ſunt, eſt cum impetu irruere. *Manut.*

reſtitiſſem] acerrime diſputando. Scripſit etiam contra Metelli concionem, ut eſt lib. I. ad Att. ep. 13. et in Gellio lib. 18. c. 7. *Manut.*

leniſſime ſentire viſi ſunt] Quum ageretur in ſenatu de Metello Nepote tribuno plebis puniendo; quia leges iniquiſſimas adverſus collegarum interceſſionem ferret, cui Caeſar praetor quum opem ferret, utrumque decreto patrum adminiſtratione rei publicae ſummotum Suetonius in Iulio c. 16. narrat. Propterea ſcripſerat Metellus Celer, Metellum *fratrem ob dictum, capite ac fortunis per te oppugnatum iri.* — *Manut.*

quare ego non] Vulgo *quare non ego* minus concinna verborum ſtructura. Meliorem praeivit Martyni-Laguna.

ıtque, hoc ipso tempore tibi paene minitanti no- r literas, hoc rescrib·, atque respondeo: Ego tuo non solum ignosco, sed summam etiam lau- ıibuo. Meus enim me sensus, quanta vis fratet- amoris, admonet. A te peto, ut tu quoque ae- te iudicem dolori meo praebeas: si acerbe, si iter, si sine causa sum a tuis oppugnatus, ut sta- mihi non modo non cedendum, sed etiam tuo, exercitus tui auxilio, in eiusmodi causa, uten- uisse. Ego te mihi semper amicum esse volui: tibi amicissimum esse intelligeres, laboravi. in voluntate, et, quoad voles tu, permanebo; ue amore tui fratrem tuum odisse desinam, quam ɔdio quidquam de nostra benivolentia detraham.

---

d etiam tuo atque exer- ti auxilio — utendum Ne quis serio ista xistimet, quod Bene- fecisse video Tom. I. tamquam bella ad- s intentaturo, memi- portet, in literis glo ium Metellum iacti- *qui exercitui praesum*, *'lum gero;* et facta us mentione, adiecis- d vel silici stomachum *et, non erit mirandum, oenitebit.* Ex his risum , ut solet, lepidissime s sibi potius Metelli et exercitus auxilio adversus fratris conatus utendum fuis- se iocatur. *Martyni - Lagu- na.* Et hic quidem verum verborum sensum assecutus est; quem *Wielandus* quo- que in versione germanica pulcre adstruxit. Ceterum lectio *utendum* alteri *tuen- dum*, quam recepit *Benedi- ctus* constructionis pariter ac sensus causa praeferenda.

Quoad voles tu] Huma- nitatem ostendit habita ra- tione gravitatis. Nam invi- tum amare dementiae est. *Manut.*

EPISTOLA XV. (ad Div. V. 6.)

Scripta A. U. C. 691. exeunte.

Narrat quid in senatu egerit, ne Sextio proquaestori in Macedonia nunc succederetur. 1. domum se emisse, ob eamque rem aes alienum contraxisse. 2. domum Sextii inspexisse. 3. Antonium in senatu defendisse nuntiat. 4. crebriores literas a Sextio poscit. 5.

M. CICERO
S. D.
P. SEXTIO L. F. PROQUAESTORI.

Quum ad me Decius, libertus tuus, venisset, egissetque mecum, ut operam darem, ne tibi hoc tempore succederetur: quamquam illum hominem frugi, et tibi amicum existimabam, tamen, quod memoria tenebam, cuiusmodi ad me literas antea misisses, non satis credidi homini, tam valde esse mutatam voluntatem tuam. Sed postea, quam et Cornelia tua Terentiam convenit, et ego cum Q. Cornelio sum locutus: adhibui diligentiam, quotiescumque senatus fuit, ut adessem, plurimumque in eo negotii habui, ut Q. Fufium, tribunum plebis, et ceteros, ad quos

---

Epist. XV. PROQUAESTORI] Olim falso scriptum PROCOS. Fuit autem P. Sextius, quaestor Antonii consulis in urbe, deinde eius proconsulis proquaestor in Macedonia.

1. *libertus tuus*] Vulgo edebatur *librarius;* at lectio *libertus tuus* iam Corrado nota, multo aptior est, eamque auctore Martyni-Laguna praetulimus.

cuiusmodi ad me literas antea misisses] quibus Sextius optaverat, ut sibi mox successor daretur.

Cornelia tua] uxor P. Sextii C. Cornelii Scipionis filia. Orat. per Sext. 1.

Q. Cornelio] Corneliae fratre, Sextii affine.

ut Q. Fufium] Quia hic Fufius A. U. C. 692. tribunatum gessit, fuerunt, qui hanc epistolam ad annum

ripſeras, cogerem potius mihi credere, quam iteris. Omnino res tota in menſem Ianuarium a erat, ſed facile obtinebatur.

go tua gratulatione commotus, quod ad me pri- 2 cripſeras, velle te bene evenire, quod de Craſſo

---

item referrent. Sed or Martyni-Lagunae, l h. l. „Scripta eſt, , A. U. C. 691. men- :embre extremo brevi re ante epiſtolam ad ium, ſed antequam a conſul ſequentis an- :io Autronianam do- unius ex coniuratis t, de qua emptione l Attic. I. 12. Nec obſtat ſio tribuno plebis Meſ- t Piſone conſulibus, ut ighio conſtat Annal. I. 3. p. 349. is enim) Idus Decembres, ut int tribuni magiſtra- am inierat."

Fuſium] ab eo Meſ- it Piſone coſſ. tribuna- ;eſtum eſſe ait Dio lib. VIII. idque confirmat iius, qui quo tempore us de inceſtu accuſatus nius Fufii opera factum , ne in ſenatu aſperius neretur. De inceſtu au- Clodii actum eſſe Piſo- Meſſala coſſ. ex epiſt. t. lib. I. in quibus etiam trib. pl. nominatur fa- itelligitur. Idem inter- Clodio, acerrimus Mi- lonis fuit adverſarius, et a Cicerone notatur in oratione pro Milone c. 6. quum ait: *diviſa ſententia eſt, poſtulante neſcio quo, nihil enim neceſſe eſt omnium flagitia proferre.* Biennio poſt, aedilitate omiſſa, praeturam geſſit Caeſare et Bibulo Coſſ. legemque de ſuffragiis tulit. Teſtis Dio. Conſul fuit cum P. Vatinio anno 705. (extremo) ut faſti docent Capitolini. Socer fuit Panſae conſulis, qui Mutinenſi proelio partium reip. contra M. Antonium defenſor, interfectus eſt. Defendit Antonium in ſenatu a Cicerone oppugnatum, ut ex Philippicis conſtat. Caleno cognomen fuit. *Manut.*

in menſem Ianuarium] Ex hoc loco patet hanc epiſtolam menſe Decembri ſcriptam eſſe.

2. *de Craſſo*] Haec domus (in Palatio ſita) primum fuerat M. Livii Druſi eius qui tribunus plebis initio belli Italici a neſcio quo eſt interfectus. Deinde poſſedit eum Craſſus hic a Cicerone nominatus, poſt Craſſum Ci-

domum emissem: emi eam ipsam domum LLS. X aliquanto post tuam gratulationem. Itaque nun scito tantum habere aeris alieni, ut cupiam conii si qui recipiat. Sed partim odio inducti me e dunt, et aperte vindicem coniurationis oderunt: tim non credunt, et a me insidias metuunt; ne tant ei deesse nummos posse, qui ex obsidione fae tores exemerit, et cui semissibus magna copia est. autem meis rebus gestis hoc sum assecutus, ut bo nomen existimer.

3 Domum tuam, atque aedificationem omnem spexi, et vehementer probavi.

---

cero; post Ciceronem Censorinus, post Censorinum Statilius Sisenna, quod Velleius lib. II. c. 14. memoriae tradidit. *Manut.*

XXXV] h. e. tricies quinquies centenis millibus nummum.

si qui recipiat] Sic cod. Palat. v. a Gebhardo laudatus concinnius, quam, ut vulgo, *si quisquam recipiat.*

qui ex obsidione faeneratores exemerit] maxime enim contra faeneratores et locupletes Catilinae facta coniuratio est, quo spectat illud in Ep. I. lib. I. ad Q. fratrem: *Publicani, quod ita negotiantur, ut locupletes sint, nostri consulatus beneficio incolumes se fortunas habere arbitrantur.* Et lib. II. de offic. c. 24. *nunquam vehementius actum est, quam me consule, ne solveretur; armis et castris tentata res est.*

et cui semissibus n copia est] Vulgo; *or semissibus magna copi* Sed incredibile est mod hanc usuram, qua sen centenis per annum s rentur, Ciceronis aetate usitatam fuisse, ut qu que vellet hac condi pecuniam mutuam sum facile creditores inve Itaque sequutus sum M ni Lagunae auctorite qui rescripsit, *et cui s sibus*, ut Cicero significe licere semissibus mag pecuniae copiam mu sumere, quod faenerat haberet faciles et benev Lectio *et cui* latere vic in corrupta lectione *l semissibu* vetustissimi lil Corrado laudati.

bonum nomen] i. e. tor certus, cui sine peri credi posset.

Antonium, etsi eius in me officia omnes deside- 4
, tamen in senatu gravissime, ac diligentissime de-
, senatumque vehementer oratione mea, atque
ritate commovi.

Tu ad me velim literas crebrius mittas. Vale. 5

EPISTOLA XVI. (Att. I. 12.)

Scr. Kal. Ian. A. U. C. 692.

. Valerio Messala M. Pupio Pisone Coss.

idem promissae pecuniae petitionem odiose differre rat 1. *rogat ut sinistros rumores, quos Antonius Macedoniae procos. sibi aspergere dicatur, diligenter periat.* 2. *de Pompeii divortio,* 3. *de Clodii incestu,* 4. *de Sosithei anagnostae morte scribit.* 5.

CICERO ATTICO, S.

Teucris illa lentum sane negotium: neque Corne-

---

in senatu] ubi iam igebatur Antonii prolis Macedoniae causa, s, ut ei succederetur, potibus.

ist. XVI. 1. *Teucris il-* Cicero quum domum asso LLS. XXXV. emisce emptionis pretium de ibus suis solvere posset, lum sibi videbat amin facultatibus, et unde iiam mutuam sumere t, circumspiciendum. de hoc ipso negotio ;i nullum dubium, sed sit Teucris illa, anquaestio est. Sunt qui hoc nomine C. Antonium significari putent. Sed quum is deinde in hac epistola suo nomine appelletur, nullo modo intelligi potest, cur eum hic Cicero ficto nomine designaverit. Quid enim? Si Cicero ab eo voluisset pecuniam mutuam sumere, cur hoc negotium in epistola ad Atticum involucris tegeret? Et si Antonius ipse Ciceroni pecuniam deberet, multo minus erat, cur de eius pecuniae exactione loquuturus verum Antonii nomen dissimularet. Ernestius quidem: satis est, inquit, intelligi ho-

lius ad Terentiam postea rediit. Opinor, ad Considium, Axium, Selicium confugiendum est. Nam a Caecilio propinqui minore centesimis nummum move-

---

minem quem Cicero nomine figurato appellare maluit, qui debuisse videtur Ciceroni, et non, quo tempore volebat Cicero, solvisse, ut e *lenti* verbo colligere licet. Verum id tum valeret, si Cicero *lentum nomen* scripsisset. Nunc quum dicat *lentum negotium*, id aeque bene, de eo qui pecuniam se crediturum promiserit, solutionem autem excusationibus usus distulerit, dicitur, ac de debitore quodam solutionem procrastinante. Equidem sub nomine Teucridis latere puto foeneratorem quendam, aut potius mulierem divitem, Antonii necessariam, quae Ciceroni, allegato ad Terentiam Cornelio, pecuniae summam mutuam se daturam promiserat, si vellet Antonium defendere, ne ex provincia Macedonia, quam tum proconsul regebat, evocaretur. Qui autem sub *Teucride* ipsum Antonium intellexerunt, causasque huius appellationis indagare voluerunt, ad unum omnes operam lusisse nobis videntur, ut eorum coniecturas huc transscribere pigeat.

Considium] Q. Considium foeneratorem. Valer. Max. lib. IV. c. 8. *Corrad.*

Axium] Q. Axium divitem et foeneratorem cf. ad Att. lib. X. ep. 12. 15. *Corrad.*

Selicium] Hic quoque publicanus et foenerator fuisse videtur. *Corrad.*

a Caecilio] Q. Caecilio, divite et foeneratore, Attici avunculo. Erat, ut scribit Nepos in Attici vita c. 5. difficillima natura, cuius ille tamen sic asperitatem veritus est, ut quem nemo ferre posset, huius sine offensione ad summam senectutem retinuerit benivolentiam, adeo ut eum Caecilius moriens testamento adoptaret heredemque faceret ex dodrante.

minore centesimis] Coniecere viri docti, scribendum esse *minoris*, quae est legitima in hac re forma. Etiam *minore* legitimum esse, ut *magni* et *magno emere* dicunt vulgati defensores. Pro *minoris* illud est, quod ex h. l. sic commemorat Seneca ep. 21. *quam durus foenerator Caecilius, a quo minoris centesimis propinquis nummus moveri non possit;* nisi ibi mutatum est *minore* in *minoris*. Ego in *minore* intel-

on possunt. Sed, ut ad prima illa redeam, nihil illa: impudentius, astutius, lentius vidi. Liber-mitto; Tito mandavi; σκήψεις, atque ἀναβολαί. ;ed nescio, an ταυτόματον ἡμῶν. Nam mihi Pom- 2
i prodromi nuntiant, aperte Pompeium acturum, nio succedi oportere: eodemque tempore aget or ad populum. Res eiusmodi est, ut ego nec onorum, nec per popularem existimationem ho- possim hominem defendere: nec mihi libeat, vel maximum est. Etenim accedit hoc, quod

---

usura, quod in *cente-* latet. *Ernesti.*

rtum mitto; Tito man- Haec sunt Teucridis, scripserat, vel respon- appellata de solutione. *i.*

ψεις atque ἀναβολαί] ergiversationes et dila- .

ed nescio an ταυτόμα- ῶν] ταυτόματον ἡμῶν ν βουλεύεται versus Me- i; cuius haec senten- t, casum plerumque s nobis consulere, nosmet ipsos. *Lam-* Sunt certe persimiles ndri de casu versus et itiae in fragm. p. 100. ed. Cler. *Ernesti.* Ci- gitur hoc ait, si Teu- la pecuniam non sol- quam, si vellem An- causam defendere, mi- tuam dare voluit, ae- nimo feram, propter- od huius causa nunc odi est, ut eam ho- neste defendere non possim, nec si possim, velim.

Pompeiani prodromi] Pompeii praecursores nunc ex bello Mithridatico revertentis. *Corrad.*

praetor ad populum] ut Romam evocetur ad causam de repetundis dicendam, quod socios diripuerit. Nec tamen hoc anno, sed biennio post, i. e. Caesare et Bibulo causam dixit Antonius, quod e Suetonio et orat. pro domo planum fit. *Manut.*

honeste possim hominem defendere] Atqui eum se defendisse scribit epistola superiore ad Sextium. Dicendum igitur, eam defensionem ad alia quaedam, non ad graviora illa quae in Antonium conferebantur crimina spectasse.

Etenim accedit hoc] Vulgo legitur: *e. accidit hoc.* Sed aptius est *accedit*, ut Cicero dicat, nam praeter

totum cuiusmodi sit, mando tibi, ut perspicias bertum ego habeo, sane nequam hominem, Hi dico, ratiocinatorem, et clientem tuum. De ec Valerius interpres nuntiat, Chiliusque se audiss bit haec: esse hominem cum Antonio, Antoniun ro in cogendis pecuniis dictitare, partem mihi q et a me custodem communis quaestus libertun missum. Non sum mediocriter commotus; neq men credidi; sed certe aliquid sermonis fuit. T investiga, cognosce, perspice, et nebulonem i si quo pacto potes, ex istis locis amove. Huiu monis Valerius auctorem Gn. Plancium nomi Mando tibi plane, totum, ut videas, cuiusmo

---

id quod in Antonii causa malum est, et ne possim eum honeste defendere, facit, accedit etiam hoc, quo minus mihi libeat eum defendere, quod audivi illum dicere, pecuniarum quas ille in provincia cogat, partem mihi quaeri.

Valerius interpres] Putant quidam esse hunc P. Valerium cuius mentio ep. 2. lib. XIV. ad div. Peritum sane linguarum fuisse oportet, qui in senatu orationes legatorum peregre advenientium interpretaretur. Fuerunt et alii interpretes in cohortibus praetorum aut proconsulum. Romani enim ut linguam suam cum imperio propagarent, non permise runt suis legatis, quocumque eos mitterent, alia quam Latina lingua uti; ut testatur Valer. Max. lib. II. c. id fuisse ait obtinenda vitatis iudicium. Quare Ciceronem accusabat] lus praetor Siliciae, Syracusis in senatu G Graece verba fecisset, fert Cicero Act. II. in rem Orat. IV. *Casai*

Chiliusque] is de supra ep. 5. (Att.] *Manut.*

neque tamen credidi tam atroci calumnia nium me laedere ausu

ex istis locis amove saltem ille rumor eva me illum libertum cus communis quaestus a tonium misisse.

auctorem] i. e. q eum sermonem narra

Gn. Plancium] eum Cicero oratione de tum tribunum milita

'ompeium nobis amicissimum constat esse. Di- 3
ım Muciae vehementer probatur.

. Clodium, Appii F. credo te audisse, cum 4
muliebri deprehensum domi C. Caesaris, quum
ɔpulo fieret, eumque per manus servulae serva-
et eductum; rem esse insigni infamia; quod te
e ferre certo scio.

ıod praeterea ad te scribam, non habeo. Et 5
ɔule eram conturbatior. Nam puer festivus,
stes noster, Sositheus decesserat, meque plus,
ervi mors debere videbatur, commoverat. Tu
saepe ad nos scribas. Si rem nullam habebis,
ı buccam venerit scribito. Kal. Ianuar. M. Mes-
I. Pisone coss.

---

luciae] Haec fuit Q. ıcaevolae filia, Q. Q. ırum Celeris et Ne- ıror, quam Pompe- rem duxerat, eique ĸ Mithridatico bello ob suspicionem ad- ıum C. Caesare com- ıuntium remiserat.

ıpii] Appii Claudii qui fuit Consul C. ilio Vatia Isaurico A. 75. *Corrad.*

C. *Caesaris*] hoc raetoris et Pontificis ıacra autem Bonae eı in Consulis vel in is aedibus fiebant.

eumque per manus servulae servatum] Sic cum Graevio edidi, ut habent edd. pr. pro Gruteriano *Seprullae*, quod in quibusdam libris scr. repertum est, et a nonnullis valde defenditur vel ad edendum aliud nomen, quod Romanum sit, torquetur. Cicero clare ancillis tribuit in Or. de Harusp. resp. c. 21. ubi ait eum ex eo loco, quo eum adire fas non erat, ancillarum beneficio emissum. *Ernesti.*]

EPISTOLA XVII. (ad Div. V. 5.)

Scr. Romae A. U. C. 692.

Queritur Antonium suis in ipsum officiis parum re- disse. 1. eique Attici negotium commendat. 2.

M. CICERO
S. D.
C. ANTONIO, M. F. IMPERATOR

Etsi statueram nullas ad te literas mittere, commendaticias, non quo eas intelligerem satis te valere; sed ne iis, qui me rogarent, aliquid d stra coniunctione imminutum esse ostenderem: t quum T. Pomponius, homo omnium meorum studiorum, et officiorum maxime conscius, tui dus, nostri amantissimus, ad te proficisceretur quid mihi scribendum putavi; praesertim quum ipsi Pomponio satisfacere non possem. Ego si a summa officia desiderem, mirum nemini vide beat. Omnia enim a me in te profecta sunt, qu tuum commodum, quae ad honorem, quae ad tatem pertinerent. Pro iis rebus nullam mihi a relatam esse gratiam, tu es optimus testis. C etiam esse aliquid abs te profectum, ex multis a Nam comperisse me, non audeo dicere, ne

---

Epist. XVII. 1. *commendaticias*] Fingit nimirum se hanc epistolam magis Antonii ob neglecta officia obiurgandi quam Attici commendandi causa scripsisse.

Contra etiam esse aliquid a te profectum] h. e. te aliquid dixisse, vel fecisse, quo grati animi officium non solum negligere e contrario ingratum levolum animum oste Sine dubio autem calumniam illam, qu cero ab Antonio spa diverat, quamque i gandam Attico manc epistola superiore (1 *comperisse me*]

id ipsum verbum ponam, quod abs te aiunt salse in me solere conferri. Sed ea, quae ad me delata sunt, malo te ex Pomponio, cui non minus molesta fuerunt, quam ex meis literis, cognoscere. Meus in te animus, quam singulari officio fuerit, et senatus, et populus Romanus testis est. Tu quam gratus erga me fueris, ipse existimare potes. Quantum mihi debeas, ceteri existiment. Ego quae tua causa antea feci, voluntate sum adductus, posteaque constantia. Sed reliqua, mihi crede, multo maius studium meum, maioremque gravitatem, et laborem desiderant. Quae ego si non profundere, ac perdere videbor: omnibus meis viribus sustinebo. Sin autem ingrata esse sentiam: non committam, ut tibi ipsi insanire videar. Ea, quae sint, et cuiusmodi, poteris ex Pomponio cognoscere.

2 Atque ipsum tibi Pomponium ita commendo, ut, quamquam ipsius causa confido te facturum esse omnia;

---

saepe in exponendis Catilinariae coniurationis molitminibus usus erat hoc verbo, ut diceret *se comperisse*. Hoc verbum postea eius inimici per iocum et cavillationem ei exprobrabant; ut Clodius ep. 18. (ad Att. I, 14.)

salse] Sic optime rescripsit Martyni Laguna. Vulgo enim est *falso*. Id quum per se frigidum est, tum potissimum ineptum, quia additur *aiunt*. Quomodo enim ii, qui narrabant Antonium Ciceronem saepe ob usum huius verbi cavillari, dicere potuissent, id *falso* in eum conferri! Itaque Cicero scripsit *salse*, ut simul εἰρωνικῶς Antonium figeret. Nam omnino in hoc genere ioci parum erat salis.

malo te ex Pomponio] cui scilicet Cicero hanc epistolam ad Antonium perferendam dederat. Erat enim ad eum negotiorum suorum causa profecturus.

existiment] Recte sic edidit Martyni Laguna. Vulg. *existimant*.

reliqua] scil. defensionem Antonii, si repetundarum accusaretur, quam quidem actionem ei adversarii tum maxime minabantur. (Ep. 16, 2.)

tamen abs te hoc petam, ut, si quid in te residet a ris erga me, id omne in Pomponii negotio osten Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

EPISTOLA XVIII. (Att. I. 13.)

Scr. Romae VI. Kal. Flor. A. U. C. 692.

Scribit se tres ab Attico epistolas accepisse, tardiorem ve scribendo esse, quod tabellarios fideles non inveni de diverso Consulum Pisonis et Messalae ingenio. Clodii incestu. 3. Pompeium se aperte laudare, oc invidere. 4. de praetorum provinciis. 5. de ora bus suis ad Atticum missis. 6. de domo a Messala co empta. 7. Teucridem spem facere solutionis. 8.

CICERO ATTICO, S.

Accepi tuas tres iam epistolas, unam a M. Cc lio, quam Tribus Tabernis, ut opinor ei dedisti, alte quam mihi Canusinus tuus hospes reddidit, ter quam, ut scribis, ancoris sublatis de phaselo dec quae fuerunt omnes rhetorum. Pure loquuntur, q humanitatis sparsae sale, tum insignes amoris n Quibus epistolis sum equidem abs te lacessitus ad

---

Epist. XVIII. 1. *Tribus Tabernis*] in via Appia sitis, ubi viatores divertebantur. *Popma.*

Canusinus tuus hospes] qui Atticum, quum in itinere Canusium pervenisset, hospitio exceperat.

ancoris sublatis] Olim edebatur vel *ancoris solutis* vel *ancora soluta*. Bene autem Casaubonus monuit, Latine quidem dici *oram solvere*, non *ancoram solvere*. que corrigendum cer *ancora sublata*. Post terus in cod. Pal. ir *ancoris sublatis*, id quo cepimus.

rhetorum] Ernestio cebat *rhetoris*. Vulgatu men ferri potest hoc l epistolae adeo eleg erant, ut a rhetoribu ptae videri possent.

im; sed idcirco sum tardior, quod non invenio n tabellarium. Quotus enim quisque est, qui lam paullo graviorem ferre possit, nisi eam pelle relevarit? Accedit eo, quod mihi non est no- ut quisque in Epirum proficiscatur. Ego enim itror, caesis apud Amaltheam tuam victimis, esse ad Sicyonem oppugnandum profectum. tamen id ipsum certum habeo, quando ad An- a proficiscare, aut quid in Epiro temporis po- Ita neque Achaicis hominibus, neque Epiroti- ullo liberiores literas committere audeo. Sunt post discessum a me tuum res dignae literis no- sed non committendae eiusmodi periculo, ut terire, aut aperiri, aut intercipi possint.

rimum igitur scito, primum me non esse roga- 2 ententiam, praepositumque esse nobis pacificato-

---

tolam graviorem — ione relevarit] Lepi- Dicit raros fideles ta- os, qui non referent, quas sciant de re- avibus scriptas; sicuti teras pecunia graves, dicere possimus eas non posse, nisi rele- pondere detrahendo. *i.*

is — victimis] Sicyo- cuniam Attico debe- Ea causa Sicyonem gitarat. Sed venuste metaphoram sumpsit militari, quod exer- doctores non ad prius exibant, quam is cecidissent. Amal- n Epiro Attici villa, studiis et libris dicata. *Ma- n. t.*

ad Sicyonem oppugnandum] ad exprimendam a Sicyoniis pecuniam. *Manut.*

ad Antonium proficiscare] cum literis in quibus te illi commendo. *Corrad.* (ep. 17 h. ed.)

2. *primum me non esse rogatum sententiam*] Cicero anno superiore a Silano Consule primum fuerat sententiam rogatus. Piso autem Consul hunc honorem propinquo suo C. Pisoni habere maluit. Id se moleste tulisse Cicero male dissimulat.

pacificatorem Allobrogum] C. Calpurnium Pisonem intelligit, qui Galliam Nar-

rem Allobrogum, idque admurmurante senatu que me invito esse factum. Sum enim et ab obs do homine perverso liber, et ad dignitatem in blica retinendam contra illius voluntatem soluti ille secundus in dicendo locus habet auctoritaten ne principis, et voluntatem non nimis devincta neficio consulis. Tertius est Catulus, quarti etiam hoc quaeris) Hortensius. Consul auten parvo animo et pravo, tantum cavillator gene

---

bonensem ex Consulatu obtinuerat, in qua Allobroges. Administrationis istius tempore videntur movisse aliquid Allobroges, quod et historia coniurationis Catilinariae declarat; *Piso incipientem motum sua prudentia composuit et fluctuantes animos in officio continuit.* Ideo appellatur pacificator Allobrogum, quod tamen Cicero videtur non sine urbanitate aliqua dicere et ioco. *Casaub.*

admurmurante senatu] Senatus significabat sibi non placere. *Manut.* Sic eodem significatu Cic. Verr. IV. 12.

et ad dignitatem — solutus] h. e. liberum mihi est, si pro reip. dignitate opus sit, Pisoni consuli adversari, quia ei nihil debeo.

Tertius est Catulus] tertius est rogatus sententiam Q. Lutatius Catulus filius, qui cum M. Aemilio Lepido cos. fuit a. u. c. 675. *Corrad.*

Hortensius] orato fuit Cos. cum Q. C Metello A. V. C. 684.

Cavillator genere il roso] Frustra corrigeb malius *mocoso*, quod μῶκος derivabat. Cui cabuli nulla est cert ctoritas. Unice veru *moroso*. Cic. de Orat. *Primum genus, quo sum vel maxime movet est nostrum, morosum, stitiosum. Naturae ri ipsae, quas personas a solemus, non sustiner* in Bruto, de eodem P *habuit a natura genus dam acuminis, quod arte limaverat, quod reprehendendis verbis tum et sollers, sed sae machosum, nonnunqua gidum, interdum etian tum. Is — hominun ptias ac stultitias, quae randae nobis sunt, non bat, iracundiusque bat, sive moroso, tabatur, sive ingenuo que fastidio.*

morofo, quod etiam fine dicacitate ridetur, facie magis, quam facetiis ridiculus; nihil agens cum re publica, feiunctus ab optimatibus; a quo nihil fperes boni rei publicae, quia non vult, nihil metuas mali, quia non audet. Eius autem collega et in me perhonorificus, et partium ftudiofus, ac defenfor bonarum. Quinimmo leviter inter fe diffident.

Sed vereor, ne hoc, quod infectum eft, ferpat 3 longius. Credo enim te audiffe, quum apud Caefarem pro populo fieret, veniffe eo muliebri veftitu virum; ideoque facrificium quum virgines inftauraffent, mentionem a Q. Cornificio in fenatu factam: (is fuit

---

quod etiam fine dicacitate ridetur] hoc non eft, ut Graevius interpretatur, quod ridere folent ii, qui minime funt dicaces, hoc eft: viri moderati et graves; fed potius, quod genus morofae cavillationis in homine ridetur, etiamfi non fit dicax, h. e. breviter et acute dictis feftivus.

nihil agens cum re publica] eft quafi non adhibens in confilium rem publicam, non cogitans quid ex eius ufu fit. *Gronov.*

3. *ne hoc quod infectum eft*] Muretus hoc fic intelligebat: timeo ne macula quae a Clodio reipublicae afperfa eft ferpat longius. Verum de Clodii inceftu Cicero nondum aliquid dixerat. Itaque quum pronomen *hoc* ad antecedentia, non ad ea quae fequuntur, referendum fit, melius utique expofuit Gronovius fic; vereor ne quod tabe vel pefte contactum eft trahat atque inficiat ulteriora, id eft, ne talis Conful Collegae fuam fcabiem affricet. Erneftius addit: alias dicere Ciceronem, ne contagio ferpat longius, fed h. l. expreffiffe vitium cum fubiecto.

te audiffe] Cicero nimirum oblitus erat, fe de ea re iam ep. 16. ad Atticum fcripfiffe.

ideoque] Vulgo *idque.* Sed melius auctore Mureto legitur *ideoque*, i. e. et propter hanc caufam, quia facra polluta effent, Virgines Veftales facrificium inftauraffent.

mentionem a Q. Cornificio factam] *Mentionem* dicitur *facere rei alicuius fenator*, qui loco fententiae de ea re, de qua relatum fuit, aliud quid in fenatu propo-

princeps; ne (tu forte aliquem nostrum putes) postea rem ex senatus consulto ad pontifices relatam, idque ab iis nefas esse decretum: deinde ex senatus consulto consules rogationem promulgasse; uxori Caesarem nuntium remisisse. In hac causa Piso, amicitia P. Clodii ductus, operam dat, ut ea rogatio, quam ipse fert, et fert ex senatus consulto et de religione, antiquetur. Messala vehementer adhuc agit severe. Boni viri precibus Clodii removentur a causa; operae comparantur; nosmetipsi, qui Lycurgei a principio fuissemus, quotidie demitigamur. Instat et urget Cato. Quid multa? vereor, ne haec, neglecta a bonis, de-

---

nit ac rogat, ut referatur, quod Tacito est *excedere sententiam* — *Graevius*.

is fuit princeps, ne — putes] Hoc est primus. Hoc autem Cicero notat, quasi reprehendens senatum, in quo nemo esset repertus ea virtute, ut de tanta re mentionem faceret, praeter Cornificium qui tum fuit e minorum gentium senatoribus. *Casaub.*

rogationem promulgasse] ut iudicium de pollutis sacris constitueretur. *Corrad.* — *promulgasse* significat proposuisse, in vulgus edidisse, ut si quis vellet tribunus plebis, intercederet, nemine intercedente, lex ferretur; etiam eam ob causam, ut quivis e populo rogatione inspecta, per otium examinare posset, antiquanda mox esset, an sciscenda. *Manut.*

uxori] Pompeiae.

remisisse] quod diceret, debere uxorem suam etiam suspicione carere. Plutarch. in Caes. *Corrad.*

antiquetur] *antiquat* populus latam rogationem, quum perferri non sinit; *abrogat* autem iam perlatam. *Manut.*

boni viri] sunt optimates, nobiles, primores. *Graevius.*

operae comparantur] homines mercede conducti, quorum suffragiis rogatio tollatur. *Manut.*

Lycurgei] ego, qui acer reprehensor, et vindex malorum, instar Lycurgi illius nobilis Atheniensis oratoris de quo Diod. Sic. VI. 89. et Cicero in Bruto c. 34. quotidie aliquid remitto de severitate mea. *Gronov.*

fensa ab improbis, magnorum rei publicae malorum causa sint.

Tuus autem ille amicus, (scin' quem dicam?) de 4
quo tu ad me scripsisti, postea quam non auderet reprehendere, laudare coepisse, nos, ut ostendit, admodum diligit, amplectitur, amat, aperte laudat; occulte, sed ita, ut perspicuum sit, invidet. Nihil come, nihil simplex, nihil ἐν τοῖς πολιτικοῖς honestum, nihil illustre, nihil forte, nihil liberum. Sed haec ad te scribam alias subtilius. Nam neque adhuc mihi satis nota sunt: et huic terrae filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audeo.

Provincias praetores nondum sortiti sunt. Res 5
eodem est loci, quo reliquisti.

τοποθεσίαν, quam postulas, Miseni, et Puteolo- 6
rum, includam orationi meae. A. d. III non. Decemb. mendose fuisse animadverteram. Quae laudas ex ora-

---

4. *tuus autem ille amicus*] sine dubio Pompeius. Mirum est Ernestium Tunstallo assensum, qui Hortensium intelligi volebat.

nos ut ostendit] Sic infra ep. 15. de eo: *Pompeius fremit, queritur, Scauro studet; sed utrum fronte an mente dubitatur,* et ad Att. IV. 9. *sane sibi displicens, ut loquebatur (sic est enim in hoc homine dicendum.)*

occulte, sed ita ut perspicuum sit, invidet] M. Coelius Ep. VIII. 1. ad Div. de Pompeio: *solet enim aliud sentire et loqui, neque tantum valere ingenio, ut non appareat, quid cupiat.*

nihil ἐν τοῖς πολιτικοῖς honestum] Hinc ἀπολιτικώτατον vocat lib. VIII. ad Div. ep. 15. *Corrad.*

5. *praetores*] In iis erat Q. Cicero, cui deinde obtigit Asia. *Manut.*

6. τοποθεσίαν] Ernestius hoc sic intelligebat: in qua tu vitium τοποθεσίας animadvertisti, et de eo monuisti. At enim de vitio nihil inest Ciceronis verbis. Atticus desideraverat locorum descriptionem.

orationi meae] nempe uni, incertum cui, ex deperditis.

mendose fuisse] Apparet lapsum Ciceronem in aliquo scripto, ubi hunc diem posuerat, de errore ab Attico admonitus. *Casaub.*

animadverteram] sc. ante,

tionibus, mihi crede, valde mihi placebant: se audebam antea dicere. Nunc vero, quod a te ta sunt, multo mihi ἀττικώτερα videntur. In orationem Metellinam addidi quaedam. Liber tit tetur; quoniam te amor nostri φιλορήτορα reddid

7 Novi tibi quidnam scribam? quid? etiam. M consul Autronianam domum emit LLS XX Quid id ad me, inquies? tantum, quod ea em et nos bene emisse iudicati sumus: et homines i gere coeperunt, licere amicorum facultatib emendo ad dignitatem aliquam pervenire.

---

quam tu me monuisti. *Ernesti.*

Metellinam] contra Q. Metellum Nepotem scriptam. Non exstat, sed argumentum apparet ex titulo qui fuit: *oratio adversus concionem Metelli*, teste Gellio lib. XVIII. c. 7. qui ex ea breve fragmentum attulit, ad significatus vocabuli *concio*, demonstrandos.

7. *novi tibi quidnam scribam? quid? etiam*] Etiam est, quod scribam, praeter superiora. Et est genus quoddam familiariter scribendi, saepe in extrema epistola usurpatum; ut epist. I. 2. *de muro statue, quid faciendum sit. Aliud quid? etiam quando te proficisci istinc putes, fac ut sciam.* Et ep. 19. eiusd. libri: *quid aliud? quid? hoc opinor.* Et ep. I. lib. III. ad Quintum fr. *quid praeterea? quid? etiam* — *Manut.* Sed Ciceronem con-

iicio scripsisse: *Novi ti aliud scribam? quid?* Nam *etiam* in huiusmo mulis est affirmandi cula.

Autronianam do quae fuerat L. Autron ti, qui consul designati collega suo P. Sylla le bitus interrogatus dederat. Deinde cc tionis nomine damnat sulabat ad Att. lib. III. *Manut.*

LLS. XXXVII.] gendum esse certissimi mentis evicit Casau Olim edebatur CCCC VII.

nos bene emisse] d de Crasso.

amicorum facultatib ceronem magnam eius pecuniae, quam pro domo solverat, m sumpsisse certum est. mutuam sumpserit non constat. A Sulla,

Teucris illa lentum negotium est, sed tamen est in spe. Tu insta, confice. A nobis liberiorem epistolam exspecta. VI kalend. Febr. M. Messala, et M. Pisone coss. 8

EPISTOLA XIX. (Att. I 14.)

Scr. Romae A. U. C. 692.

1. de prima Pompeii oratione post reditum ex bello Mithridatico habita. 2. Eius sententia in concione de iudicibus a praetore in causa Clodiana legendis, et in senatu de promulgata adversus eum rogatione. 3. de Crassi laudibus Ciceroni tributis. 4. de sua oratione in senatu habita. 5. de Clodii contentionibus ad impediendam rogationem. 6. de consulum animo. 7. de aliis quibusdam. 8.

CICERO ATTICO, S.

Vereor, ne putidum sit scribere ad te, quam sim occupatus; sed tamen distinebar, ut huic vix tantulae epistolae tempus habuerim, atque id ereptum e summis occupationibus.

Prima concio Pompeii qualis fuisset, scripsi ad te 2
antea. Non iucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non gravis. Itaque frigebat.

---

oratione defendit, mutuo accepisse vicies auctor est Gellius lib. XII. c. 12. Praeterea, quam Teucris illa quaecunque tandem fuerit, ei persolvit pecuniam, eidem negotio adhibuisse videtur.

8. *Tu insta, confice*] Sic auctore Casaubono rescripsi. Vulgo *tu ista confice*, quod alii ad ea quae Cicero Attico de Hilaro mandaverat, alii ad Attici ipsius negotia traxerunt. Sed verisimilius est Ciceronem his verbis ab Attico postulasse, ut Teucridi instaret, et illud negotium tandem conficeret.

Epist. XIX. 2. *Scripsi ad te antea*] epistola quae periit.

3 Tum Pisonis consulis impulsu levissimus tribunus plebis Fufius in concionem produxit Pompeium. Res agebatur in circo Flaminio: et erat in eo ipso loco illo die nundinarum πανήγυρις. Quaesivit ex eo, placeretne ei, iudices a praetore legi, quo consilio idem praetor uteretur. Id autem erat de Clodiana religione ab senatu constitutum. Tum Pompeius μαλ' ἀριστοκρατικῶς locutus est; senatusque auctoritatem sibi omnibus in rebus maximam videri, semperque visam esse respondit, et id multis verbis. Postea Messala consul in senatu de Pompeio quaesivit, quid de religione, et de promulgata rogatione sentiret. Locutus

---

3. *in concionem produxit*] Licebat tribunis plebis, quemcunque vellent arripere et in concionem productum cogere pro ipsorum iure et potestate, ut quibus de rebus esset interrogatus, iis de rebus responderet. Itaque trib. pl. C. Carbo minorem Africanum excisa Numantia redeuntem ab ipsa porta in concionem quum produxisset, quid de l. Gracchi nece sentiret, interrogavit. *Manut.*

in circo Flaminio] Pompeius tum fuit ad urbem, h. e. in exspectatione triumphi, et remansit extra urbem, prope ad exitum eius anni, quo triumphavit, itaque in circo Flaminio res acta fuit, qui erat extra urbem.

nundinarum πανήγυρις] Moribus Romanis quo die nundinae erant, cum populo agi non potuit. Ergo etiam hoc contra mores forte ab isto tribuno levissimo Fufio, quod tamen ut minus miremur facit Macrobius, qui docet disputatum fuisse, essent nundinae feriae necne? at olim quidem fuisse sine dubio; postea tamen lege Hortensia fastas esse factas, ut possent rustici, qui nundinandi caussa in urbem venirent lites componere. Quare postea, quum semel fastae declaratae lege fuerunt nundinae, coeperunt, ut ait idem Macrobius, omnia negligentius haberi, ut minus mirum sit levissimum tribunum in re maxima ausum esse concionem die nundinarum cogere. *Casaub.*

quo consilio] i. e. quibus iudicibus.

de Clodiana religione] de sacris Bonae Deae Clodii scelere contaminatis. *Manut.*

t in senatu, ut omnia illius ordinis consulta γενι- audaret: mihique, ut assedit, dixit, se putare, ıb se etiam de istis rebus esse responsum.

Crassus postea quam vidit illum excepisse laudem 4 ɔ, quod suspicarentur homines ei consulatum ı placere, surrexit, ornatissimeque de meo con- locutus est; ut ita diceret, se, quod esset sena- quod civis, quod liber, quod viveret, mihi acce- referre; quoties coniugem, quoties domum, :s patriam videret, toties se beneficium meum :. Quid multa? totum hunc locum, quem ego meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, pingere, de flamma, de ferro, (nosti illas ληκύ- valde graviter pertexuit. Proxime Pompeium ım. Intellexi hominem moveri; utrum Crass-

---

stis rebus] Sic legen- sse, non *de istius*, vel *is* vidit Popma; scil. igione et de promul- ɔgatione. Nam Pom- generaliter laudarat Senatus consulta, qui- :creta fuerat cognitio madversio in homines rosos, violatores pa- et religionis. Ergo ıt se satis respondisse *:s rebus*, de quibus ıterrogatus.

ɥuod suspicarentur ho-| ex eo quod γενικῶς laudaret senatus con- quamvis de rebus no- ıceret. *Corrad.* Vul- *:od hi suspicarentur.* :cte voculam *hi* de- ı esse Lambinus cen-

coniugem] Tertullam, Suet. in Caes. *Corrad.*

domum] in colle Vimi- nali. P. Victor. reg. 5. *Corrad.*

de flamma, de ferro] de in- cendiis et caedibus, quae a Catilina et ceteris factae fuissent, nisi ego de coniu- ratorum manibus faces et tela extorsissem. Orat. in L. Pis. c. 2. *Corrad.*

nosti illas ληκύθους] vas- cula quibus unguenta et pigmenta continentur; h. l. sic appellat locos oratorios illos.

moveri; utrum] incer- tum erat, cur moveretur, utrum propterea quod Cras- sus iniisset eam gratiam, an quod eum male haberet tantas videri res nostras etc.

ſum inire eam gratiam, quam ipſe praetermiſiſſet eſſe tantas res noſtras, quae tam libenti ſenatu l rentur, ab eo praeſertim, qui mihi laudem illa minus deberet, quod meis omnibus literis in] peiana laude perſtrictus eſſet.

5 Hic dies me valde Craſſo adiunxit: et tamen illo aperte, tecte quidquid eſt datum, libenter pi. Ego autem ipſe, dii boni! quo modo ἐνεπερπ σάμην novo auditori Pompeio? ſi umquam mihi π

---

omnibus literis] non epiſtolis, ſed in omnibus quae ſcripſerat de Pompeio, ut in oratione Maniliana, et id genus aliis: *literis* i. q. γράμμασι, ὑπερβολικῶς dictum.

perſtrictus eſſet] praeſertim ubi gloriam belli ſervilis a Craſſo profligati totam paene Pompeio tribuo. *Corrad.* Vide et orat. pro lege Manilia c. IV. et pro Sextio 51. *Gronov.*

5. *aperte*] Gronovius hoc ſic intellexit: „quae Pompeius voluit videri ſe mihi dediſſe ſub velo quaſi et tecte, inter cetera generatim laudando, quae proximis annis ſenatus decreviſſet, quaeque ex SC. facta eſſent, pro eo diſertis et expreſſis verbis gratias egi." Sed legendum videtur ab illo *aperto* ſcil. Pompeio, ut eum ſic εἰρωνικῶς appellet, pro recondito et tecto: niſi forte Cicero ſcripſit, *ab illo Aperta*, ut eum iocoſe cognomine Apollinis Pythi pellaret, ad deſignan tectam eius et perpl dictionem.

ἐνεπερπερευσάμην] i *reduci Pompeio novo au ri me omni modo iacta venditavi*, nullo genere p cipuo ornamentorum n cto. *Erneſti.*

Si umquam mihi περὶ ſi καμπαὶ] Vulgo ἢ κα ἢ ἐνθυμήματα, ἢ κατασκ Sed melius cum Graevio illo ἢ repetitur *ſi*. κα eſt e coniectura Baſii pr quod olim legebatur, κα Significat flexus molles tionis aut clauſulas. ἐ μήματα recte Erneſtius terpretatur celebratas ab antiquis rhetoribus tentias, e contrariis cluſas, quae propter b tatem et contraria acu aliquod habent, quali illa Horatii: *cur optas habes?* et quarum exe alia Cicero in Topicis ſu ditat c. 13. κατασκευαὶ

ſi κῶμπαὶ, ſi ἐνθυμήματα, ſi κατασκευαὶ ſuppedi-
unt, iſto tempore. Quid multa? clamores. Et
haec erat ὑπόθεσις, de gravitate ordinis, de
tri concordia, de conſenſione Italiae, de inter-
is reliquiis coniurationis, de vilitate, de otio.

---

onovio, ſunt figurae ionis, ut ἰσόκωλα, ἀντίθετα et id ge-ia. Hoc utique aptius, ſi cum Erneſtio ver-*onfirmationes.*

ores] ſcil. plauden-t Ciceronis eloquen-dmirantium.

erat ὑπόθεσις] Ar-tum hoc erat oratio-ae, *de gravitate ſe-* qui Catonis ſenten-ſecutus de coniuratis dum ſupplicium cen-; *de equeſtri concor-* uum equites Romani primendam coniura-cum ſenatu mire ſerunt; ut in oratione tio, et apud Plutar-de *conſenſione Italiae,* ſenatus conſultum de dis nefariis civibus ne laudaret, de *inter-s reliquiis coniuratio-* . e. de ſupplicio affe-ntulo, Cethego, Ce-Statilio, Gabinio, is coniurationis in ur-atilina emiſſo; *de vi-* annonae, quae in ur t, ipſo conſule; *de* quod civitati conſul peperit, coniuratione op-preſſa. *Manut.* Hactenus re-cte, niſi quod reliquias con-iurationis perperam accepit, de illis capite plexis, quum Cicero potius intelligat ma-le animatos quosdam ci-ves, qui ex Catilinae con-iuratione etiam poſt conſu-latum ſuum ſuperfuerant.

intermortuis reliquiis] Er-neſtius recte ſuſpicatus eſt vulgatam lectionem *immor-tuis* falſam eſſe, quia *immor-tuus* eſt, qui in aliquo actu ſ. conatu mortuus eſt, quod eſt alienum. Recte etiam vidit legendum eſſe *inter-mortuis* i. e. fractis, debili-tatis ita, ut mox plane in-teriturae ſint; neque tamen recordatus eſt locum orat. in Piſonem c. 7. ubi Clodia-ni dicuntur *manum ex inter-mortuis Catilinae reliquiis concitaſſe.*

de vilitate] ſc. annonae, praefectura annonae Pom-peio decernenda ab ipſo ef-fecta. *Erneſti.* Et hic qui-dem recte poſt Graevium hanc lectionem e Victor. et Manut. revocavit pro altera *utilitate.*

Nosti iam in hac materia sonitus nostros: tant runt, ut ego eo brevior sim, quod eos usque isti auditos putem.

6 Romanae autem se res sic habent. Senatus πάγος. Nihil constantius, nihil severius, nihi tius. Nam quum dies venisset rogationi ex se consulto ferendae, concursabant barbatuli iuv totus ille grex Catilinae, duce filiola Curionis; pulum, ut antiquaret, rogabant. Piso autem co lator rogationis, idem erat dissuasor. Operae C nae pontes occuparant. Tabellae ministrabantu ut nulla daretur UTI ROGAS. Hic tibi Rostra advolat, convicium Pisoni consuli mirificum fac id est convicium, vox plena gravitatis, plena ritatis, plena denique salutis. Accedit eodem

---

sonitus nostros] h. e. vim eloquentiae in genere gravi, quae ut ait Cic. Orat. c 18. *cursu magno sonituque ferretur.*

usque istim] apud te in Epiro.

exauditos] non fama acceptos; sed Cicero iocosa ὑπερβολῇ dicit, tanta voce se illa pronuntiasse, ut Atticum ea usque in Epiro exaudiisse crederet scilicet.

6. *barbatuli*] sunt qui nondum lanuginem posuerant. Cic. Catil. II. 10. pro Coelio 14. *Gronov.*

filiola Curionis] C. Curione C. F. qui eam consuetudinem cum M. Antonio tunc habebat, ut meri to filia potius (patris sui) quam filius dici posset Cic. Philipp. II. et Plutar Antonio. *Corrad.*

pontes occupant] po los illos per quos tran cives in suffragiis fe tabellas in urnam cturi.

ut nulla daretur UT GAS] Antequam ci legibus sciscendis vel quandis in suffragia singulis binae tabella bantur, quarum alter ris A. P. (*antiqua prol* tera V. R. (*uti roga* scripta esset. Hic igitu fraudem civibus bina dem tabellae datae nulla tamen quae lite R. haberet; eamque ol dem Cato, ut mox tur, consuli Pisoni convicium fecit.

er Hortensius, multi praeterea boni. Insignis ve-
ıpera Favonii fuit. Hoc concursu optimatum co-
ı dimittuntur: Senatus vocatur. Quum decerne-
: frequenti senatu, contra pugnante Pisone, ad
s omnium singillatim accidente Clodio, ut con-
populum cohortarentur ad rogationem accipien-
homines ad xv Curioni nullum senatus consul-
facienti assenserunt: ex altera parte facile cccc
nt. Acta res est. Fusius tribunus tum concessit.
ius conciones miseras habebat, in quibus Lucul-
Hortensium, C. Pisonem, Messalam consulem
ımeliose laedebat; me tantum comperisse omnia

---

ittuntur] Graevio pla-
irimuntur, quia non
e sint dimissa comitia
opterClodianorum au-
n, et optimatum con-
n, qui se ei oppone-
diremta.

ioni] *patri*, non filio,
ɔndum id aetatis vide-
sse, ut senator esse pos-
t sane non ita multo
ut non Senator intro-
ır in senatum ep. 50.
tt. II. 24) *Corrad.*

ı res est] factum est
tum ut Coss. populum
tarentur, ad rogatio-
accipiendam. *Corrad.*

ı concessit] Hanc le-
ım aliquot antiquorum
Casaubonus aliique
runt; qua significatur,
n quidem sententiam
ıutasse, sed tamen tum
e, nec impediisse, quin
fieret. Aurelio Augu-
placuerat *intercessit*.

conciones miseras habebat] próductus scil. a Fusio trib. pl. *miseras*, in quibus non dicebat, quod causae suae prodesset, tantum male dicebat, criminabatur. *Ernesti.*

Lucullum] qui iuratus dixit, se quaestionibus habitis comperisse Clodium cum sorore germana nefarium stuprum fecisse, Orat. pro Mil. c. 27. quare nuntium ei remisit. Plutarch. in Lucull. et Cic. *Corrad.*

Hortensium] qui ductus odio properabat rem deducere in iudicium; cf. ep. 21. (Att. I. 16.) *Corrad.*

C. Pisonem] Hic est ille Piso, quem Cicero epistola superiore *pacificatorem Allobrogum* vocabat. *Corrad.*

me tantum comperisse] nempe hoc ad irridendum Ciceronem solebant dicere, eum omnia *comperisse*, quod

criminabatur. Senatus et de provinciis praetorum, et de legationibus, et de ceteris rebus decernebat, ut ante, quam rogatio lata esset, ne quid ageretur.

7 Habes res Romanas. Sed tamen etiam illud, quod non speraram, audi. Messala consul est egregius, fortis, constans, diligens, nostri laudator, amator, imitator. Ille alter uno vitio minus vitiosus; quod iners, quod somni plenus, quod imperitus, quod ἀπρακτότατος: sed voluntate ita καχέκτης, ut Pompeium post illam concionem, qua ab eo senatus laudatus est, odisse coeperit. Itaque mirum in modum omnes a se bonos alienavit. Neque id magis amicitia Clodii adductus facit, quam studio perditarum rerum, atque partium. Sed habet sui similem in magistratibus neminem. Praeter Fufium bonis utimur tribunis plebis, Cornuto vero pseudoCatone. Quid quaeris?

---

in consulatu aliquoties de rebus Catilinae id dixerat. Cf. Ep. 17. (vulgo ad Div. V. 5.). *Ernesti.*

de legationibus] quibus ex Kal. Febr. usque ad Kal. Mart. Senatus quotidie lege Gabinia dabatur Ep. 12. lib. II. ad Q. Fr. et Ascon. Verr. 3. saepe tamen reiiciebantur. Ep. 5. lib. II. ad Q. Fr. et Att. I. 13. (huius edit. Ep. 20.) *Corrad.*

7. *ille alter uno vitio minus vitiosus*] Lepide. Unum vitium inest Pisoni, propter quod reliqua vitia minora aut irrita sunt, quia minus noxia fiunt eo vitio i. e. inertia et ignavia. *Ernesti.*

καχέκτης] male habitus, male affectus, depravatus, depravatis moribus, pravo animo. *Corrad.* Translatum est e schola medicorum vocabulum. Est enim καχέκτης apud Medicos, cuius corpus ita est affectum, ut vergat omnino in morbum. Ideo addit voluntate, ut translationem indicaret a corpore ad animum. *Casaub.*

in magistratibus neminem. Praeter Fufium] Ita concinnius verba collocantur et aptius. Vulgo *in magistratibus, praeter Fufium, neminem. Bonis* etc.

Cornuto] C. Cornuto trib. pl. qui tribus post annis Praetor fuit. Orat. post red. in Sen. *Corrad.*

pseudoCatone] h. e. al-

Nunc ut ad privata redeam, Ταῦκρις promissa 8
vit. Tu mandata effice, quae recepisti. Quin-
ater, qui Argiletani aedificii reliquum dodran-
emit H-S xxv, Tusculanum venditat, ut si
, emat Pacilianam domum. Cum Lucceio in
m redi. Video hominem valde petiturire. Na-
operam. Tu, quid agas, ubi sis, cuiusmodi
es sint, fac me quam diligentissime certiorem.
Febr.

---

atone, s. Catonis imi-
Tantum fuit nomen
s, ut multi Romae eum
ntur, et eum adhuc
pro exemplo sibi pro-
nt. Talis etiam fuit
ius. *Casaub.*
rgiletani] Argiletum
rbis prope Palatium.

uum dodrantem] h. e.
rei $\frac{3}{4}$. Nam *qua-*
n = $\frac{1}{4}$ hereditate iam
erat; reliquum *do-*
n a coheredibus emit.
lianam domum] For-
M. Pacilii Verr. IV.
l.
o hominem valde peti-
] Vulgo edebatur:
hominem valde petitur,
bo operam. Turnebus
eri scriptura emenda-
eo hominem valde pe-
titurire, sed male sic expli-
cavit: video Lucceium cupi-
de velle abs te petere, ut
secum in gratiam redeas;
non audere tamen metu re-
pulsae. At quomodo istud
caderet in Lucceium, qui ut
e superioribus epistolis pa-
tet, tantum aberat ut re-
conciliationem cum Attico
peteret, ut potius valde re-
pugnaret. Itaque sensus po-
tius hic est: „Tu pro tua
parte effice, ut cum Luc-
ceio in gratiam redeas. Vi-
deo hominem nunc valde in
eo elaborare, ut consulatum
petat. In eo negotio ei ope-
ram navabo." Quam no-
stram interpretationem con-
firmat locus Ep. 21. (Att. I.
17.) *Lucceium scito consula-*
tum habere in animo statim
petere.

EPISTOLA XX. (Att. I. 15.)

Scr. Romae A. U. C. 692. id. Mart.

Asiam provinciam Quinto fratri obtigisse nuntiat. 1. *de suis mandatis et de Attici ipsius negotio actum j scribat rogat.* 2.

CICERO ATTICO, S.

Asiam Quinto, suavissimo fratri, obtigisse au non enim dubito, quin celerius tibi hoc rumor, ullius nostrum literae nuntiarint. Nunc quoni: laudis avidissimi semper fuimus, et praeter ce Φιλέλληνες et sumus, et habemur, et multorum atque inimcitias reipublicae causa suscepimus; τοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο, curaque et effice, ut ab om et laudemur et amemur. His de rebus plura in ea epistola scribam, quam ipsi Quinto dabo.

2 Tu me, velim, certiorem facias, quid de mandatis egeris, atque etiam, quid de tuo ne; Nam ut Brundisio profectus es, nullae mihi a sunt redditae literae. Valde haveo scire quid Idib. Mart.

Epist. XX. 1. *Asiam*] quam postea triennium praetor obtinuit. Ep. 1. lib. I. ad Q. Fr. quum L. Flacco successisset. Orat. pro Flacco c. 14. *Corrad.* Per Asiam autem intelligitur illa Minoris Asiae pars, quae a Romanis in provinciae formam erat redacta. *Graev.*

παντοίης ἀρετῆς μ.] Sunt verba Achillis Hectorem alloquentis Iliad. X. 268. *Corrad.*

laudemur et amemur] nimirum petit ab Attico, ut non solum Quinto animos hominum in p cia conciliet, sed eti ipsum eorum laudit amori commendet. I tius existimat hoc eo nere, quod Cicero A Quinti fratris legatum rum esse opinatus sit; tamen provinciam a omissam esse ex ep. seq. potis vita Attici intelli

2. *de tuo negotio*] c genda a Sicyoniis pe *Manut.*

EPISTOLA XXI. (Att. I. 16.)

Scr. Romae A. U. C. 692. mense Quintili.

Attico quaerenti de iudicio quo praeter exspectationem Clodius absolutus erat, Cicero primum rationem reddit suarum in ea re actionum. 1. *deinde quale iudicium fuerit, et quem exitum habuerit narrat.* 2. *tum reip. statum malum quidem* 3. *sed tamen non prorsus desperandum esse.* 4. *se quum oratione perpetua tum altercatione Clodium in senatu fregisse ostendit.* 5. *Praeterea suum statum exponit.* 6. *Reliqua sunt de comitiis consularibus.* 7. *de Attici consilio, quod in Asiam ire nolit.* 8. *de epigrammatis in Amaltheo ab eo positis.* 9. *de literis ad Antonium datis.* 10. *de Cincii negotiis.* 11. *de Attici Amaltheo.* 12.

CICERO ATTICO, S.

Quaeris ex me, quid acciderit de iudicio, quod tam praeter opinionem omnium factum sit: et simul vis scire, quo modo ego minus, quam soleam, proeliatus sim: respondebo tibi ὕστερον πρότερον, Ὁμηρικῶς. Ego enim, quam diu senatus auctoritas mihi defendenda fuit, sic acriter, et vehementer proeliatus sum, ut clamor, concursusque maxima cum mea laude fierent. Quod si tibi umquam sum visus in re publica fortis, certe me in illa causa admiratus esses. Quum enim ille ad conciones confugisset, in iisque

---

Epist. XXI. 1. *de iudicio*] est iudicium Clodianum de violatis sacris. *Factum sit* ad eventum iudicii pertinet. *Ernesti.*

tam praeter opinionem omnium] quum omnes putarent fore, ut iudices a praetore legerentur, ut erat ab Senatu constitutum ep. 19. et ita Clodius condemnaretur. *Corrad.*

Senatus auctoritas] ut nimirum ex SCto praetores sibi legerent iudices in iudicio Clodiano, eaque rogatio ad populum ferretur.

ad conciones] quum P.

meo nomine ad invidiam uteretur, dii immo quas ego pugnas, et quantas ſtrages edidi? qu petus in Piſonem, in Curionem, in totam illa num feci? quo modo ſum inſectatus levitatem ſ libidinem iuventutis? ſaepe, ita me dii iuvent! ſolum auctorem conſiliorum meorum, verum ſpectatorem pugnarum mirificarum deſideravi. vero quam Hortenſius excogitavit, ut legem d gione Fuſius tribunus plebis ferret; in qua nihil a conſulari rogatione differebat, niſi iudicum g (in eo autem erant omnia) pugnavitque, ut ita quod et ſibi, et aliis perſuaſerat, nullis illum i bus effugere poſſe: contraxi vela, perſpiciens in iudicum; neque dixi quicquam pro teſtimonio

---

Clodius anicum ſibi praeſidium putaret ſordidam plebem, quam lactabat concionibus invidioſis in Ciceronem, quaſi qui nobiles cives indemnatos necaſſet, et commodis plebis agrariae legi Rulli reſiſtendo adverſatus fuiſſet. *Gronov.*

niſi iudicum genus] Fuſius hic fucum fecit Hortenſio et aliis parum cautis ſenatoribus. Fuſius videns aegre ſervari poſſe Clodium, rogatione illa accepta, perſuaſit Hortenſio, ſe boni publici et concordiae ſcilicet ſtudio velle ferre rogationem, qua idem efficeretur, atque illa conſulari, et quod ita eam rogationem compoſuerit, ut nihil differret a conſulari, niſi quod ex lege Fuſii iudices ordinarii de Clodio erant cognitu rogatione ſenatus non ces ordinarii. Recte ait Cicero in hoc ſui mnia, quod quum nc deret Hortenſius, qua eius imprudentia, paſſ ſibi fucum fieri et os o *Caſaub.* Rogatio conſ iubebat iudices legi ordinem: Fuſia, ut de more legerentur e riis iudicum. *Erneſti.*

inopiam iudicum] egeſtatem iudicum co morat. Videbat Cicer propter inopiam facile rumpi poſſe, unde po *firmum iudicium* vocat.

pro teſtimonio] Q Clodius iudicibus ſe pi turum affirmaret, quc in ſacris Bonae Deae d henſus diceretur, eo di

rat ita notum, atque testatum, ut non possem ire.

que, si causam quaeris absolutionis, ut iam a πρότερον revertar) egestas iudicum fuit, et lo. Id autem ut accideret, commissum est sii consilio: qui dum veritus est, ne Fufius ei ercederet, quae ex senatus consulto ferebatur, it illud, satius esse, illum in infamia relinqui ibus, quam infirmo iudicio committi. Sed duio properavit rem deducere in iudicium; quum lumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret. licium, si quaeris, quale fuerit; incredibili sic, uti nunc ex eventu ab aliis, a me tamen initio consilium Hortensii reprehendatur. Nam tio facta est clamoribus maximis; quum accuamquam censor bonus, homines nequissimos t: reus, tamquam clemens lanista, frugalissi-

---

e apud C. Cassinium fuisse, Cicero contus est, eo die se domi convenisse et m esse. Plutarch. in lanut.

m in infamia relinrdibus] nam si Furcessione impediret, nus de iudicibus a legendis ad popuretur, nullum esset le Clodio iudicium, en in infamia et forpicione incesti comesisset.

o iudicio] quod faumperetur. *Manut.*

eo gladio — iugula- hoc est per quosvis et quoscumque iudices condemnatum iri. *Graev.*

ut reiectio facta clamoribus maximis] sc. populi indignantis quod homines optimi reiicerentur ab reo, ne inter iudices essent. *Ernesti.*

accusator] Lentulus Orat. de harusp. resp. c. et Val. Max. lib. IV. c. 2. subscriptor C. Fannius. Act. II. 24. *Corrad.*

clemens lanista] solebant lanistae, quum paria gladiatorum eligerent producenda, eos primo quoque tempore producere, qui improbissimi erant, frugalissimum quemque servantes, quo

mum quemque secerneret; ut primum iudices derunt, valde diffidere boni coeperunt. Non umquam turpior in ludo talario consessus fuit. losi senatores, nudi equites, tribuni non tam quam, ut appellantur, aerarii. Pauci tamen bo erant, quos reiectione fugare ille non potuerat maesti inter sui dissimiles, et maerentes sedeba contagione turpitudinis vehementer permoveb Hic, ut quaeque res ad consilium primis postul bus referebatur, incredibilis erat severitas, nul rietate sententiarum: nihil impetrarat reus: pl cusatori dabatur, quam postulabat: triumphabat quaeris?) Hortensius se vidisse tantum: nemo

---

nunc Cicero respicit. *Casaub.*

maculosi senatoris] sunt notati a censoribus Suet. Iul. 41. Tacit Hist. I, 7. et XI. 40. *Gronov.*

nudi equites] nudati opere censorio. *Gronov.*

tribuni non tam aerati quam ut appellantur aerarii] Ex lege L. Aurelii Cottae iudiciorum erant cum tribus P. R. ordinibus communicata, ita ut senatores, equites, et ex plebe tribuni aerarii iudicarent. Hi appellati erant a tribuendo aere, quod pecuniam publicam tribuerent in stipendium militum atque adnumerarent quaestoribus in provincias abeuntibus. Iam ludit Cicero in ambiguitate vocabuli *aerarii*, aitque hos tribunos non aeratos, sed aerarios fuisse, h. e. ut Ernestius in Clave, *aeratus* recte pretatur, non fuisse e esse debebant, h. e. cuniam haberent, se perrimos et in aerario rendos, adeoque fac corrumpendum; scilic infima et pauperrin vium classis vocabant rarii; non autem, u stius alibi, quod esse corrupti.

contagione turpitu quod timebant, ne absoluto Clodio, in miam corruptionis ve *Ernesti.*

primis postulatio quum aliquid peter praetore et iudicibu quam causa dicebatur ad agendam causam nere videretur. Quid bent *petitionibus* qu glossa. *Ernesti.*

um reum, ac non millies condemnatum arbitra-
Me vero teste producto, credo te, ex acclama-
Clodii advocatorum, audisse, quae consurrectio
m facta sit, ut me circumsteterint, ut aperte
sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. Quae
es multo honorificentior visa est, quam aut illa,
iurare tui cives Xenocratem testimonium dicen-
rohibuerunt; aut quum tabulas Metelli Numidici,
hae, ut mos est, circumferrentur, nostri iudices
re noluerunt; multo haec, inquam, nostra res
. Itaque iudicum vocibus, quum ego sic ab iis,
s patriae, defenderer, fractus reus, et una pa-
omnes conciderunt. Ad me autem eadem fre-
a postridie convenit, quacum abiens consulatu
lomum reductus. Clamare praeclari Areopagi-
se non esse venturos, nisi praesidio constituto.
tur ad consilium; una sola sententia praesidium
esideravit. Defertur res ad senatum; gravissime

---

cclamatione advocato- Hoc non pendet ab *r* sed coniungitur cum *rectio iudicum facta* uum advocati Clodii arent et Ciceronem repudiarent. Sed *ex* durius est. *Ernesti.* vero *ex* saepe sic po ut significet *post*, aut *casionem* (*auf Veranlass-*) Sed hic l. obscurius est ex collocatione *audisse.* Si Cicero scri- *credo te audisse, ex atione Clodii advoca- quae consurrectio iudi- cta sit*, luculentior es- rborum structura.

tui cives] Athenienses, quos cives Attici vocat, quod ille amabat Athenienses, unde et Atticus dictus. *Ernesti.*

prohibuerunt] Cic. Orat. pro Cornelio Balbo c. 5. Valer. Max. lib. II. c. 5. *Corrad.*

Metelli Numidii] Q. Caecilii L. Metelli Numidici, qui Cos. fuit cum M. Iunio Silano A. U. 645.

inspicere noluerunt] Cic. pro Balbo c. 5. et Valer. Max. lib. II. c. 5. *inspicere* verbum proprium in hac re est, et praeferendum alteri lectioni *aspicere.*

ornatissimeque decernitur: laudantur iudices: datum negotium magistratibus: responsurum hominem nemo arbitrabatur. Ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι, ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε. Nosti Calvum, ex Nanneianis illum, illum laudatorem meum, de cuius oratione erga me honorifica ad te scripseram. Biduo per unum servum, et eum ex gladiatorio ludo, confecit totum negotium: arcessivit ad se, promisit, intercessit, dedit. Iam vero (o dii boni! rem perditam!) etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Ita, summo discessu bonorum, pleno foro servorum, XXV iudices ita fortes tamen fuerunt, ut, summo proposito periculo vel perire maluerint, quam perdere omnia. XXXI fuerunt, quos fames magis

---

ἔσπετε] ex Iliad. Π. v. 113.

nosti Calvum] M. Licinium Crassum de cuius laudibus in Ciceronem congestis supra scripsit ep. *Calvus* per iocum dicitur, quia quum Nanneii a Sulla proscripti bona emisset per procuratores, in tabulis curavit scribi, ea bona empta Licinio Calvo; nam et Licinii Calvi fuere. *Ernesti.*

laudatorem meum] Verba quae sequuntur: *de cuius oratione in me honorifica ad te scripseram* glossam sapere mihi videntur, qua vocabulum *laudatorem* aliquis explicare vellet.

et eum ex gladiatorio ludo] Facit hoc ad rei indignitatem amplificandam. Nam etiam servorum fuerunt gradus, longeque honestiores aut potius minus inhonesti alii erant, quam alii. *Casaub.*

intercessit, dedit] pro aliis spopondit, se creditoribus eorum soluturum, aliis statim numeravit pecuniam.

introductiones] Malaspina dubitabat an legendum potius esset *productiones* vel *perductiones;* nam lenones dicebantur *productores* aut *perductores* scortorum. Aptum tamen etiam *introductiones* esse Casaubonus monuit.

pro mercedis cumulo] i. e. quasi accessionem et mantissam pecuniae, qua corrupti erant illi iudices.

fama commoveret. Quorum Catulus quum vi- quendam, Quid vos, inquit, praesidium a no- ostulabatis? an, ne nummi vobis eriperentur, ti- is? Habes, ut brevissime potui, genus iudicii, isam absolutionis.

uaeris deinceps, qui nunc sit status rerum, et 3
eus. Rei publicae statum illum, quem tu meo o, ego divino confirmatum putabam, qui bono- mnium coniunctione, et auctoritate consulatus cus, et fundatus videbatur, nisi quis nos deus erit, elapsum scito esse de manibus uno hoc iu- si iudicium est, triginta homines populi Romani nos, ac nequissimos, nummulis acceptis, ius, omne delere, et, quod omnes non modo homi- verum etiam pecudes factum esse sciant, id, n, et Plautum, et Spongiam, et ceteras huius- quisquilias statuere, numquam esse factum.

l tamen, ut te de re publica consoler, non ita ut 4
unt mali, tanto imposito rei publicae vulnere, ala- ultat improbitas in victoria. Nam plane ita puta- :, quum religio, quum pudicitia, quum iudicio- des, quum senatus auctoritas concidisset, fore, rte victrix nequitia, ac libido poenas ab optimo e peteret sui doloris, quem improbissimo cuique at severitas consulatus mei. Idem ego ille, (non nihi videor insolenter gloriari, quum de me apud uor, in ea praesertim epistola, quam nolo aliis idem, inquam, ego recreavi afflictos animos

---

noveret] Sic Erne- ctore rescripsi. Vulg. *verit.*

lus] Q. Lutatius Ca- quem Sulla dictator m virum nominave- tarch. in Pompeio.

3. *Talnam et Plautum et Spongiam*] iudices nominat ignobiles, fortassis ex tribunorum aerariorum numero, et forsan etiam risum quaesivit ex nominum illorum significatione, ut Popmae et Casaubono visum.

bonorum, unumquemque confirmans, excitans ſectandis vero, exagitandisque nummariis iudi omnem omnibus ſtudioſis, ac fautoribus illius riae παῤῥησίαν eripui; Piſonem conſulem nulla conſiſtere unquam ſum paſſus; deſponſam homin Syriam ademi; ſenatum ad priſtinam ſuam ſev tem revocavi, atque abiectum excitavi; Clodium ſentem fregi in ſenatu quum oratione perpetua niſſima gravitatis, tum altercatione eiusmodi, e licet pauca deguſtes. Nam cetera non poſſunt h neque vim, neque venuſtatem, remoto illo i contentionis, quem ἀγῶνα vos appellatis.

5 Nam, ut idib. Maii in ſenatum convenimus, tus ego ſententiam, multa dixi de ſumma re pu atque ille locus inductus a me eſt divinitus: „ne plaga accepta, Patres conſcripti conciderent, n ficerent; vulnus eſſe eiusmodi, quod mihi nec mulandum, nec pertimeſcendum videretur; ne metuendo ignaviſſimi, aut ignorando ſtultiſſimi ii remur. Bis abſolutum eſſe Lentulum, bis Catili

---

4. *ἀγῶνα vos appellatis*] Loquitur cum Attico tanquam cum homine Graeco, q. d. quem Graeci populares tui ἀγῶνα appellant.

5. *divinitus*] Errabat Caſaubonus quum hoc vocabulum ſemper ſignificare putabat, divino conſilio, vel deo auctore et compulſore. Immo ſaepius ut h. l. apud Ciceronem ponitur, pro *divine*, *admirabiliter.* Sic *divinitus dicta* de Orat. II. 2. ſunt egregie aut pulcherrime dicta. Sic ibid. II. 45. *divinitus tractare.*

aut ignorando] hc fertur ad antecedens *n ſimulandum.* Nam qu nus apertum diſſimul videtur ignorare, qua facile poſſunt: ideoqu tiſſimus iudicatur.

Lentulum] eum qu Catilina coniuravit, carcere necatus eſt. M

Catilinam] Etiam in tione in Piſonem: *ut c* inquit, *bis Catilina a tus, emiſſus etiam ille tuus provinciae, quun prum Bonae Duae pulv bus intuliſſet.* Ego t

tertium iam esse a iudicibus in rem publicam ſſum. Erras, Clodi, non te iudices urbi, sed ri reservarunt; neque te retinere in civitate, sed privare voluerunt. Quamobrem, Patres con:, erigite animos, retinete vestram dignitatem. t illa in re publica bonorum consensio; dolor t bonis viris; virtus non est imminuta; nihil mni factum novi; sed, quod erat, inventum est. ius hominis perditi iudicio plures similes reperti Sed quid ago? paene orationem in epistolam . Redeo ad altercationem. Surgit pulchellus

---

olutum Catilinam inprimum de incestu, Fabiam, virginem Vestuprasset, Hortensio ello Coss. idque Orob. IV. et Pedianus in entario orationis conompetitores tradide- Iterum crimine inter s, ob necem M. Maratidiani Caesare et Coss. quod apud Dioib. XXXVI. scriptum :d etiam Cicero signin oratione pro Sulla, ait: *At idem non afolio in iudicio.* Tertio ındarum ex Africa, et Torquato Coss. ut ınis, Quinti fratris in de petitione consulaediani testimonio pro- Quid igitur? an ab a dissentit Cicero? ni- Sed quum Catilinam, ıt Clodium contra le- ısolutum velit significe de tribus absolutionibus unam omittit, in crimine scil. incestus, ne Fabiae, Terentiae uxoris suae sorori, turpem impudicitiae notam inureret, quam etiam in oratione contra competitores expertem culpae dicit fuisse. Loquitur igitur de iis iudiciis, in quibus Catilina, quum culpam commisisset, absolutus tamen est repetundarum, et inter sicarios, quibus criminibus manifeste tenebatur. *Manut.*

pulchellus puer] Ludit in formam et cognomen Clodii; in formam, quia facie puellae similis erat, ut scribit Plutarchus in Caesare et Cicerone; in cognomen, quia Clodius Pulcher, cognomine Claudiae familiae patriciae, appellabatur. Erat enim et altera Claudia familia plebeia, in qua Marcellorum cognomen. *Manut.*

puer; obiicit mihi, me ad Baias fuisse. — Salsum tam id quidem huic simile est, inquam, quam si di operto fuisse. Quid, inquit, homini Arpinati cum caldis? — narra, inquam, patrono tuo, qui Arpi

---

Salsum: sed tam id quidem huic simile est, inquam, quam si dicas in operto fuisse] Ita correxi vulgatam lectionem: *falsum, sed tamen quid hoc? simile est, inquam, quasi dicas in operto fuisse.* Et *salsum* aptius esse quam *falsum* iam Manutius viderat. Sed reliqua etiam stribligine non carebant. *Tam id huic* δεικτικῶς pronuntiatum, ut quum dicitur: *Tu si hic sis aliter sentias.* Et iam olim erat *huic* in edd. pro *hoc.* Cicero igitur respondit: *Salsum* est quod *dicis* (nempe et hoc εἰρωνικῶς) *sed tam est id quidem mihi simile, quam si dicas me in operto fuisse.*

in operto] scil. ut tu quum in intimam Caesaris domum, ubi Vestales in operto sacra faciebant, muliebri vestitu penetrasti. Ita locutus est Paradoxorum V. quum eundem Clodium exagitans, *Familiarissimus*, inquit, *tuus* (Piso consul, *de te privilegium tulit, ut si in opertum Bonae Deae accessisses, exsulares. Quo modo igitur, tot legibus eiectus in exsilium, nomen exsulis non perhorrescis? Romae sum,* *inquies.* — *Et quide operto fuisti. Manut.*

narra, inquam] *narra* non satis apte re det quaestioni Clodii. nihil narraverat, ut C eum cum sua narratio sororem ablegare poss interrogaverat. Itaqu picor Ciceronem scr vel: *quaere*, inquam *e trono tuo*, vel; *norit* quam, *patronus tuus.*

patrono tuo] Sorori Patronum appellat, mulier potens, et amat gratia valens, Clodiun pe non secus ac pat defenderat; cuius opera Sex. Clodium absolutum legitur in pro Caelio. c. 32. *Ma*

qui Arpinates aquas pivit] h. e. nuptias Sic enim appellat την σιαν alludens ad vet morem, qui πρὸς τὰ δίαια aquam adhibe Testes huius moris p passim et Cicero ipse Caelio c. 14. *Ideone adduxi ut tu ea incest reris?* Hinc pendet ioc ceronis et in hac voce sequenti: *Nosti ma Casaub.* Videtur legen

ıs concupivit; noſti enim marinas. — Quousque, it, hunc regem feremus? — regem appellas, in- ı, quum Rex tui mentionem nullam fecerit? ille n Regis hereditatem ſpe devorarat. Domum, in- emiſti. — Non potes, inquam, dicere, iudices i. — Iuranti, inquit, tibi non crediderunt. Mihi

---

Arpinates aquas concu- Intelligit enim Clo- , quae patronus fratris r, quia factione et gra- natorum fratri patro- ıtur, qualis Praecia Plutarchum in Lucullo. *ıo quae* ut in lib. I. ad ep. 9. *illa furia mu- m religionum, qui ıluris fecerat Bonam , quam tres ſorores.* t. *illud ſcelus, qui me !it.* — *Gronov.*

i enim marinas] Er- ı, etſi eum non ſugie- ıc de Clodio ſtuprato tis, quorum in manus venerat, intelligi, ta- atetur ſe nexum huius ıatis cum ſuperioribus idere. Eſt ſane obſcu- lus, ſed tamen ſic ex- dus videtur. Clodius, .verat: *Quid homini ıti cum aquis caldis?* .ndet Cicero; quaere ſpatrono tuo, ſorore]uae coniugium huius ıtis appetivit, qui ſi ondilionem non repu- , ei certe aquis cali- ıus fuiſſet. Ac ne tu n earum uſum omnino ignoras. Noſti enim marinas, quibus tibi utendum fuit, poſtquam eras piratarum contumeliam in medio mari perpeſſus.

quum Rex] Q. Martius Rex Terentiae ſororis Clo- dii maritus. Plutarch. in Cic. *Corrad.*

mentionem nullam fecerit] Moris fuit apud Roma- nos in faciendo teſtamento omnium amicorum paulo familiariorum facere men- tionem iisque aliquid lega- re. Praeteriri autem tam turpe cenſebatur, quam ho- neſtum teſtamentis amico- rum multa eſſe conſecutum, quod de ſe praedicat Cicero Philipp. II. *Caſaub.*

non potes, inquam, *dice- re: iudices emiſti*] Vulgo editur: *putes* inquam, *dice- re;* in quo quid ſignificet illud *putes*, nemo ſane dixe- rit. Ciceroni Clodius expro- braverat domum magna pe- cunia emptam. Itaque Ci- cero regerit, non potes mihi, ut ego tibi poſſum, expro- brare iudices emptos. Ita- que reſcripſi: *non potes.*

vero, inquam, XXV iudices crediderunt: XXXI niam nummos ante acceperunt, tibi nihil credid Magnis clamoribus afflictus conticuit, et concid

6 Nofter autem ftatus eft hic. Apud bonos fumus, quos reliquifti; apud fordem urbis, et fa multo melius nunc, quam reliquifti. Nam et illı bis non obeft, videri noftrum teftimonium non va Miffus eft fanguis invidiae fine dolore, atque hoc magis, quod omnes illi fautores illius fl rem manifeftam redemptam effe a iudicibus coı tur. Accedit, quod illa concionalis hirudo ae

---

tibi nihil crediderunt] lufus ex amphibolia verbi *credere*. Pecuniam pro corruptela promiffam tibi adeo non crediderunt, ut potius nummos ante iudicium a te acciperent.

6. *nam et illud nobis non obeft*] Manutius defiderabat alterum *et*, quod ἀνακόλουθον Cafaubonus fic tolli poffe putabat, fi ftatim fcriberetur *et miffus eft fanguis*. Verum illud ἀνακόλουθον nullum eft, quia *nam et illud* nihil aliud fignificat; quam *nam etiam illud*. Verbis autem *miffus eft fanguis* praeponi non debet *et*, quia hoc non eft alterum membrum priori ex aequo refpondens, fed potius in his verbis ineft prioris membri confirmatio. Cicero enim dicit, eo ipfo quod teftimonium fuum non valuerit invidiam effe minutam, ficut ἡ πληθωρὴ minuitur f nis detractione.

rem manifeftam] additur *illam*, quod h lius abeft, praefertim vel fic pronomen *ille* tribus verficulis coı repetatur. Sed mir Erneftium haefiffe in *feftam*, quod facinus i quae effet res manifeft redimatur, faltem a bus. Nam *res manife crimen manifeftum*, qu dimitur a iudicibus corrumpuntur.

accedit] Vulgo a *illud*, quod Erneftius delevit.

concionalis hirudo rii] quae in concic nullum pofcendi finem ret, infatiabilis ut hi et *hirudo aerarii*, quia publica largitio five i bem, five in quem alium facta, opes imı

a ac ieiuna plebecula, me ab hoc Magno unice putat; et hercule multa et iucunda consuetudine ncti inter nos sumus, usque eo, ut nostri isti ſatores coniurationis, barbatuli iuvenes, illum monibus Gnaeum Ciceronem appellent. Itaque lis, et gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας sine astoricia sistula auferebamus.

unc est exspectatio comitiorum, in quae omni- 7 vitis trudit noster Magnus Auli filium: atque in

. Et aerarium intel- e pecunia ex annuis ilibus coacta. Erant duo praeterea, quae ra vocabantur. Vide . VII. ep. 15. ad Att.

gno.] Pompeio po- . *Corrad.*

iſſatores coniurationis] iae consortes in con- ne, quem supra *gre-* ocavit Catilinae ep. 19, *anut.*

udis] ut Megalensi- Circensibus et Apolli- is, quibus haec episto- te non multo ante VI. Sext. scripta videtur. *b.*

gladiatoribus] Quum s gladiatorium signifi- ult *gladiatoribus* dicit; II. ep. 1. ad Att. quae- me, *num censuessem* *locum gladiatoribus* *Manut.*

σημασίας] significa- ut plausum, et quae rea benevolentiam si- nt. *Manut.*

sine ulla pastoritia fistula] sine sibilo.

7. *comitiorum*] consu- larium.

in quae] hanc lectionem e veteribus edd. restitui. *In quae* scil. comitia *trudit Pompeius Auli filium.* Vulg. *in qua* referendum esset ad *ex- spectatio*, sensu incommodo.

Auli filium] L. Afra- nium, quem ad petendum sequentis anni consulatum Pompeius trudebat. Petiit autem, et obtinuit. Bello Mi- thridatico legatus Pompeii fuerat; bello civili legatus eiusdem cum Petreio fuit in Hispania. Victum et post impetratam veniam arma in- ferentem Caesar interfecit. Auli autem filium ideo vocat, opinor, quod pater nullo honore, nulla virtute insi- gnis fuisset, quasi per con- temptum. Etiam infra *Auli* inquit, *filius quam ignavus et sine animo* etc. *Manut.* Pro A. F. et hic et in ultima epistola huius libri legit Lipsius *Af.* i. e. Afranium.

eo neque auctoritate, neque gratia pugnat, sed bus Philippus omnia castella expugnari posse dice in quae modo asellus onustus auro posset ascenc Consul autem ille, Doterionis histrionis similis, si pisse negotium dicitur, et domi divisores habere: c ego non credo. Sed senatus consulta duo iam i sunt odiosa, quae in consulem facta putantur, C

Vide lib. III. Var. Lect. c. ult. Cui non subscribit Casaubonus, qui Auli filium eum vocari contendit, vel vitandi nominis proprii causa, si forte in alienas manus hac venirent literae, vel Graecorum imitatione. Solent illi ὁ Ἀρίστωνος dicere, pro Πλάτων, et ὁ Ὀλόρου pro Θουκυδίδης. *Graev.*

Sed quibus] scil. instrumentis vel subsidiis.

asellus onustus auro] Plutarch. Apophthegm. Reg. (Opp. Tom. VIII. p. 96. ed. Hutten.)

Doterionis histrionis similis] Pisonem significat, et respicit ad illud morosum genus cavillationis, in quo similitudo fuisse videtur inter Pisonem et illum histrionem. Sunt qui etiam hic Ciceronem in etymologia nominis *Doterion* lusisse putent, quasi a dando et donando dictus esset. Id tamen alienum videtur. Altera autem lectio, *deterioris* histrionis, non est admittenda.

divisores] qui populo pecuniam dividerent, ut consulem Afranium cre *Manut.* Est hoc nomen num invidiae, immo i miae, et inter gravissima vitia ponitur. Sic III. 6 Verr. ait eum in furis a visoris disciplina educa Horum fidei solebat p nia committi ab eo, qui quid emerat a populo. (re etiam in hos saepe : cia fuisse constituta app vel ex Orat. pro L. Mu na. Celebris olim Ro Nummius Divisor, in q extat iocus in Cic. de (lib. II. 63. ut Neoptolei ad Troiam sic illum in (po Martio nomen inve *Casaub.*

odiosa] quia multis gistratibus molestiam (bant.

quae in Consulem] I tuli lectionem libri Fa quae Malaspinae qu placuit. Nam vulgatum significaret, ideo illa odiosa esse, quia in Pisc facta putentur, quod a ti nequit, quia ipse odiosissimus erat.

t Domitio postulante; unum, ut apud ma-
tus inquiri liceret; alterum, ut qui domi divi-
haberent, adversus rem publicam. Lurco au-
ribunus plebis, qui, magistratum simul iniit, so-
est lege Aelia, et Fusia, ut legem de ambitu fer-

Domitio] L. Domitio obarbo, qui Porciam ıis sororem habebat m ad Att. XIII. lib. 31. *d.*

pud magistratus inqui-ret] Appareret ex h. l. orem, cuius erat quae- e ambitu, non potuis- e SCto inquirere in s magistratuum; at in s privatorum credo sse. *Casaub.*

domi] Hoc Ernestio re reposui pro vulg. *cu-mi.* — *qui domi divisores t* dictum est ut supra: *r domi divisores habere;* simplicius est et pla- quam si cum aliis legi- *cuius domi divisores ha-* in quo *haberet* posi- sset pro *habitaret*, quod in aliquot MSS. scri- fuit.

ersus rem publicam] cere. Sic ad Att. II. 24. *um misisset contra rem esse facturum.* ad Div. 3. *qui impediverit eum m existimare contra ubl. fecisse. Casaub.*

rum] Ernestius hoc um esse putabat; unum m fuisse Senatus consultum, *ut apud magistratus inquiri liceret; qui domi divisores haberet adversus rem publicam.* Alterum vero esse sequentibus verbis de Lurcone comprehensum. Sed eius coniecturae nulla est necessitas. Nam in verbis *ut apud magistratus inquiri liceret*, facile ex antecedentibus et consequentibus intelligitur *an domi divisores haberent.*

Lurco] M. Aufidius Lurco Cic. orat. pro L. Flacco et Varro lib. III. c. 5. de re rustica. *Corrad.*

qui magistratum simul iniit solutus est lege Aelia et Fusia] Vulgo erat: *qui magistratum simul cum lege Aelia iniit, solutus est et Aelia et Fusia;* quod vix intelligi posse Ernestius recte iudicavit, isque sic emendandum censuit ut edidimus. *Simul* est iq. *simulac.*

lege Aelia et Fusia] Legis Aeliae capita tria fuerunt 1. ut auspicato omnia fierent in comitiis 2. ut obnuntiatione facta dirimerentur comitia 3. ut liberum esset intercedere, quibus intercedendi ius erat. Erat autem

ret; quam ille bono auſpicio claudus homo promulgavit. Ita comitia in ante diem VI kal. Sext. dilata ſunt. Novi eſt in lege hoc, ut, qui nummos in tribus pronuntiarit, ſi non dederit, impune ſit; ſin dederit, ut quoad vivat, ſingulis tribubus H-S CIↃ CIↃ CIↃ debeat. Dixi, hanc legem P. Clodium iam ante ſervaſſe: pronuntiare enim ſolitum eſſe, et non dare. Sed heus tu, videsne conſulatum illum noſtrum, quem Curio ante ἀποθέωσιν vocabat, ſi hic factus erit, fabulam

---

intercedendi ius ad populum ſolis tribunis plebis legibus ſacratis conceſſum. Legi Fuſiae caput unum fuiſſe viri docti exiſtimant, ne omnibus diebus faſtis cum populo agi aut legem ferri liceret. *Caſaub.*

claudus homo] Non hic alluditur ad nomen Clodii, ut vult Boſius et Popma; nam lex Aufidia perlata non fuit, ut recte notavit Manutius. Clodii vero lex quae ſuſtulit Aeliam et Fuſiam perlata eſt. Inde Cicero queritur Orat. in Piſonem everſa eſſe a Clodio, ſublata lege Aelia et Fuſia, propugnacula muroſque tranquillitatis atque otii. Lurco igitur videtur claudus fuiſſe, quorum occurſus credebatur inauſpicatus. *Gronovius.* Et hic quidem veriſſime. Nam ioco ſe Cicero, etiam hac ratione ſolutum eſſe Aelia lege Lurconem ait, quod claudus auderet legem de ambitu, bono ſcilicet auſpicio i. e. malo promulgare, quod ſalva lege Aelia fieri non poterat, quae nihil niſi auſpicato in comitiis geri iuſſerat.

in tribus pronuntiarit] Sic legi oportere, non in tribu iam Corradus vidit. Similiter dicitur *per centurias pronuntiare* ep. Sueton. in Caeſ. Eſt autem, ut Caſaubonus monuit, frequens in hac re verbum, i. q. polliceri.

fabulam mimum futurum] Miſſis aliorum vanis coniecturis unice verum exiſtimo hanc lectionem, quam pro vulgata *fabam imum* repoſui; idque eo magis, quod Dio Caſſius lib. 37, 13. tradit hunc Afranium melius ſaltaſſe, (quod mimorum erat) quam res egiſſe. Hoc igitur dicit Cicero, videsne illum conſulatum, quem ut ſcis eum geſſimus, Curio ἀποθέωσιν vocabat, ſi hic Afranius Coſ. factus erit, re vera ludicrum aliquod negotium, ut fabulam aut mimum fu-

a futurum? quare, ut opinor φιλοσοφητέον, od tu facis, et istos consulatus non flocci t.

uod ad me scribis, te in Asiam statuisse non ire; 8
m mallem, ut ires: ac vereor, ne quid in ista ius commode fiat. Sed tamen non possum re- idere consilium tuum, praesertim quum egomet vinciam non sim profectus.

? Potest etiam *illum atum nostrum*, sine re- : ad Ciceronis consu- , universe dictum esse, *consulatum Romanum;* rio dictitaverit, videri os, qui consulatum es- depti paene deos esse , et diis pares. Ita bono visum.

: *flocci facteon*] Assen- ictorio et Lambino, qui lectionem in plurimis conspicuam retinen- iudicarunt, ut Cicero cum, quum antea grae- diectivo verbali usus φιλοσοφητέον, latinam nationem *non flocci fa- um*, in graecam *non facteon* mutaverit. Cer- od pro hac lectione tuerunt *non flocci* ἰατέον, structurae verborum, ententiae satis respon- Esset enim *non flocci* riuscule pro: qui non locci aestimandi, posi-

8. *te in Asiam statuisse non ire*] contra quam sperarat Q. Cicero, qui Atticum sibi fore legatum sperabat. Vide Corn. Nep. in vita Attici cap. 6. *Graev.*

ne quid in ista re minus commode fiat] vel ut Quintus hoc non molliter accipiat, vel ut Quintus, destitutus te rectore, male regat. *Gronovius*. Unice hoc, non illud intelligendum; verebatur enim Cicero potissimum, ne frater animo ad iracundiam prono non satis imperaret, nisi Atticum secum haberet monitorem. Cf. ep. ad Q. fratrem l. I. 1.

praesertim quum egomet] Atticus enim dicere poterat: si tu M. Tulli e consulatu, in provinciam proconsul ire noluisti, quod mos et leges postulabant, quid me reprehendis, quod nolim cum fratre tuo legatus in provinciam ire, quod non est officii mei?

9 Epigrammatis tuis, quae in Amaltheo posuisti, contenti erimus, praesertim quum et Chilius nos reliquerit, et Archias nihil de me scripserit; ac vereor, ne, Lucullis quoniam Graecum poëma condidit, nunc ad Caecilianam fabulam spectet.

10 Antonio tuo nomine gratias egi; eamque epistolam Manlio dedi. Valde te venditavi. Ad te ideo antea rarius scripsi, quod non habebam idoneum, cui darem; nec satis sciebam, quo darem.

---

9. *Epigrammatis*] haud dubie Graece scriptis.

in Amaltheo] in illo gymnasio vel praedio Epirotico, sub statua ut videtur, Ciceronis. Vid. supra ep. 19. *Gronov.*

praesertim quum] Petierat enim Atticus, ut si quid Archias de Cicerone scripsisset, mitteret, itemque si quid Chilius. Erat autem uterque poetica arte insignis. *Manut.*

nil de me scripserit] inchoavit tamen, si modo verum est, quod legimus in orat. pro Archia; potuit enim Cicero dicere, quia causae serviendum putaret. Dixit autem haec: quas res nos in consulatu nostro vobiscum pro salute huius nobis atque imperii, pro vita civium, proque universa republ. gessimus; attigit hic versibus *atque inchoavit. Quibus auditis quod mihi magna res et iucunda visa est, hunc ad persiciendum hortatus sum.* Idem in extrema oratione eius poematis mentionem facit. *Manut.*

ad Caecilianam fabulam] i. e. ne nunc de Metellis, qui fuerunt e Caeciliis, scribat carmen; nam iis aeque familiaris erat ac Lucullis. Id appellat per iocum Caecilianam fabulam, per allusionem ad Caecilium poetam scenicum. *Ernesti.*

10. *Antonio*] C. Antonio collegae meo.

gratias egi] quia te in negotio Sicyonio iuvit ep. 18. ut ab eo petieram ep. 17. *Corrad.*

Manlio dedi] T. Manlio qui Thespiis negotiatur. Ep. ad Fam. XIII. 22. *Corrad.*

Valde te venditavi] Totus hic locus vulgo ita legebatur: — *Manlio dedi. Ad te ideo antea rarius scripsi quod non habebam, cui darem nec satis sciebam quid darem. Vale. Te vindicavi. Cincius si quid ad me tui ne-*

cius si quid ad me tui negotii detulerit, susci- 11
Sed nunc magis in suo est occupatus; in quo
ion desum.

, si uno in loco es futurus, crebras a nobis 12
exspecta; ast plures etiam ipse mittito. Velim
scribas, cuiusmodi sit Αμαλθεῖον tuum, quo

---

tulerit suscipiam, sed *gis in suo est occupa-* *quo ego ei non de-* *Tu si uno in loco et* etc. In quibus pri- ironovius recte pro- ectionem, quam Ursi- libro scripto lauda- *uo darem* pro vulg. *larem.* Deinde illa *vale. te vindicavi,* sine corrupta sunt, et loco posita. Grono- quidem emendabat: *e vindicavi*, scilicet aria quam tibi a me itabas, dum raro aut r scribo, hac longis- pistola. At enim ex ic epistola nullibi ap- Atticum questum esse a Cicerone intermis- Ipse demum paulo raritatem literarum sponte excusat. Ma- i in duobus et Victo- i uno Ms. invenit *te* *avi*, quod verissimum or, sed ita ut simul quaedam transponan- Sic omnia bene proce- *Antonio tuo nomine* *e in negotio tuo adiu-* *vit gratias egi — Valde te venditavi*, i. e. cum summa tua laude te ei commendavi. *Ad te ideo antea — quo darem. Cincius si quid ad me tui negotii detulerit — desum. Tu si uno in loco es futurus* etc.

12. 'Αμαλθεῖον] bibliotheca sic appellata, ep. 19. vel monimentum, in quo Atticus versibus eos, qui honore rerumque amplitudine ceteris Rom. Pop. praestiterunt, exposuerat ita, ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum non amplius quaternis, quinisve versibus describeret. Corn. Nep. in Attico. *Corrad.* Has imagines cum versibus videtur posuisse in diaeta quadam praedii Epirotici, quam dixit Amaltheam, ut in domo Palatina Syracusae Suet. Oct. 72. Hermaeum Clod. 10. dicuntur. Amalthea fingitur fuisse capra, cuius lacte Iupiter puer est nutritus. Et per illos illustres viros nutritus educatus, excultus erat Iupiter Capitolinus, h. e. Populus

ornatu, qua τοποθεσία; et quae poëmata, quasque hiſtorias de Ἀμαλθεία habes, ad me mittas. Lubet mihi facere in Arpinati. Ego tibi aliquid de meis ſcriptis mittam. Nihil erat abſoluti.

EPISTOLA XXII. (Att. I. 17.)

Scr. Romae A. U. C. 692. nonis Decembr.

Scribit ſe ſumma moleſtia affectum, quum ex Attici literis mutatum Quinti fratris erga illum gravemque offenſionem cognoverit, ſperare tamen id malum ſanatum iri. 1. Deinde docet ſibi Attici ingenuitatem et animi magnitudinem ſatis eſſe perſpectam, ideoque ſe non dubitare fore, ut amicitia quae ſibi cum Attico intercedebat, adhuc ſanctiſſime conſervata, in poſterum quoque religionem ſuam obtineat. 2. Sequitur de concordia equitum cum ſenatu a ſe reſtituta. 3. de praeſidiis quae ſibi ad retinendas opes ſuas paraverit. 4. de iis qui nunc conſulatum petituri ſint. 5.

CICERO ATTICO, S.

Magna mihi varietas voluntatis, et diſſimilitudo opinionis, ac iudicii Quinti fratris mei, demonſtrata eſt ex literis tuis, in quibus ad me epiſtolarum illius exempla miſiſti. Qua ex re et moleſtia ſum tanta affectus, quantam mihi meus amor ſummus erga utrumque veſtrum afferre debuit; et admiratione, quidnam accidiſſet, quod afferret Quinto fratri meo, aut offenſionem tam gravem, aut commutationem tantam voluntatis. Atque illud a me iam ante intelligebatur, quod te quoque ipſum diſcedentem a nobis ſuſpicari

---

Romanus vel imperium Romanum. Ab eadem Amalthea ipſum praedium Ἀμαλθεῖον vocavit.

quasque hiſtorias] Significari videntur narrationes mythicae de illa capra Amalthea Iovis pueri nutrice.

videbam, subesse nescio quid opinionis incommodae, sauciumque eius animum insedisse quasdam odiosas suspiciones: quibus ego mederi quum cuperem antea saepe, et vehementius etiam post sortitionem provinciae, nec tantum intelligebam ei esse offensionis, quantum literae tuae declarant, nec tantum proficiebam, quantum volebam. Sed tamen hoc me ipse consolabar, quod non dubitabam, quin te ille aut Dyrrhachii, aut in istis locis uspiam visurus esset. Quod quum accidisset, confidebam, ac mihi persuaseram fore, ut omnia placarentur inter vos non modo sermone, ac disputatione, sed conspectu ipso, congressuque vestro. Nam, quanta sit in Quinto fratre meo comitas, quanta iucunditas, quam mollis animus et ad accipiendam, et ad deponendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti, scribere. Sed accidit perincommode, quod eum nusquam vidisti. Valuit enim plus, quod erat illi nonnullorum artificiis inculcatum, quam aut officium, aut necessitudo, aut amor vester ille pristinus, qui plurimum valere debuit. Atque huius incommodi culpa ubi resideat, facilius possum existimare, quam scribere. Vereor enim, ne, dum defendam meos, non parcam tuis. Nam sic intelligo: ut nihil a domesticis vulneris factum sit, illud quidem, quod erat, eos certe sanare potuisse. Sed huiusce rei

---

Epist. XXII. 1. *sauciumque eius animum insedisse*] Sic auctore Ernestio rescripsi. Vulgo minus concinne: *sauciumque eius animum; et insedisse.* —

visurus esset] in Asiam proficiscens. *Corrad.*

necessitudo] propter Pomponiam a scil. Attici sororem, Quinti coniugem.

meos] meum fratrem, *Corrad.*

tuis] Pomponiae. *Corrad.*

a domesticis] a sorore tua, quae quum uxor sit. Q. fratris animum illius iracundia commotum sedare tibique restituere et potuit et debuit. *Manut.*

totius vitium, quod aliquanto etiam latius patet, quam videtur, praesenti tibi commodius exponam. De iis literis, quas ad te Thessalonica misit, et de sermonibus, quos ab illo et Romae apud amicos tuos, et in itinere habitos putas; ecquid tandem causae sit, ignoro: sed omnis in tua posita est humanitate mihi spes huius levandae molestiae. Nam, si ita statueris, et irritabiles animos esse optimorum saepe hominum, et eosdem placabiles; et esse hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiamque naturae plerumque bonitatis; et, id quod caput est, nobis inter nos nostra sive incommoda, sive vitia, sive iniurias esse tolerandas; facile haec, quemadmodum spero, mitigabuntur. Quod ego, ut facias, te oro. Nam ad me, qui te unice diligo, maxime pertinet, neminem esse meorum, qui aut te non amet, aut abs te non ametur.

2 Illa pars epistolae tuae minime fuit necessaria, in qua exponis, quas facultates aut provincialium, aut urbanorum commodorum, et aliis temporibus, et me ipso consule, praetermiseris. Mihi enim perspecta est ingenuitas, et magnitudo animi tui; neque ego inter me, atque te quicquam interesse umquam duxi, praeter voluntatem institutae vitae: quod me ambitio quaedam ad honorum studium, te autem alia minime reprehendenda ratio ad honestum otium duxit. Vera

---

ecquid tandem] Ita maluit Ernesti, recte opinor. Vulg. *ecquid tantum.*

2. *me ipso consule*] *ipso* augendi vim habet; me ipso consule, quo tempore etiam per me adiuvari potuisses ac debuisses. *Ernesti.*

ingenuitas] Alii olim: *integritas.* Sed recte legitur *ingenuitas.* Cicero enim significat, sibi persuasissimum esse, Atticum quod noluerit cum Q. fratre in provinciam ire legatus, id fecisse, non astute, aut alius rei causa, quam suspicabatur Quintus, sed in genere, quod abhorrerent ab omni functione publica, et istos honores animi quadam magnitudine semper contempserit. *Graev.*

dem laude probitatis, diligentiae, religionis, neme tibi, neque quemquam antepono. Amoris erga me, quum a fraterno domesticoque discessi, primas defero. Vidi enim, vidi, penitusque peri in meis variis temporibus et solicitudines, et tias tuas. Fuit mihi saepe et laudis nostrae graio tua iucunda, et timoris consolatio grata. Quin nunc, te absente, non solum consilium, quo tu llis, sed etiam sermonis communicatio, quae miavissima tecum solet esse, maxime deest — quid n? — in publicane re? quo in genere mihi negli esse non licet; an in forensi labore? quem antea ter ambitionem sustinebam, nunc, ut dignitatem gratia possim; an in ipsis domesticis negotiis? uibus ego quum antea, tum vero post discessum is te sermonesque nostros desidero. Postremo labor meus, non requies; non negotium, non n; non forenses res, non domesticae; non publinon privatae carere diutius tuo suavissimo, atque itissimo consilio, ac sermone possunt. Atque harerum commemorationem verecundia saepe imvit utriusque nostrum. Nunc autem ea fuit necespropter eam partem epistolae tuae, per quam te, ores tuos mihi purgatos, ac probatos esse volui. Atque in ista incommoditate alienati illius animi, fensi, illud inest tamen commodi, quod et mihi, eteris amicis tuis nota fuit, et abs te aliquando

---

raterno] Vulgo addi*more*, quod quum hic at et facile ex antece intelligatur, Ernestio re expunxi.

xime deest — quid di— in publicane re] Male *deest* puncto distingui. Nam Cicero dicit: haud satis definire possum ubi tuum consilium et sermonis communicatio mihi maxime desit, in publican re, an in forensi labore, an in domesticis negotiis; ergo post *deest* pausae quidem breviusculae signum, non plena interpunctio requiritur.

testificata tua voluntas omittendae provinciae quod una non estis, non dissensione, ac diffidio sed voluntate, ac iudicio tuo factum esse vid Quare et illa, quae violata, expiabuntur; et ha stra, quae sunt sanctissime conservata, suam r nem obtinebunt.

3 Nos hic in re publica infirma, misera, com bilique versamur. Credo enim te audisse, n equites paene a senatu esse disiunctos; qui pr illud valde graviter tulerunt, promulgatum ex se consulto fuisse, ut de iis, qui ob iudicandum niam accepissent, quaereretur. Qua in re decer quum ego casu non affuissem, sensissemque id strem ordinem ferre moleste, neque aperte d obiurgavi senatum, ut mihi visus sum, summa auctoritate; et in causa non verecunda, adm gravis, et copiosus fui. Ecce aliae deliciae equ vix ferendae, quas ego non solum tuli, sed etia navi. Asiani, qui de censoribus conduxerant, sunt in senatu, se, cupiditate prolapsos, nimiu gno conduxisse; ut induceretur locatio, postulav Ego princeps in adiutoribus, atque adeo secu Nam, ut illi auderent hoc postulare, Crassus ec pulit. Invidiosa res, turpis postulatio, et co temeritatis. Summum erat periculum, ne si nih petrassent, plane alienarentur a senatu. Huic q

---

3. *pecuniam*] hoc in codicibus suis Malaspina, in compluribus etiam Lambinus, et Gruterus non invenere; et recte abesse iudicaverunt. Ernestius tamen defendit, quum aliis locis eo Cic. in hac formula utatur.

id equestrem ordinem ferre moleste] quod senatus ita decrevisset. Quoc pterea, ut opinor, n equites ferrent, qui de captis ob iudic pecuniis equester ord teneretur. Vid. ora Cluentio c. 55. *Man*

aliae deliciae] h. solentia quaedam et i tas in postulando.

ıventum est maxime a nobis, perfectumque, ut ntissimo senatu, et libentissimo uterentur; mulı me de ordinum dignitate, et concordia dicta d. Decemb. et postridie. Neque adhuc res con- st, sed voluntas senatus perspecta. Unus enim lixerat Metellus consul designatus. Quin erat s (ad quem propter diei brevitatem perventum :) heros ille noster Cato. Sic ego, conservans m, institutionemque nostram, tueor, ut poslam a me conglutinatam concordiam.

4 d tamen, quoniam ista sunt infirma, munitur m nobis ad retinendas opes nostras tuta, ut via, quam tibi literis satis explicare non posgnificatione parva ostendam tamen. Utor Pomamiliarissime. Video, quid dicas. Cavebo, ınt cavenda; ac scribam alias ad te de meis s capessendae rei publicae plura.

5 ıcceium scito consulatum habere in animo sta- :tere. Duo enim soli dicuntur petituri. Caen eo coire per Arrium cogitat: et Bibulus cum

---

ter diei brevitatem] ıruma. *Corr.*

e conglutinatam] in ıtu.

ideo quid dicas] Facile o, quid tu haec le- ; cogitaturus et iudi- ; de hoc, quod scri- e Pompeio familiari- . Sed cavebo, ne ɔvidia decipiar etc.

n eo coire] Cum eo .em inire contra Bi- Lucceium enim Cae- llegam malebat in tu, ut qui non dubitaret, Bibulum optime de re publica sentientem suis actionibus adversaturum. Itaque (ut Suetonii verba recitemus, „e duobus consulatus competitoribus L. Lucceio M. que Bibulo Lucceium sibi adiunxit, pactus, ut is, quoniam inferior gratia esset, pecuniaque polleret, nummos de suo communi nomine per centurias pronuntiaret. Qua cognita re, optimates, quos metus ceperat, nihil non ausurum eum in summa magistratu, concordi et consentiente col-

hoc se putat per Pisonem posse coniungi. Rides? sunt haec ridicula, mihi crede. Quid aliud scri ad te? quid? multa sunt: sed in aliud tempus. quoad exspectari velis, cures, ut sciam. Iam illud deste rogo, quod maxime cupio, ut quamprimum nias. Nonis Decemb.

EPISTOLA XXIII. (Att. I. 18.)

Scr. Romae A. U. C. 693.

Q. Metello Celere L. Afranio Coss.

Se ab omnibus quibuscum libere et ingenue colloqui p destitutum, Atticum exspectare, desiderare, arcessere domesticas sollicitudines se occultare, in re publ. post tici discessum ea accidisse, quae rei publ. interitum mi tur, 2. Clodianam fabulam, 3. Pisonem consulem, que anno senatus auctoritatem abiectam et ordinum cordiam disiunctam. 4. Iam instare annum egreg M. Lucullum uxori a Memmio adulteratae nuntium r sisse. 5. C. Herennium trib. pl. ut Clodius in fami plebeiam adoptetur laborare. 6. Metellum esse egreg consulem, Afranium vero ignavum. 7. Agrariam le a Flavio ferri; interim neminem fere rei publ. studi praeter Catonem. 8. Ergo ut Atticus mox redeat, ite enixe rogat. 9.

CICERO ATTICO, S.

Nihil mihi nunc scito tam deesse, quam homi

---

lega, auctores Bibulo fuerunt tantundem pollicendi, ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionem e republica fieri. Igitur cum Bibulo consul creatus est.

Tu quoad exspectari lis] Ascivi lectionem Ursino e MS. prola Nam in altera, *te si ex ctari velis* et sensus et structio verborum vacill

, quicum omnia, quae me cura aliqua afficiunt, communicem: qui me amet, qui ſapiat, quicum colloquar, nihil fingam, nihil diſſimulem, nihil ;am. Abeſt enim frater ἀφελέστατος, et amantiſ- ;: Metellus non homo, ſed littus, atque aër, et

---

iſt. XXIII. 1. *Una com- em*] *una* merito ſus- m eſt Erneſtio.

cum ego colloquur, ni- gam] Haec non ſatis oniano more cohae- nt alibi. Scripſiſſe pu- *ita colloquar, ut nihil n. Erneſti.*

tellus non homo, ſed — ſolitudo mera] Si eſt lectio, optime eam pretatus eſt Boſius: Me- , inquit, licet adſit, mni humanitatis con- refugere videtur; ne- enim magis ſe in homi- familiaritatem applicat, 1 aut litus, aut aër, ſolitudo mera, quae hominum coetu fre- tari non ſolent; itaque miliariter non utor. Sed ſpina ſcrupulum huic pretationi iniecit, quod redibile eſt inter fami- ſimos Ciceronis Quin- fratrem, et Atticum hic ellum interponi, a quo em ſe amari poſtea di- qui tamen adeo non ei familiaris, ut hic eius tionem fieri oportuerit. e ille et Lambinus le- um cenſuerunt *abeſt enim frater ἀφελέστατος et amantiſſimus mei, non homo, ſed litus atque aër et ſolitudo mera;* hoc ſenſu: abeſt enim frater moribus ſimpliciſſimis et candidiſſimis et ab omni diſſimulationis artificio alieniſſimis et amantiſſimus mei, et qui non videtur homo, ſed litus atque aër etc. id eſt, cui ita tuto mea omnia conſilia recondita measque cogitationes occultas committere et credere poſſim, ut ſi in locis ſolis et maxime ab arbitris remotis meas cogitationes expromerem atque explicarem. Sed in hac ratione hoc maxime offendit, quod verba *non homo* ſemper in malam partem accipiuntur, ut ad Att. VII. 13. *non hominem ſed ſcopas ſolutas.* Itaque acquieſcendum puto in lectione *Metellus*, niſi forte placeat, quod mihi in mentem venit: *amantiſſimus mei: et illius nunc domus eſt litus atque aër et ſolitudo mera;* ut ex verbis MEI ETILLIUS librarii fecerint METELLUS et verba *nunc domus*, abierit in *non homo.*

ſolitudo mera: tu autem, qui ſaepiſſime curam, et angorem animi mei ſermone, et conſilio levaſti tuo; qui mihi et in publica re ſocius, et in privatis omnibus conſcius, et omnium meorum ſermonum, et conſiliorum particeps eſſe ſoles, ubinam es? ita ſum ab omnibus deſtitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore, et filiola, et mellito Cicerone conſumitur. Nam illae ambitioſae noſtrae fucoſaeque amicitiae ſunt in quodam ſplendore forenſi; fructum domeſticum non habent. Itaque, quum bene completa domus eſt, tempore matutino, quum ad forum ſtipati gregibus amicorum deſcendimus, reperire ex magna turba neminem poſſumus, quocum aut iocari libere, aut ſuſpirare familiariter poſſimus. Quare te exſpectamus, te deſideramus, te iam etiam arceſſimus. Multa enim ſunt, quae me ſollicitant, anguntque; quae mihi videor, aures nactus tuas, unius ambulationis ſermone exhaurire poſſe.

2 Ac domeſticarum quidem ſollicitudinum aculeos omnes, et ſcrupulos occultabo: neque eos huic epiſtolae, atque ignoto tabellario committam. Atque hi (nolo enim te permoveri) non ſunt permoleſti, ſed tamen inſident, et urgent, et nullius amantis conſilio, aut ſermone requieſcunt. In re publica vero quamquam animus eſt praeſens et voluntas, tamen

---

2. *domeſticarum rerum*] Utrum aeris alieni? an ſollicitudo ex Clodii inſidiis? Illud haud eſt veriſimile. Itaque has potius reſpicere videtur.

neque eos] hoc quod placuit Erneſtio recepi pro vulg. *neque ego.*

in rep. vero quanquam animus eſt praeſens et voluntas, tamen ea iam ipſa medicinam refugit] Sic emendavi vulgatum: *In Rep. quamquam animus eſt praeſens tamen voluntas etiam atque etiam ipſa medicinam effugit.* Erneſtio placebat: quamquam *animus eſt praeſens, tamen etiam atque etiam ipſam medicinam refugit;* ut *voluntas* expungeretur, tanquam a gloſſatore profectum.

m ipsa medicinam refugit. Nam, ut ea bre- quae post tuum discessum acta sunt, colligam, cclames necesse est, res Romanas diutius stare osse.

3 enim post profectionem tuam primus, ut opi- ntroitus fuit in caussam fabulae Clodianae; in o nactus, ut mihi videbar, locum resecandae s, et coërcendae iuventutis, vehemens fui, et profudi vires animi, atque ingenii mei, non lductus alicuius, sed spe rei publicae corrigen- et sanandae civitatis. Afflicta res publica est , stupratoque iudicio. Vide, quae sint postea ıta.

4 nsul est impositus is nobis, quem nemo praeter ilosophos aspicere sine suspiratu posset. Quan- c vulnus? facto senatus consulto de ambitu, ciis, nulla lex perlata, exagitatus senatus, alie-

---

oitus in caussam fabu- dianae] Gronovio m videbatur *fabula* a q. d. prima caussa uam ego ingressus luscepi, fuit incestum Sed recte iudicavit s nihil necesse esse m mutari.

stupratoque iudicio] s ex edd. pr. dedit *atoque*. At enim ne- neutrum verum sit. idices non erant stu- sed ipsi mulierum lescentulorum qui- ra inferrent, intro- ibus, conducti erant. ur *stuprato* vel *con-* κατακχρήσει quadam ris quae mulieribus lescentulis illata es- sent *polluto*, positum sit, aptius esset *empto stuprisque allecto iudicio*.

4. *Consul est impositus is nobis*] Non Afranium in- telligit, ut quidam putabant, huius anni, sed Pisonem su- perioris anni consulem. De Afranio postea demum lo- quitur.

Facto SC.] ut Lurco trib. pl. legem de ambitu ferret. *Corrad.*

de iudiciis] de pollutis a Clodio sacris, et de his qui ob iudicandum pecuniam accepissent ep. sup. *Corrad.*

nulla lex perlata] quia tribuni plebis intercesserunt, quo minus hae leges ferri possent. *Manut.*

exagitatus senatus] a tri-

nati equites Romani. Sic ille annus duo firm rei publicae, per me unum constituta, evertit: senatus auctoritatem abiecit, et ordinum conc disiunxit.

5 Instat hic nunc ille annus egregius. Eius eiusmodi fuit, ut anniversaria sacra Iuventat committerentur. Nam M. Luculli uxorem Me suis sacris initiavit. Menelaus, aegre id passu vortium fecit. Quamquam ille pastor Idaeus

---

bunis pl. seditiose concionantibus. *Manut.*

alienati equites] qui graviter tulerunt ex SC. promulgatum fuisse, ut de iis, qui ob iudicandum pecuniam accepissent, quaereretur ep. sup. *Corrad.*

ille annus] Messala et Pisone Coss. *Corrad.*

nam et senatus auctoritatem abiecit] Ernestius, quia durius esset *annus abiecit*, malebat *nam senatus et auctoritatem abiecit.* Sed cur durius sit *annus abiecit*, quam paulo ante *annus evertit?* Itaque nihil mutandum.

ordinum concordiam] senatorii et equestris.

5. *instat nunc*] i. e. iam agitur hic annus. Scripsit enim hanc epistolam Kal. Febr. eiusd. anni.

egregius] εἰρωνικῶς ob consulatum Afranii.

Iuventatis] Sic legendum non *iuventutis*, ut recte monuit etiam Gronovius ad Livium. *Iuventas* enim dicitur dea iuvenum, qua cis Hebe. In Bruto recte scribitur *Iuvent di;* agit ibi de iisd quibus hic scribit. Vi novius ad Liv. XXX *Graev.*

nam M. Luculli Memmius suis sacris vit] C. Memmius a. u. 687. tribunus p a. u. 694. Caesare et coss. praetor. Mirun lum Politianum hoc xisse, quod Memmiu nummis quibusdam i tor Cerealia primus quamquam cum eo rius et Ernestius cons *Suis sacris initiavi* aliud est, quam *n cum ea voluptatibus eam constupravit*, si ad Cerealia respectu. cogallus interpres e landus noster in v germanica callide Ciceronis expresserun

Menelaus] M. lus.

ſolum contempſerat: hic noſter Paris tam Mene-
quam Agamemnonem liberum non putavit.
ſt autem C. Herennius quidam tribunus plebis, 6
tu fortaſſe ne noſti quidem; tametſi potes noſſe;
s enim tuus eſt; et Sextus, pater eius, nummos
dividere ſolebat. Is ad plebem P. Clodium tra-
idemque fert, ut univerſus populus in campo

---

noſter Paris] Mem-
dulter.
m Agamemnonem]
us putabat Cn. Pom-
M. intelligi. Sed re-
Ianutius de fratre M.
Lucio accepit, quem
lo Mithridatico re-
m Memmius trib. pl.
populum dicta trium-
aliquandiu prohibuit,
apud Plutarchum in
o et Catone Uticenſi.
us in clave Agamem-
eſſe Pompeium, in
id h. l. Marcum Lu-
eſſe, utrumque falſo
.

um non putavit] Ni-
it, liberi hominis lo-
n habuit. Ut illud
I. c. in Verrem:
*a qua fuerit quis
? quemadmodum is
mum quemque con-
it, deſpexerit, libe-
ſe nunquam duxerit.*
us illud *liberum non*
interpretatur ſic:
i eius pariter conſtu-
Vellem addidiſſet,
hoc reſcierit?

6. *traducit*] ut adoptione plebeius fiat. Nam, quia tribunatus pl. patricio homini non dabatur, ideo Clodius, quia patriciae gentis erat, ad plebem transire adoptionis iure cupiebat, ut deinde tribunus factus Ciceroni diem ad populum diceret, quod cives Romanos contra leges occidiſſet. De eadem re infra ep. ſeq. *Manut.*

idemque fert ut univerſus populus] Hinc patet Herennium tentaſſe Clodium ad plebem traducere non recepto more, comitiis ſcil. Curiatiis, quibus adoptiones fiebant in alienam familiam, ſed tributis, quae ipſe vocare poſſet. Nam ad comitia curiata non univerſus populus conveniebat, ut ad centuriata et tributa, ſed urbanus duntaxat. Centuriata autem habere tribuni non poterant. Inde fiebat, ut Herennius tribunus plebis, non aliis quam tributis de Clodio referre cogitaret. Ea autem ſaepenumero in

Martio suffragium de re Clodii ferat. Hunc ego accepi in senatu, ut soleo: sed nihil est illo homine lentius.

7 Metellus est consul egregius, et nos amat; sed imminuit auctoritatem suam, quod habere dicit causam promulgatum illud idem de Clodio. Auli autem filius, o dii immortales! quam ignavus, ac sine animo miles? quam dignus, qui Palicano, sicut facit, os ad male audiendum quotidie praebeat?

---

campo Martio habebantur, quum intra pomoerium curiata fierent. *Bosius*.

de re Clodii] de adoptione vel de lege curiata, qua lege possit adoptari. lib. II. ad Att. ep. 7. *Corrad.*

7. *quod habere dicit causam promulgatum illud idem de Clodio*] Vulgatum: *quod habet dicis causa promulgatum illud idem de Clodio* nullum sensum habet commodum. Nam quod dicunt esse *dicis causa*, vere, frustra, id non probatur usu latino. Ed. Iens. *quod habet dicis causam promulgatam;* edd. Rom. Asc. Ald. etc. *habere dicit promulgatam causam, illud idem de Clodio:* et valde variant MSS. Quidam: *et habet, ut dicit, causam promulgatum*, quod Victorius recepit. Vulgatum habent Malaspina, Lambinus etc. Tunstallus p. 41. correxit: *quod habere dicit causam promulgatum illud idem de Clodio;* quod non displicet. *Causam habere* rhetorum formula est, quum volunt dicere, aliquem habere rationem probabilem qua possit uti quis in re su[illegible] disceptanda. Infra VII. [illegible] ad Att. *Causam solum illa causa non habet; ceteris rebus abundat.* Ita sensus est: Metellus dicit legem illam de Clodio rationem falsam probabilem habere. *Ernesti.*

Auli autem filius] alter Consul Afranius. ep. *Manut.*

ac sine animo miles? quam dignus] Ubaldinus Bandinellus probante Manutio emendabat; *ac sine animo, milesque dignus* etc. Vulgatum tamen bene se habet, significatque nihil esse in Afranio ignavo consule adversus improbos rei publicae praesidii.

qui Palicano] Ep. I. Hic fortasse moleste ferebat, Afranium sibi praelatum fuisse. *Corrad.*

os — praebeat] quem Palicanus quotidie probris ma-

graria autem promulgata est a Flavio, sane levis, 8
fere, quae fuit Plotia. Sed interea πολιτικὸς
δ' ὄναρ quisquam inveniri potest. Qui poterat,
is noster (sic est enim; volo te hoc scire,) Pom-
ogulam illam pictam silentio tuetur suam. Cras-
oum nullum contra gratiam; ceteros iam nosti:
sunt stulti, ut amissa re publica piscinas suas

---

ue vexet. Sic Liv. c. 35, *petiisse*, inquit, *mi militiaeque spe- imis annis sugillatos*, , *risui patribus fuis- se postremo praebere meliam os;* i. e. non ad petendum pro- ne repulsi contume- ro honore ferrent.

Flavio] a L. Fla- ouno plebis, auctore o ep. seq. et Dion XVII. Hic Flavius Praetor designatus ep. 2. lib. I. ad Quin- . Agraria haec lex agris militibus Pom- dividendis. Dio l. I.

levis] minimi pon- quia nihil habebat re praeter auctorem, ait epistola sequente.

a] agraria; ut opi- a quoque tribunicia. lotiae fuerunt, ut de im Pedianus et Coe- pistola (lib. VIII. Ep. iv.) nominat; item ea, in Suetonio legimus C. Caesar L. Cinnae, uxoris fratri, reditum confecit; de qua, ut puto, loquitur Gellius lib. XIII. c. 3. *Manut.*

οὐδ' ὄναρ] ne per somnium quidem.

qui poterat] inveniri, esse, se talem rebus praestare, silet, et se illo iure togae pictae ludis gestandae, quod ei ex Asia victori datum erat, parum dignum praestat; hoc ironice dixit, *silentio tuetur.* — *Ernesti.*

togulam illam pictam] Pompeio victori ex Asia concessum erat, ut ludis Circensibus toga picta, corona aurea, et omni cultu triumphantium uteretur, ut referunt Dio lib. XXXVII. et Velleius lib. II. hac ergo inani gloriola Pompeius tacitus fruebatur neque verbum contra quemquam pro re publ. faciebat. *Popma.*

piscinas suas] L. Lucullum, Q. Hortensium designat, homines consulares, magnaque praeditos auctoritate, itemque L. Philippum; qui non consularis, erat tamen eloquentia, gra-

fore ſalvas ſperare videantur. Unus eſt, qui curet, conſtantia magis, et integritate, quam ut mihi videtur, conſilio, aut ingenio, Cato; qui miſeros publicanos, quos habuit amantiſſimos ſui, tertium iam menſem vexat, neque iis a ſenatu reſponſum dari patitur. Ita nos cogimur reliquis de rebus nihil decernere ante, quam publicanis reſponſum ſit. Quare etiam legationes reiectum iri puto.

9 Nunc vides, quibus fluctibus iactemur: et ſi ex iis, quae ſcripſimus, (tanta es perſpicacitate) etiam

---

vitate, honore florentiſſimus civitatis. Hi piſcinis ita delectabantur, ut omnem de re publ. curam viderentur abieciſſe; qui non intelligerent omiſſa re publica nec ſuas piſcinas ſalvas eſſe poſſe. Hos appellat piſcinarios ep. ſeq. et lib. II. ad Att. ep. 1.: *Noſtri*, inquit, *principes digito ſe coelum putant attingere, ſi mulli barbati in piſcinis ſint, qui ad manum accedant* et eodem libro ep. 9. *Si erit nebulo iſte cum his dynaſtis* in gratia, non modo de cynico conſulari, ſed ne de iſtis quidem *piſcinarum Tritonibus* poterit ſe iactare. Plura Plinius, hiſt. nat. IX. 4. Plutarchus, Macrobius Varro de R. R. lib. III. c. 5. *Manut.*

conſilio aut ingenio] quo ſcil. intelligere poſſet, quid temporum ratio poſtularet.

reſponſum d.] de locatione Aſianorum vectigalium. Cf. ep. 22. *Manut.*

patitur] dies enim dicendo eximit, ita res non perficitur. Quod anno ſequenti facere conantem Caeſar conſul prehendi et in carcerem duci iuſſit. Gellius, Suetonius. Hac de re Cic. orat. pro Plancio. *Quum ſenatus impediretur quo minus, id quod hoſtibus ſemper erat tributum, reſponſum equitibus daretur. Manut.*

etiam legationes reiectum iri] Puto fore, ut legationes audiri non poſſint menſe Februario, ſed in aliud tempus reiiciantur, dum quod agitur de publicanis, expeditur. Februarius autem menſis legationibus audiendis dabatur. Ad Q. fratrem II. 3. et in epiſt. ad Div. I. 4. Pedianus et alii. *Manut.*

9. *tanta es perſpicacitate*] Recte poſt Hervagium Erneſtius hanc lectionem ed. Rom. revocavit. Vulgo: *et ſi ex iis, quae reſcripſimus, tanta etiam* etc.

non scripta perspicis, revise nos aliquando, et uam sunt haec fugienda, quo te voco, tamen : amorem nostrum tanti aestimes, ut eo vel cum lestiis perfrui velis. Nam, ne absens censeare, edicendum, et proponendum locis omnibus. strum autem censeri, germani negotiatoris est. cura, ut te quamprimum videamus. Kal. Febr. ello, et L. Afranio coss.

PISTOLA XXIV. (ad Att. I. 19.)

Scr. Romae A. U. C. 693. id. Mart.

rum suarum crebritate et pondere laudato 1. *ini- e rebus publicis agit, et quidem primum de exteris, llici belli metu, et legatis ad Galliae civitates missis.* 2. *men ipsum et Pompeium in urbe retinendum senatus erit.* 3. *tum de urbanis rebus scribit, de Flavii lege ria.* 4. *et de Herennii conatu Clodium ad plebem cendi.* 5. *Deinde de suis rationibus agit.* 6. *Tum ttici negotio Sicyonio.* 7. *de consulatus sui commen- graecis et latinis, et poemate in eius laudem compo- o.* 8. *Denique de Q. fratre et Cossinio.* 9.

CICERO ATTICO, S.

on modo, si mihi tantum esset otii, quantum est erum etiam, si tam breves epistolas vellem mit-

---

ustrum] Censum lu- sequebatur, qua in Martio sue, ove, ue populus lustraba- que conditum lustrum atum. Et sortiebantur es, uter lustrum con- *Corrad.*

nani negotiatioris est] egotiatores peregrinabantur, et quamquam censum audirent Romae promulgatum, reditum tamen quam maxime poterant differentes, quia sua re admodum aegre divellerentur, non nisi sub lustrum veniebant, civibus fere omnibus iam censis. *Manut.*

tere, quam tu ſoles facere, te ſuperarem, et in ſcribendo multo eſſem crebrior, quam tu: ſed ad ſummas, atque incredibiles occupationes meas accedit, quod nullam a me epiſtolam ad te ſino absque argumento, ac ſententia pervenire. Et primum tibi, ut aequum eſt, civi amanti patriam, quae ſunt in re publica, exponam: deinde, quoniam tibi amore nos proximi ſumus, ſcribemus etiam de nobis ea, quae ſcire te non nolle arbitramur.

2 Atque in re publica nunc quidem maxime Gallici belli verſatur metus. Nam Aedui, fratres noſtri, pugnant; Sequani permale pugnarunt; et Helvetii ſine dubio ſunt in armis, excurſionesque in provinciam faciunt. Senatus decrevit, ut conſules duas Gallias ſortirentur, delectus haberetur, vacationes ne valerent, legati cum auctoritate mitterentur, qui ad-

---

Epiſt. XXIV. 1. *vellem mittere*] Recte ſic Erneſtius, pro vulg. *velim*.

quam tu ſoles facere, te ſuperarem] Manutius coniiciebat: *quam tu ſoles, facile te ſuperarem.*

in ſcribendo] Sic iam olim quidam, Manutio teſte legendum viderunt, nuper etiam Erneſtius. Vulgo *in ſcripto.*

absque argumento ac ſententia] i. e. in qua non aliqua res tractatur gravior. *Erneſti.*

2. *Aedui*] Hi fratres Romanorum dicti ſunt. lib. VII. ad Div. ep. 10. et Caeſ. de bello Gall. lib. I. Hi pugnabant cum Sequanis Caeſ. ib. *Graev.*

Sequani permale] Hi adeo male pugnarunt, ut Germanos atque Arioviſtum ſibi adiungere ſint coacti. Caeſ. lib. I. et VI. de bello Gall. *Corrad.*

in provinciam] Galliam Narbonenſem. Caeſ. de bell. Gall. lib. I.

duas Gallias] Ciſalpinam et Transalpinam *Corrad.*

vacationes ne valerent] In magno tumultu et extrema reip. neceſſitate quum delectus fiebat, etiam illi, qui vacationem a militia habebant, ut ſenes, valetudinarii, opifices nomina dare cogebantur. *Popma.*

cum auctoritate] qui ſtatuerent, quod ipſis e re pu-

Galliae civitates, darentque operam, ne eae
Helvetiis se iungerent. Legati sunt Q. Metellus
us, et L. Flaccus, et, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον,
lus Clodiani filius.

tque hoc loco illud non queo praeterire, quod 3
de consularibus mea prima sors exisset, una
enatus frequens retinendum me in urbe censuit,
lem post me Pompeio accidit: ut nos duo, quasi
a reipublicae, retineri videremur. Quid enim
iorum in me ἐπιφωνήματα exspectem, quum
lomi nascantur?

rbanae autem res sic se habent. Agraria lex a 4
tribuno plebis vehementer agitabatur auctore

---

isum esset; nam erat
que legationum ge-
ne auctoritate, dum-
um mandatis. *Manut.*
Metellus Creticus] qui
fuerat cum Q. Hor-
et Cretici cognomen
ferat a Creta devicta.

Flaccus] qui praetor
Cicerone consule.
ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον]
hoc proverbio allu-
cognomen Lentuli,
t indignum esset len-
guento perfundi, sic
am fuisse hunc Lentu-
nificat, qui istis viris
adderetur.
ulus Clodiani filius]
rnelius Lentulus Clo-
Consul fuit A. U. C.
um L. Gellio Publi-
quod ostendit Caro-
onius in Fastis Roma-
nis, cui subscribit Pighius
in Annal. Rom. tit. XVI.
Vide et Turneb. Adversar.
lib. 33. c. 8. *Graev.*

3. *mea prima sors exisset*]
scil. ut legatus in provin-
ciam Galliam irem. *Ernesti.*

aliorum] Malim *alieno-
rum* h. e. externorum, ut
alieni opponantur nostra-
tibus. Quid ego, inquit,
gloriam peregrinando et le-
gationibus petam, quum
illa Romae atque adeo in
Senatu nascatur. Libri ta-
men veteres *aliorum*. *Malasp.*
Ad sensum satis bene; sed
tamen nescio quomodo *alie-
norum* non placet. Mihi
quoque *aliorum* genuinum
non videtur; sed Ciceronem
arbitror scripsisse: *quid enim
ego Gallorum in me ἐπιφωνή-
ματα exspectem, quum haec
domi nascantur.*

Pompeio, quae nihil populare habet, praeter auctorem. Ex hac ego lege, secunda concionis voluntate, omnia tollebam, quae ad privatorum incommodum pertinebant; liberabam agrum eum, qui P. Mucio, L. Calpurnio consulibus publicus fuisset; Sullanorum hominum possessiones confirmabam; Volaterranos, et Arretinos, quorum agrum Sulla publicarat, neque diviserat, in sua possessione retinebam; unam rationem

---

4. *habet*] Ita Cicero videtur scripsisse, non *habebat* ut vulgo; nam imperfecta adhibentur in tali narratione de rebus iis, quae interea, dum epistola est in via, mutari possunt. Librarii tempus huius verbi ceteris consentiens facere voluere, ut opinor. *Ernesti.*

P. Mucio. L. Calpurnio Coss.] A. U. C. 620.

publicus fuisset] Publicatus ni fallor, a. T. Graccho, qui illis Coss. occisus est. Verr. VI. *Corr.* In fragmento legis Thoriae, quod ex museo Cardinalis Bembi translatum apud me servatur agri huius qui L. Mucio. L. Calpurnio Cos. publicus fuit, mentio extat his verbis in tabella aenea incisis: QUEI. AGER. POUBLICUS. POPULEI. ROMANEI. IN. TERRAM. ITALIAM. P. MUCIO. L. CAPURNIO COSS. *Ursinus.*

Sullanorum hominum] Quibus a L. Sulla ipsae possessiones sunt datae Orat. III. contra Rullum. *Corr.*

Arretinos] Sic cum Ant. Augustino, Lamb. Graevio et Ernestio legendum, non ut multi olim *Artemitanos.* Arretium Etruriae oppidum fuit haud procul Volaterris, ubi hodie *Arezzo.*

neque diviserat] Cic. ad Div. XIII. 1. *Volaterrani*, inquit, *Sullani temporis acerbitatem subterfugerant benignitate deorum immortalium; summoque studio populi Rom. a me in consulatu defensi sunt. Quum enim tribuni pl. legem iniquissimam de eorum agris promulgassent, facile senatui populoque Rom. persuasi, ut eos cives, quibus fortuna pepercisset, salvos esse vellent.* — *Manut.*

in sua possessione] Nam in lege Flavius posuerat, ut quando eorum agri a Sulla publicati fuerant, publice dividerentur. *Manut.*

unam rationem] unum illud caput Cicero probabat, de pecunia ex novis vectigalibus cogenda, qua emptus ager plebi divideretur.

:iiciebam, ut ager hac adventicia pecunia eme- quae ex novis vectigalibus per quinquennium ·etur. Huic toti rationi agrariae senatus adver-·, suspicans Pompeio novam quandam poten-uaeri. Pompeius vero ad voluntatem perferen-gis incubuerat. Ego autem magna cum agra- gratia confirmabam omnium privatorum pos-:s; (is enim est noster exercitus, hominum, scis, locupletium) populo autem, et Pompeio id quoque volebam) satis faciebam emptione; nstituta diligenter, et sentinam urbis exhauriri, ae solitudinem frequentari posse arbitrabar. Sed ota res interpellata bello refrixerat. Metellus 1sul sane bonus, et nos admodum diligit. Ille ta nihil est, ut plane, quid emerit, nesciat.

.aec sunt, ut opinor, in re publica, nisi etiam 5 ad remp. putas pertinere, Herennium quen- tribunum plebis, tribulem tuum, sane hominem n, atque egentem, saepe iam de P. Clodio ad 1 traducendo agere coepisse. Huic frequenter :ditur.

---

t enim Flavius, ut :i qui aut tum essent, iquando publici fuis-·el si hoc non place- alii agri, novorum ılium pecunia empti is agros non habenti- tribuerentur. Secun- aput Cicero probavit. '.

novis vectigabilibus] a Pompeio constitu- II. ep. 16. *Corrad.*

:nim est noster exerci-]uo scil. senatus suc-ıs et ;armatus contra faecem plebis, saepe a sedi- tiosis tribunis pl. concitari solitam defendebat rem pu- blicam. *Gronov.*

emptione] ex adventitia pecunia. *Corr.*

exhauriri — frequentari] deductis coloniis. *Graev.*

ut plane, quid emerit, nescias] ut frustra largitio- nes fecerit, quum dignita- tis nihil e consulatu geren- do quaerat. *Ernesti.*

5. *frequenter interceditur*] h. e. a multis tribunis, non *saepe*, ut vulgo. Lib. lib. I.

6. Ego autem, ut semel nonarum illarum D
brium, iunctam invidia, ac multorum inimicitiis
miam quandam, atque immortalem gloriam coı
tus sum; non destiti eadem animi magnitudine
publica versari, et illam institutam, ac susceptа
gnitatem tueri. Sed postea quam primum Cloc
solutione levitatem, infirmitatemque iudiciorun
spexi; deinde vidi nostros publicanos facile a
disiungi, quamquam a me ipso non divellere
tum autem beatos homines (hos piscinarios dico,
cos tuos) non obscure nobis invidere: putavi,
maiores quasdam opes, et firmiora praesidia esse
renda. Itaque primum eum, qui nimium diu
bus nostris tacuerat, Pompeium adduxi in eam
tatem, ut in senatu non semel, sed saepe, mult
verbis huius mihi salutem imperii, atque orbis
rum adiudicarit. Quod non tam interfuit mea,
que enim illae res aut ita sunt obscurae, ut te
nium, aut ita dubiae, ut laudationem deside

---

c. *Romam* inde *frequenter migratum est*, *a parentibus maxime ac propinquis raptarum.* Vulgo post *intercediter:* addunt: *haec sunt ut opinor, in re publica.* Ea hic, ut moleste repetita, delevi; et verba, *ut opinor*, supra inserui. *Graev.*

6. *Nonarum Decembrium*] quo die consul supplicium sumpsit de coniuratis. Sic or. pro Flacco c. *o Nonae illae Decembris quae me consule fuistis, quem ego diem vere natalem huius urbis, aut certe salutarem appellare possum.* — *Manut.*

disiungi] primum molelle tulissent factu senatus consultum, ut qui ob iudicandum niam accepissent qua tur; deinde quod no petrassent de inducen catione Asianorum ve lium. Ep. *Manu*

Adiudicarit] nam hoc tribuit, ut dicere stra se triumphum de turum fuisse, nisi tm rem publicam benefici triumpharet, esset h rus. lib. I. de off. c. *rad.*

rei publicae: quod erant quidam improbi, qui tionem fore aliquam mihi cum Pompeio, ex illarum dissensione arbitrarentur. Cum hoc e tanta familiaritate coniunxi, ut uterque non sua ratione munitior, et in re publica firmior iunctione esse possit. Odia autem illa libidino- delicatae iuventutis, quae erant in me incitata, gata sunt comitate quadam mea, me unum ut illi colant. Nihil iam denique a me asperum in iam fit, nec tamen quicquam populare, ac um; sed ita temperata tota ratio est, ut rei pu- constantiam praestem, privatis rebus meis, : infirmitatem bonorum, iniquitatem malivolo- odium in me improborum, adhibeam quandam em, et diligentiam. Atque ita tamen his novis

---

re publica firmior] ius legendum esse : *et res publica fir-* hunc enim sensum t et nos privatim al- pibus et factione ad- invidos instructiores ensione nostra status ertior esset. Atta- ud ineptus est vul- ensus: *ut uterque no- n re publica admini- firmior esse possit.*

e ita tamen his novis s implicati sumus] ic locum constituen- nseo, ut iam Manu- erat, nisi quod *his* In cod. Turnaes. *tque ita tamen si eis amicitiis.* Victorius *atque ita tametsi his micitiis;* Bosius le- ctionem unius cod. attulit; *atque ita amem;* quam quum ille ut verissimam probasset Graevius quoque sic edidit: *atque ita amem, etsi iis novis amicitiis implicati sumus, ut crebro mihi etc.* Ernestius in textu: *atque ita tamen si iis novis amicitiis implicati sumus;* in quibus tantum *iis* delendum censebat. Vera lectio est, quam in ordinem recepimus, hoc sensu: *atque* (etiamsi istam cautionem ac diligentiam adhibeam) *ita tamen novis amicitiis* (Pompeii praesertim) *implicati sumus, ut mihi Epicharmus ille crebro cantilenam illam insusurret* etc. Si verum esset *atque ita amem,* scribere debuisset, ut memor sim illius dicti, quo Epi-

amicitiis implicati sumus, ut crebro mihi vaf
Siculus insusurret cantilenam illam suam:

Νᾶφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φ
Ac nostrae quidem rationis, ac vitae quasi qu
formam, ut opinor, vides.

7 De tuo autem negotio saepe ad me scribi
mederi nunc non possumus. Est enim illud s
consultum summa pedariorum voluntate, nulli
strum auctoritate factum. Nam, quod me e

---

charmus monet etc. nam si iam ita amaret, ut Epicharmus praecipiebat, nihil opus fuisset, ut sibi ille hoc dictum insusurraret.

vafer ille Siculus insusurret] Vulgo additur: *Epicharmus;* id recte existimavit Manutius interpreti potius quam Ciceroni ascribendum esse.

Νᾶφε] *Sobrius sis*, *et* memineris *non facile credere; hi sunt nervi sapientiae.* Q. Cicero de petit. cons. 10. *Quamobrem* Ἐπιχάρμειον *illud teneto*, *nervos atque artus esse sapientiae non temere credere.*

7. *de tuo autem negotio*] de exactione pecuniae vectigalis a Sicyoniis, quam Atticus vel suo vel publicanorum nomine urgebat; sed quia Senatus consultum liberos populos, inter quos erant Sicyonii, excipiebat, liberabatque a pensitatione, ideo illi nolebant solvere. Ep. seq.

et 25. *Popma.* E
tamen hoc SCtum h
habuisse putat, ne S
vi publica in rebus
cogerentur; quod il
dem colligit e verbis
deinde sequuntur:
blanditiis aliquid nu
rum a Sicyoniis expr

summa pedariorum
tate] Quare summa
tum h. l. non intellig
mihi venit in mente
monis manum esse *sol*
riorum voluntate, qu
lius respondet alteri
nostrum auctoritate,
Servilio auctore, qu
tremis consularibus
tiam dixit, quam ped
ripuerunt. cf. ep. 24.
sti. Si Cicero scripsit
significare voluit pe
studio senatores et f
ter pedibus isse in
sententiam.

nam quod me esse
bendum] Haesere vir
in verbo *esse* et fece

ıdum vides, ex ipso senatns consulto intelligere aliam rem tum relatam; hoc autem de populis , sine causa additum; et ita factum est a P. Serlio, qui in postremis sententiam dixit; sed im. hoc tempore non potest. Itaque conventus, tio celebrabantur, iam diu fieri desierunt. Tu blanditiis tamen a Sicyoniis nummulorum alixpresseris: velim, me facias certiorem.

8 ɔmmentarium consulatus mei Graece composisi ad te; in quo si quid erit, quod homini Attiıus Graecum, eruditumque videatur: non diuod tibi, ut opinor, Panormi Lucullus de suis is dixerat: se, quo facilius illas probaret Roma-

---

vel *affuisse*, ut Lamet Ursinus, vel *isse* us. Corradus defenaltera forma ad Div. ubi est *poni ad scri*ι. Nemini in menɔnit locus, alter ad II. 29. *Consulibus illis m fuit ad scribendum.* :. Notum est *scribenisse*, aut *esse ad scri*ı, nihil aliud significquam dum aliquod ı perscribitur, scribis , et nomen suum ei ɔnendum curare, ut ım etiam sententiam ı esse videatur.

Servilio filio] Viveiim pater P. Servilius :us. Sic ad Q. Fr. . epist. 3. *Carpebatur ;ius a Bibulo, Curio'avonio, Servilio filio.* l eund. lib. III. ep. *ırvilius pater significat, valde te sibi gratum fecisse, quod de sua voluntate erga Caesarem diligentissime locutus esses. Manut.*

conventus] recenti re homines conveniebant, ut inducendi SCti rationem inirent, quod illud *de populis liberis* additum esset cum iniuria damnoque multorum. Postea convenire desierunt, quum intelligerent id mutari non posse. *Manut.* Ernestius conventus senatorum intelligit, quibus deliberaretur de illo SCto, si posset aboleri.

tuis blanditiis] quando iudicio cum iis agere non potes, impediente SCto proxime facto. *Manut.*

8. *de suis historiis*] de bello Marsico graece scriptis, teste Plutarcho in Luculli vita. *Manut.*

amicitiis implicati sumus, ut crebro mihi vafe
Siculus insusurret cantilenam illam suam:

Νᾶφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φ
Ac nostrae quidem rationis, ac vitae quasi qua
formam, ut opinor, vides.

7 De tuo autem negotio saepe ad me scribis
mederi nunc non possumus. Est enim illud se
consultum summa pedariorum voluntate, nulli
strum auctoritate factum. Nam, quod me e

---

charmus monet etc. nam si iam ita amaret, ut Epicharmus praecipiebat, nihil opus fuisset, ut sibi ille hoc dictum insusurraret.

vafer ille Siculus insusurret] Vulgo additur: *Epicharmus;* id recte existimavit Manutius interpreti potius quam Ciceroni ascribendum esse.

Νᾶφε] *Sobrius sis*, *et memineris non facile credere; hi sunt nervi sapientiae.* Q. Cicero de petit. cons. 10. *Quamobrem* Ἐπιχαρμεῖον *illud teneto, nervos atque artus esse sapientiae non temere credere.*

7. *de tuo autem negotio*] de exactione pecuniae vectigalis a Sicyoniis, quam Atticus vel suo vel publicanorum nomine urgebat; sed quia Senatus consultum liberos populos, inter quos erant Sicyonii, excipiebat, liberabatque a pensitatione, ideo illi nolebant solvere. Ep. seq. et 25. *Popma.* Er
tamen hoc SCtum ha
habuisse putat, ne Si
vi publica in rebus p
cogerentur; quod ill
dem colligit e verbis
deinde sequuntur:
*blanditiis aliquid nun
rum a Sicyoniis expre*

*summa pedariorum
tate*] Quare summa
tum h. l. non intellig
mihi venit in menten
zonis manum esse *sola
riorum voluntate*, qu
lius respondet alteri
nostrum auctoritate,
Servilio auctore, qui
tremis consularibus
tiam dixit, quam pede
ripuerunt. cf. ep. 24.
sti. Si Cicero scripsit
significare voluit per
studio senatores et fr
ter pedibus isse in
sententiam.

*nam quod me esse a
bendum*] Haesere viri
in verbo *esse* et fecer

scribendum vides, ex ipso senatns consulto intelligere potes, aliam rem tum relatam; hoc autem de populis liberis, sine causa additum; et ita factum est a P. Servilio filio, qui in postremis sententiam dixit; sed immutari hoc tempore non potest. Itaque conventus, qui initio celebrabantur, iam diu fieri desierunt. Tu si tuis blanditiis tamen a Sicyoniis nummulorum aliquid expresseris: velim, me facias certiorem.

Commentarium consulatus mei Graece composi- 8 tum misi ad te; in quo si quid erit, quod homini Attico minus Graecum, eruditumque videatur: non dicam quod tibi, ut opinor, Panormi Lucullus de suis historiis dixerat: se, quo facilius illas probaret Roma-

---

adesse vel *affuisse*, ut Lambinus et Ursinus, vel *isse* ut Bosius. Corradus defendit ex altera forma ad Div. IX. 15. ubi est *poni ad scribendum.* Nemini in mentem venit locus, alter ad Div. XII. 29. *Consulibus illis nunquam fuit ad scribendum. Ernesti.* Notum est *scribendo adesse*, aut *esse ad scribendum*, nihil aliud significare, quam dum aliquod SCtum perscribitur, scribis adesse, et nomen suum ei praeponendum curare, ut in suam etiam sententiam factum esse videatur.

a P. Servilio filio] Vivebat enim pater P. Servilius Isauricus. Sic ad Q. Fr. lib. II. epist. 3. *Carpebatur Pompeius a Bibulo, Curione, Favonio, Servilio filio.* Et ad eund. lib. III. ep. 1. *Servilius pater significat, valde te sibi gratum fecisse, quod de sua voluntate erga Caesarem diligentissime locutus esses. Manut.*

conventus] recenti re homines conveniebant, ut inducendi SCti rationem inirent, quod illud *de populis liberis* additum esset cum iniuria damnoque multorum. Postea convenire desierunt, quum intelligerent id mutari non posse. *Manut.* Ernestius conventus senatorum intelligit, quibus deliberaretur de illo SCto, si posset aboleri.

tuis blanditiis] quando iudicio cum iis agere non potes, impediente SCto proxime facto. *Manut.*

8. *de suis historiis*] de bello Marsico graece scriptis, teste Plutarcho in Luculli vita. *Manut.*

ni hominis esse, idcirco barbara quaedam et dispersisse. Apud me si quid erit eiusmodi, i prudente erit, et invito. Latinum si perfecero mittam. Tertium poëma exspectato, ne quod a me ipso laudis meae praetermittatur. Hic t dicas, τίς πατέρ' αἰνήσει; si est enim apud h quidquam, quod potius sit, laudetur; nos vi mur, qui non potius alia laudemus. Quamqua ἐγκωμιαστικὰ sunt haec, sed ἱστορικὰ, quae scri

---

quaedam et σόλοικα dispersisse] Edd. pr. *obsoleta*. Una Rom. *soloeca*, quod Victorius e MSS. se dicit edidisse, bene. *Dispersisse* est pro quibusdam locis admiscuisse, nisi scribendum est *adspersisse*, quod et aliis in mentem venit. *Ernesti*.

tertium] int. opus, de consulatu meo habebis poëma.

τίς πατέρ' αἰνήσει] Proverbium erat, ut narrat Plutarchus in Arato c. 1. τίς πάτερ' αἰνήσει εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί; dictum in eos, qui quum ipsi virtutibus nullis essent conspicui, patrum virtutes laudare solebant. Quomodo autem hoc proverbium Ciceroni, qui suas ipsius res gestas laudabat, opponi potuisset? Corradus ita exponit: Quis te Cicero, qui pater patriae a Q. Catulo es appellatus, vere laudabit, nisi improbi posteri, qui suis sceleribus causa erunt, ut ab omnibus non lauderis

solum sed desidereris
Idcirco nihil est cur
laudes. — Gronovii
tra, hoc proverbio si
tur, inquit, qui m
laudes in ore haben
rumque ipsos parum
dabiles praestare. l
suae laudi intenti esse
illa maiorum non tan
querentur. Noli tu ho
pare in me, quasi m
ipse in praesentem l
incumbam, quia pra
repetam et instar me
liberorum parentes le
Sed utraque ratio co
nobis videtur, nec sat
sequentibus verbis.
enim necessario req
ut quod Cicero verett
sibi Atticus opponat,
stigandam propriam s
dem pertineat. Ita
modo verum est τίς
αἰνήσει, nescio quid
sit, Mongaultii inter
tione; Si patrem sum
dare non decet, mul
nus decet se ipsum la

uintus frater purgat se multum per literas, et 9
:t, nihil a se cuiquam de te secus esse dictum.
haec nobis coram summa cura, et diligentia
;enda; tu modo nos revise aliquando. Cossi-
c, cui dedi literas, valde mihi bonus homo, et
'is, et amans tui visus est, et talis, qualem esse
ıe mihi literae nuntiarant. Idibus Mart.

:PISTOLA XXV. (Att. I. 26.)

Scr. Romae A. U. C. 693. mense Maio.

'tticus epistolae 22. respondisset, 1. Cicero primum i se scribit, Attico suum de ipso iudicium perspectum eumque in iudicanda Quinti fratris offensione atissimum fuisse. 2. Deinde se in re publica sic m profitetur, ut quum suae dignitati et securitati ıt, numquam tamen senatus et optimatum causam de-ıs sit. 3. 4. Tum de Sicyonio negotio in senatu spei :sse scribit. 5. consulum alterum laudat, alterum rat. 6. Graecum de consulatu commentarium a se ıssinium missum esse refert. 7. L. Papirium Paetum ros, quos Ser. Claudius reliquerat, donasse, nar-osque Attici curae commendat. 8.

CICERO ATTICO, S.

ım e Pompeiano me Romam recepissem a. d. IIII
ii, Cincius noster eam mihi abs te epistolam
, quam tu idib. Feb. dederas. Ei nunc episto-
s his respondebo.

XXV. 1. *Pompeia-* d erat praedium Ci-ıaud procul a Pom-ıpido Campaniae; Tusculano, valde de-ır.

quam tu idib. Febr. dederas] respondens nimirum epistolae 22. quae quum data esset Nonis decembribus anni superioris, Cicero non prius Attici literas, quibus

2 Ac primum, tibi perspectum esse iudicium meum, laetor; deinde, te in iis rebus, quae asperius a nobis, atque a nostris, et iniucundius videbantur, moderatissimum fuisse, vehement gaudeo; idque neque amoris mediocris, et i summi, ac sapientiae iudico. Qua de re quum ita suaviter, diligenter, officiose, et humaniter sc ris, ut non modo te hortari amplius non del sed ne exspectare quidem abs te, aut ab ullo h tantum facilitatis, ac mansuetudinis potuerim; duco esse commodius, quam de his rebus nihi amplius scribere. Quum erimus congressi, tu quid res feret, coram inter nos conferemus.

3 Quod ad me de re publica scribis, disput quidem et amanter, et prudenter, et a meis cc ratio tua non abhorret: (nam neque de statu nostrae dignitatis est recedendum, neque sine r copiis intra alterius praesidia veniendum: et i

---

ei respondebat, quam IV. Id. Maii h. a. h. e. post quinque menses accepit.

2. *quae mihi asperius a nobis atque a nostris*] Si Cicero scripsit *a nobis*, partem culpae dissidii inter Quintum fratrem et Atticum sibi ipsi tribuere videatur necesse est. At in epistola 22. nullum est eius confessionis vestigium. Itaque nisi *a nobis* de Quinto fratre, et *a nostris* de Pomponia intelligere velimus, credibilius est verba *a nobis atque* insititia esse, quam Ciceronem Quinti fr. culpam secum ipso communicare, quod si humanitatis causa facere voluisset iam epistola 22. fecis

3. *nam neque de sta* cus elegans. Sensus e abiiciam auctoritatem in rep. consulatu me secutus sum, nec m alio, ut Pompeio, c gam sic, ut eius aucto tantum sequar, et e diam. *Ernesti.*

intra alterius pra Sensus est: nec ita n debeo uni potentium, plurimum potestatis ipse retineam, et illo bus antehac subnixi offendam atque a Sic in epistola ad Por

cribis, nihil habet amplum, nihil excelsum, ni-
n summissum, atque populare;) verum tamen fuit
mihi fortasse ad tranquillitatem meorum tempo-
on inutilis, sed mehercule rei publicae multo
utilior, quam mihi, civium improborum impe-
me reprimi, quum hominis amplissima fortuna,
itate, gratia fluctuantem sententiam confirmas-
et a spe malorum ad mearum rerum laudem con-
em. Quod si cum aliqua levitate mihi faciendum
, nullam rem tanti aestimassem; sed a me ita acta
mnia, non ut ego illi assentiens levior, sed ut
e probans gravior videretur.

eliqua sic a me aguntur, et agentur, ut non 4
ittamus, ut ea, quae gessimus, fortuito gessisse
ur. Bonos viros, illos quos significas, et eam,
mihi dicis obtigisse, στάρταν, non modo num-

---

le II. ad Att. lib. VIII.
a: *Neque enim eos so-*
trabamur capi, qui in
rum manus incidissent,
nihilo minus, qui re-
s exclusi, intra prae-
que intra arma aliena
it. Gronov.

' *quo scribis*] Pom-
Cf. ep. 18, 4.

hominis] quum es-
n ut Pompeius, homo
, auctoritate, gratia
, qui utrum mihi fa-
ec ne dubitabat, tan-
e constanter laudaret.

n. r. laudem] Cf.
. §. 6.

aliqua levitate] ut
tatem meam amitte-
c dignitatem, incon-
n aut cupiditatem ali-
quam prodendo, nulla res
me potuisset inducere, quamvis utilis videretur. *Ernesti.*

sed a me ita acta] Vulgo: *sed tamen a me ita acta.* Particulae *tamen* hic locus non est; et in aliquot MSS. abfuit.

4. *Bonos viros*] Vulgo *meos bonos viros.* Sed *meos* iam Ernestio suspectum, et frigide hic adiectum, delevi. Mss. quidam et ed. Rom. habent *in eos;* unde Tunstallus emendabat *in consulatu.* Vere autem Ernestius iudicavit, hanc appendiculam hic languere, et si Cicero id adiecisset, saltem post verbum *gessimus* ei locum fuisse.

quam deferam; fed etiam, fi ego ab illa defera men in mea priftina fententia permanebo. Illı men velim exiftimes, me hanc viam optim poft Catuli mortem nec praefidio ullo, nec coı tenere. Nam, ut ait Rhinton, ut opinor,

Οἱ μὲν παρ' οὐδέν εἰσιν, οἷς δ' οὐδὲν μέλει.

Mihi vero ut invideant pifcinarii noftri, aut fcrib te alias, aut in congreffum noftrum refervabo. ria autem nulla me res divellet; vel quod ita r eft; vel quod rebus meis maxime confentaneum quod, a fenatu quanti fiam, minime me poenite

5 De Sicyoniis, ut ad te fcripfi antea, non m fpei eft in fenatu. Nemo eft enim iam, qui que Quare, fi id expectas, longum eft. Alia via, potes, pugna. Quum eft actum, neque anim fum eft, ad quos pertineret; et raptim in eam f tiam pedarii cucurrerunt. Inducendi fenatus c

---

fi ego ab illa deferar] Erneftius negat hoc ad *σπάρταν* referri poffe. Quidni autem? Homo *σπάρταν* deferit, quum muneris officia negligit; idem a *σπάρτᾳ* deferitur, quum munus ipfum tollitur, aut ei adimitur.

poft Catuli mortem] Q. Catulus (quem ut Cicero ait orat. pro Sextio cap. 47. *neque periculi tempeftas neque honoris aura potuit unquam de fuo curfu vitae aut fpe aut metu dimovere*) M. Cato et M. Cicero in defendenda rei publ. libertate et tuendis optimatium partibus mire confentiebant, ut fcribit Plutarchus in Craffo. Ex his Catulus paulo ante obierat. Poft cuius mortem, inquit, nec adiutores nec c habeo; quia ut ait Rł Tarentinus, poeta Co alii nihili funt, aliiı nihil curae eft.

pifcinarii noftri] H fius et Lucullus. Cf. ‹

5. *qui queratur*] deı enim fieri conventus ‹ *Corrad.*

alia via] ut blı ibid. *Corrad.*

pedarii cucurrerunt pide ad exprimendaı tatem et praecipita pro folenni *pedarii* *Ernefti.*

inducendi] *Induce* tum eft abolere, qu verbum proprium in *Ernefti.*

uritas nondum est; quod neque sunt, qui que-
, et multi partim malivolentia, partim opinione
atis delectantur.
etellus tuus est egregius consul. Unum repre- 6
, quod otium e Gallia nuntiari non magnopere
. Cupit, credo, triumphare. Hoc vellem me-
is; cetera egregia. Auli filius vero ita se gerit,
consulatus non consulatus sit, sed Magni nostri
v.
e meis scriptis misi ad te Graece perfectum 7
itum meum. Eum librum L. Cossinio dedi.
e Latinis meis delectari, huic autem Graeco
im invidere. Alii si scripserint, mittemus ad te;
iihi crede, simul atque hoc nostrum legerunt,
quo pacto retardantur.
inc ut ad rem meam redeam, L. Papirius Paetus, 8
nus, amatorque noster, mihi libros eos, quos
laudius reliquit, donavit. Quum mihi per le-
Cinciam licere capere Cincius amicus tuus di-

---

volentia] in homi-
ulentos. Sunt enim
itu. qui odio perse-
r eos, ad quos intel-
ex SCto rei familiaris
m pertinere, itaque
lucatur pugnabunt.

itatis opinione] in
res, qui quum liberi
iequum non videtur
gi. *Corrad.*

ium e Gallia nunciari]
rius nascebatur metus
. *Corrad.*

gni] Pompeii, qui
um in comitia omni-
ivitis trusit. ep. 18.
d.

ὑπώπιον] *macula.* Est
proprie *vulnus in facie.* Egre-
gia est de hoc verbo et de
ὑπωπιάζειν dissertatiuncula in
L. Bosii Exercitatt. in N. T.
in Ep. 1. ad Cor. IX. 27.
Ernesti.

8. *per legem Cinciam licere
capere*] Urbaniter iocatur.
L. Papirius Paetus amicus
Ciceronis (ad quem sunt
complures eius epistolae)
quos libros ei frater (aut
consobrinus, aut ex eadem
matre diverso patre natus)
Ser. Claudius, homo litera-
tissimus (ad Div. IX. ep. 16.)
reliquerat, Ciceroni dono
dederat. Lege Cincia de

ceret: libenter dixi me accepturum, si atti Nunc, si me amas, si te a me amari scis, enitei amicos, clientes, hospites, libertos denique, a vos tuos, ut scida ne qua depereat. Nam et G his libris, quos suspicor, et Latinis, quos scio reliquisse, mihi vehementer opus est. Ego auten tidie magis, quod mihi de forensi labore tempoi tur, in iis studiis conquiesco. Per mihi, per, in gratum feceris, si in hoc tam diligens fueris, soles in his rebus, quas me valde velle arbil ipsiusque Paeti tibi negotia commendo, de quibı ille agit maximas gratias; et ut iam invisas nos solum rogo, sed etiam suadeo.

EPISTOLA XXVI. (Att. I. 17.)

Scr. Romae A. U. C. 693. mense Iunio.

De historia consulatus Ciceroniani ab Attico graece s itemque de suo eius commentario graeco. 1. *de nibus, praecipue consularibus, ad Atticum mitten de huius adventu sibi quidem exoptato, nondum necessario.* 3. *de Clodii tribunatus petitione suisqı eo alterationibus.* 4. *de agraria lege.* 5. *de sui Pompeio, Caesare et cum omni re publica rationil*

---

donis et muneribus, quam M. Cincius tulerat, cavebatur, ne quis ob causam orandam donum pecuniamve acciperet. Iam etsi hoc Paeti donum nihil ad legem Cinciam pertinebat, Cicero tamen ait, alterum Cincium Attici procuratorem, quasi is optime, ut cognatus, Cincii legem posset interpretari, sibi persuasisse, nihil se lege illa Cincia impediri, minus Paeti donum ac *ne qua scida dep* Ser. Claudius igitur moreretur, libros ho praedio Epirotico rel videtur. Itaque Cicer ab Attico, ut curet, in convasando, vel in portando aliquid ex bris depereat.

onii et Lucceii petitione. 7. *de Sicyonio negotio.* 8. *is suis Tusculana et Pompeiana.* 9. *de otio in Gal- rando.* 10. *de Attici accessu.* 11. *de libris sibi a donatis.* 12. *de literis ad Octavium datis.* 13.

CICERO ATTICO, S.

. Iun. eunti mihi Antium, et gladiatores M. cupide relinquenti, venit obviam tuus puer. literas abs te, et commentarium consulatus tece scriptum reddidit; in quo laetatus sum, o ante de iisdem rebus Graece item scriptum L. Cossinio ad te perferendum dedisse. Nam, uum ante legissem, furatum me abs te esse di- Quanquam tua illa (legi enim libenter) horri- hi, atque incompta visa sunt; sed tamen erant hoc ipso, quod ornamenta neglexerant; et, ut s, ideo bene olere, quia nihil olebant, vide- Meus autem liber totum Isocrati μυροθήκιον, mnes eius discipulorum arculas, ac nonnihil ristotelia pigmenta consumpsit; quem tu Cor- ut mihi aliis literis significas, strictim attigisti;

XXVI. 1. *eunti mi- m*] Huc se nobiles s animi causa con- egimus in Strabone. Cicero tamen hic stitisse, sed ad prae- rofectus esse videtur. *itores M. Metelli*] ia gladiatoria Ro- Metello instituta.] quem commenta- o Attico graece de is consulatu scriptum etiam Nepos in ita.

libenter] hoc simul signi- ficat *diligenter;* etenim qui libenter et cupide legit, at- tentius legit; ut contra non libenter legeret qui negli- genter. Sic fere Manutius, ut non esset quod Ernestius nexum cum sequentibus de- sideraret.

Isocrati μυροθήκιον] In- telligit, Isocratea de confor- manda oratione praecepta; ut paulo post Aristotelis rhe- torica.

strictim attigisti] cursim

post autem, ut arbitror, a Cossinio accepisti; quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente, ac fastidiose probavissem. Quamquam ad me rescripsit iam Rhodo Posidonius, se, nostrum illud ὑπόμνημα quum legeret, quod ego ad eum, ut ornatius de iisdem rebus scriberet, miseram, non modo excitatum esse ad scribendum, sed etiam plane perterrritum. Quid quaeris? conturbavi Graecam nationem. Ita, vulgo qui instabant, ut darem sibi quod ornarent, iam exhibere mihi molestiam destiterunt. Tu, si tibi placuerit liber, curabis, ut et Athenis sit, et in ceteris oppidis Graeciae. Videtur enim posse aliquid nostris rebus lucis afferre.

2 Oratiunculas autem, et quas postulas, et plures etiam mittam; quoniam quidem ea, quae nos scribimus adolescentulorum studiis excitati, te etiam delectant. Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituerat civis ille tuus, et quod se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, ut σεμνότερός τις, καὶ πολι-

---

legisti missum videlicet ab aliis; (iam enim divulgatus erat liber, siquidem et Posidonius eum Rhodi legerat, ut infra proxime) post autem eum, opinor, accepisti, quem ego L. Cossinio dederam. *Manut.*

lucis afferre] *lux* hic pertinet ad laudis et gloriae augmentum. *Ernesti.*

2. *civis ille tuus*] Vulgo additur *Demosthenes*, quod recte tollendum esse iudicavit Manutius. Satis enim iam erat designatus antecedentibus verbis Demosthenes, ut putidum fuisset, nomen etiam addere.

refractariolo iudiciali] Sic in Bruto c. 87. *Thucydides* *hoc forense, concertatorium, iudiciale non tractavit genus.*

σεμνότερός τις] *gravior quidam et civilior; grandior aliquis et rei publ. studiosior.* Et sane δεινότητι valuit Demosthenes Quintil. VI. 3. et verborum granditate usus dicitur a Cicerone in Bruto c. 9. *Corrad.*

-oc videretur, curare, ut meae quoque essent -es, quae consulares nominarentur. Quarum t in senatu kal. Ian. altera ad Populum de lege ; tertia de Othone; quarta pro Rabirio; quinta criptorum filiis; sexta, quum provinciam in con-

-ata] de lege agrara P. Servilium Rul- -ibunum pl. quae ex- l initium desideratur.

-*ad populum*] quae -uamque, ut sequen- -dat Plinius hist. nat. *Manut*.

-thone] pro Roscio quae non exstat; -em Cicero reconci- molestе ferentem, -s tribunus pl. qua- ante Ciceronem -n legem tulisset, ut in theatro separatim -e in quatuordecim -s ordinibus sederent. -. in Ciceronis vita. -rat. pro Murena c. 19. -nus in Corneliana.

-abirio] pro C. Ra- -duellionis reo, ad , quae exstat oratio.

-roscriptorum filiis] -roscriptorum liberis -ad magistratus lege -rat. His petentibus, -ata Sullae lege, ho- -pere liceret, Cicero -issuasit. Cf. Orat. in Pisonem, ubi Cicero *ego*, inquit, *Kal. Ian. senatum et bonos omnes, legis agrariae maximarumque largitionum metu liberavi. Ego agrum Campanum, si dividi non oportuit, conservavi; si oportuit, melioribus auctoribus reservavi; ego in C. Rabirio, perduellionis reo, XL annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam, atque defendi. Ego adolescentes bonos et fortes, sed usos ea conditione fortunae, ut si essent magistratus adepti, rei publ. statum convulsuri viderentur, meis inimicitiis, nulla senatus mala gratia, comitiorum ratione privavi. Ego provinciam Galliam senatus auctoritate, exercitu et pecunia instructam et ornatam, in concione deposui. Ego L. Catilinam caedem senatus, interitum urbis non obscure sed palam molientem, egredi ex urbe iussi. Ego tela extremo mense consulatus mei, intenta iugulis civitatis de coniuratorum nefariis manibus extorsi. Manut.*

sexta] non exstat.

cione depoſui; ſeptima, qua Catilinam emiſi; octava, quam habui ad populum poſtridie quam Catilina profugit; nona in concione, quo die Allobroges involgarunt; decima in ſenatu, nonis Decemb. Sunt praeterea duae breves, quaſi ἀποσπασμάτια legis agrariae. Hoc totum σῶμα curabo ut habeas. Et quoniam te quum ſcripta, tum res meae delectant: iisdem libris perſpicies, et quae geſſerim, et quae dixerim; aut ne popoſciſſes. Ego enim tibi me non offerebam.

3 Quod quaeris, quid ſit, quod te arceſſam, ac ſimul, impeditum te negotiis eſſe, ſignificas, neque recuſas, quin, non modo ſi opus ſit, ſed etiam ſi velim, accuras: nihil ſane eſt neceſſe; veruntamen videbare mihi tempora peregrinationis commodius poſſe deſcribere. Nimis abes diu, praeſertim quum ſis in propinquis locis; neque nos te fruimur, et tu nobis cares. Ac nunc quidem otium eſt; ſed, ſi paulo plus

---

ſeptima — decima] ſunt quatuor Catilinariae, quas habemus.

involgarunt] Olim alii *invocarunt;* alii *indicarunt.* Sed verum eſt *involgarunt*, h. e. ut Boſius et Gronovius monuere, *in vulgus ediderunt, pateſecerunt.* Sic apud Gell. XVIII. 2.

duae breves] una quae in Rullum tertia legitur, breviſſima; alteram deſideramus. *Manut.*

libris] orationibus; ut in oratore c. 50. *nos etiam in hoc genere frequentes, ut illa ſunt in quarto accuſationis* ſcil. *libro*, quartam enim orationem in Verrem intelligit.

3. *deſcribere*] Sic Faernus e cod. olim *diſtribuere.* Lambinus e cod. Tornaeſ. probavit *discribere.* Sed ut Graevius docuit, *deſcribere tempora peregrinationis* eſt ordinare iter, ſive rationem inire de profectione inſtituenda, quo tempore hic ſis futurus, quo ibi. Sic Manut. ap. Terent. in prologo Andr. *easdem deſcribendo male* intp. male ordinando perſonas. Sic Cic. III. Catil. *quemadmodum deſcriptum diſtributumque eſſet.*

Pulchelli progredi posset, valde ego te istinc ex-
n. Verum praeclare Metellus impedit, et im-
. Quid quaeris? est consul φιλόπατρις, et, ut
r iudicavi, natura bonus.

e autem non simulat, sed plane tribunus plebis 4
ıpit. Qua de re quum in senatu ageretur, fregi
em, et inconstantiam eius reprehendi, qui Ro-
ibunatum plebis peteret, quum in Sicilia aedili-
se petere dictitasset. Sed neque magnopere dixi
bis laborandum: quod nihilo magis ei liciturum
ebeio rem publicam perdere, quam similibus eius
nsule patriciis esset licitum. Iam, quum se ille
› die venisse a freto, neque sibi obviam quem-
prodire potuisse, et noctu se introisse dixisset,
ıe se in concione iactasset: nihil ei novi dixi ac-
: ex Sicilia septimo die Romam; tribus horis

---

ielli] Clodii, ut sa- *Manut.*

illus impedit] Obsi-
n, ne plebeius fieret
dius; ut in orat. de
. resp. c. 21. et pro M.
c. 24. *Manut.*

*ıum in Sicilia aedili-
se petere dictitasset*]
. Tornaes. corrupte
ur *q. in S. heredita-
epe hereditasset.* In
ato *q. i. S. herae ae-
m se petere dictitas-*
sius: *quum in Sicilia
edilitatem se petere
set.* Iunius: *quum
lia Herae* (quod est
ım Siciliae) *aedilita-
petere dictitassei.* Hoc
ius probavit; maluit
Himerae, aut *Hirro*.
Nos quum incertum sit,
utrum Herae potius, an
Himerae an *Hirro* legendum
sit, in textu Corradi rationem sequuti sumus.

a freto] quod iacet inter Messanam, Siciliae civitatem, et Rhegium Calabriae, in extrema Italia. *Manut.*

tribus horis] cavillatio dicax et morosa. Iactabat Clodius, se septimo die a freto Siciliensi, quod Italiam a Sicilia dividit, Romam venisse, noctu introisse, neque sibi obviam quemquam prodire potuisse, ob tacitum et subitum suum adventum. Regerebat Cicero: etiam tribus horis Roma Interamnam; quoniam Clodius falsis testibus in iudicio obti-

Roma Interamnam; noctu introisse item ante; n
itum obviam; ne tum quidem, quum iri maxime
Quid quaeris? hominem petulantem modestu
do, non solum perpetua gravitate orationis, sed
hoc genere dictorum. Itaque iam familiarite
ipso etiam cavillor, ac iocor. Quin etiam quum
datum deduceremus, quaerit ex me, num cons
Siculis locum gladiatoribus dare? negavi. A
inquit, novus patronus instituam. Sed soror

---

nuerat, se qua hora argueretur in operto Bonae Deae deprehensus, Interamnae fuisse, quod verum esse non poterat, quum multi eum Romae vidissent tribus horis ante deprehensionem, et Interamna longius ab Roma trium horarum itinere abesset. Item ante noctu introisse, scilicet domum Caesaris pontificis, ubi mulieres Bonae Deae sacrificabant, ne tum quidem illi esse itum obviam, quum iri maxime debuit h. e. quum debuit resisti, ne reus pollutarum ceremoniarum absolveretur. *Popma.*

non esse itum obviam] Iocus ex ambiguo verborum, *obviam ire*, honoris caussa, et resistendi caussa, nempe ne ingrederetur in domum Caesaris, quum Sacra Bonae deae fierent. *Ernesti.*

quum candidatum [deduceremus] candidatos ad commendationem clari viri Martium in campum deducebant. Q. Cicero de petitio sulatus. c. 9. *Manu*

Siculis locum gladia dare] Siculis, meis bus, locum dare, u diatorum certamina re possent. Amicis e tribulibus ad spectac cus dabatur, ut in o pro Murena. c. 34. *I gladiatoribus*] qu di gladiatorii eduntu Philipp. IX. 7. *circumq statuam locum gladia ludisque liberos poste eius quoque versus pede que habere.* Gladiato tem his temporibus Faustus Sullae F. ora Sulla et Dio lib. X *Graev.*

novus patronus] q tu vetus patronus Sicu cum gladiatoribus dar soles, ego novus Sicu patronus instituam i. e piam dare seu morem cam loci a patrono c bus dandi. *Malasp.*

sed soror] tres s

m habet consularis loci, unum mihi solum pedat. Noli, inquam, de uno pede sororis queri: etiam alterum tollas. Non consulare, inquies, n; fateor: sed ego illam odi male consularem. im seditiosa, et cum viro bellum gerit, neque soum Metello, sed etiam cum Fabio, quod eos micos esse moleste fert.

Clodius, sed hic der Clodia, uxor Meonsulis, quae quum rimum in spectaculis t, fratri petenti, ut quantum concederet, tantum pedem pro-. Solebant enim canvel qui magistratus erant a propinquis et loca in circo ad spem impetrare, ut ea ius vel clientibus suis, et hac liberalitate i gratiam sibi conci-. Consules autem et uxores ampliora et ra loca habebant, ut hic locus. *Popma.*

tantum habet consuoci] i. e. quae quia is uxor est, latius haectaculum, ut aliis loare possit si velit. *Er*-Vulgo edebatur *habeat*, Ernestio auctore mu*habet.*

um mihi solum pedem scilicet quadratum. Co-II, 10. V, 1. ubi homo duobus pedibus insistere possit, *Gronov.*

licet etiam alterum tollas] locus lascivus et obscenus; quia Clodius ob stuprum cum sororibus infamis erat.

consularem] consulis uxorem.

seditiosa] hoc est rixosa, quae semper tumultuatur domi, et cum viro et necessariis litigat. Sic seditio est tumultus domesticus, discordia inter coniuges et amicos. Terent. Andr. V. 1, 11. Plaut. Amphitr. I, 11, 16. *Graev.* Vulgo erat: *ea est enim seditiosa; ea cum viro bellum gerit;* inepte repetito pronomine *ea.* Itaque alterum expunxi, pro altero copulandi particulam substitui.

cum Fabio] qui ipse quasi vir impudicae mulieris fuisse videtur. *Corrad.*

quod eos mihi amicos esse] Restituenda erat haec edd. pr. lectio. Vulgo inepte *quod eos in hoc esse. Manut.*

5 Quod de agraria lege quaeris, sane quam vi(refrixisse.

6 Quod me quodam modo molli brachio de Po ii familiaritate obiurgas: nolim ita existimes, me praesidii causa cum illo coniunctum esse; sed it erat instituta, ut, si inter nos esset aliqua forte d sio, maximas in re publica discordias versari ess cesse. Quod a me ita praecautum, atque ita p sum est, non ut ego de optima illa mea ratione derem; sed ut ille esset melior, et aliquid de po levitate deponeret; quem de meis rebus, in eum multi incitarant, multo scito gloriosius, qua suis praedicare. Sibi enim bene gestae, mihi cc vatae rei publicae dat testimonium. Hoc facere mihi quam prosit, nescio; rei publicae certe pr(Quid, si etiam Caesarem, cuius nunc venti valde secundi, reddo meliorem? num tantum obsu publicae? quin etiam, si mihi nemo invidere omnes, ut erat aequum, faverent: tamen non r esset probanda medicina, quae sanaret vitiosas p

---

5. *de agraria lege*] a L. Flavio tribuno plebis promulgata.

sane quam] e Graevii emendatione. Vulg. *sane iam.*

6. *molli brachio*] quasi molliter et leviter, ut *levi brachio* l. IV, ep. 15. Corr. Voculam *quodammodo* Ernestius glossam esse putat.

mei praesidii] id tamen ostendit parva significatione ep. 17. L. I. *Corrad.*

de populari levitate] ut gravitatem potius optimates tuendo, quam levitatem plebi se venditando osten *Manut.*

venti valde sunt sec quod existimatione et a ritate maxime floreret. nut.

num tantum] *tantu* quantum tu dicis expro mihi Pompeii familiarit Bosius δεικτικῶς dictun pro *vel tantillum.* Su tus autem saepe sum Ci num scripsisse: *num t obsum — Ernesti.* Nec ratione nec Ernestii c ctione opus est. *Tantu ita multum.*

rei publicae, quam quae exſecaret. Nunc vero, quum equitatus ille, quem ego in clivo Capitolino, te ſignifero ac principe, collocaram, ſenatum deſeruerit; noſtri autem principes digito ſe coelum putent attingere, ſi mulli barbati in piſcinis ſint, qui ad manum

quam quae exſecaret] Cives enim populares, minus recte ſentientes, quos alii non ſapientes oppugnarent, ego potius ſtudio lenire, et artificio quodam ad rei publ. partes transducere. Ita non videor improbandus, qui, quod in civitate, quaſi in corpore vitioſum eſt, ſanare velim potius quam exſecare. Notat nimiam, Catonis maxime, ſeveritatem quae rei publ. noceret. *Manut.*

equitatus ille] equites romani, quos ego conſul cum ſenatu coniunxeram. *Manut.*

in clivo Capitolino] in aede Concordiae, ad radices aſſurgentis Capitolii, qua in aede conſul Cicero ſenatum conſuluit, quid de coniuratis deprehenſis ſtatuendum videretur; quum etiam equites Romanos adhibuiſſet. Quod initium fuit eius concordiae, quae inter equites, et ſenatum eſt conſecuta. *Man.* Nempe allegorice loquitur Cicero, alludens ad illud factum, quod Manutius commemorat; et univerſe hoc ſignificat: *quem ordinem equitum ego Senatui conciliaveram.*

te ſignifero, ac principe] Quum te quoque, equeſtris ordinis principem, ad eam conſultationem adhibui. Sed perſiſtit Cicero in translatione rei militaris: et quia dixerat, equitatus, intulit, te ſignifero: quum nihil aliud ſignificet, quam, in ſenatu Atticum, qui principem locum ordinis equeſtris obtineret, cum caeteris equitibus affuiſſe. *Manut.*

ſenatum deſeruerit] ſcil. disiunctus ab eo per negatam ſibi remiſſionem locationis vectigalium de qua ſupra ep. 22, 3. *Erneſti.*

noſtri autem principes] Principes cives Lucullus, et Hortenſius, piſcinarum ſtudioſi ep. 23, 8. *Manut.*

mulli barbati] Mullos dictos a mullis calceamentis, de quibus Feſtus, et Plinius libro IX. cap. 17. ex Feneſtellae teſtimonio. Barbatos autem Cicero vocat, quia, quod idem Plinius ibidem tradit, barba gemina inferiore labro inſigniuntur. Eodem modo idem Cicero Parad. V. *Barbatulos*, ait, *mullulos de piſcina exceptantem.* *Manut.*

in piſcinis ſint] Id quod

accedant, alia autem negligant: nonne tibi satis prodesse videor, si perficio, ut nolint obesse, qui possunt? Nam Catonem nostrum non tu amas plus, quam ego. Sed tamen ille, optimo animo utens, et summa fide, nocet interdum rei publicae. Dicit enim tamquam in Platonis πολιτείᾳ, non tamquam in Romuli faece, sententiam. Quid verius, quam in iudicium venire, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit? Censuit hoc Cato. Assensit senatus. Equites curiae bellum, non mihi. Nam ego dissensi. Quid impudentius publicanis renuntiantibus? Fuit tamen, retinendi ordinis causa, facienda iactura. Restitit, et pervicit Cato. Itaque nunc, consule in carcere incluso, saepe item

---

perquam rarum fuit: si quidem in vivariis, piscinisque eos non crevisse, Plinius ait. *Manut.*

qui ad manum accedant] sc. vocati a domino adnatent, manum lambant, e manu edant etc. ut Martialis habet IV. 30. et alii. *Ernesti.*

obesse] Reip.; et Pompeium maxime, ac Caesarem intelligi, perspicuum est. *Manut.*

verius] aequius: ut pro Murena c. 35. *Negat verum esse allici benevolentiam cibo.* Item Caesar, Livius, Virgilius, Horatius. *Manut.*

in iudicium venire] accusari apud iudices. *Manut.*

equites curiae bellum] Indixerunt, subaudi, et Curiam accipe pro senatu; ut sit continens pro contento. *Manut.*

renuntiantibus] Petentibus, ut locatio Asianorum vectigalium induceretur l. I. ep. 15. *Manut.*

retinendi ordinis causa] Ne ordo equester alienaretur a senatu. Publicani enim equites romani. *Manut.*

facienda iactura] Fuit satisfaciendum equitibus, locationis inductionem postulantibus; quamquam id cum aerarii iactura fieret. *Manut.*

consule in carcere concluso] L. Flavius tribunus pl. Metellum consulem in carcere inclusit, quia legem agrariam perferri non sineret. Aliis tamen tribunis opem ferentibus, et Pompeio suffragante, aliquot post horis exivit. Dio lib. XXXVII. c. 50. *Manut.*

ne commota, aspiravit nemo eorum, quorum ncursu, itemque consules, qui post me fuerunt, iblicam defendere solebant. Quid ergo? istos, , mercede conductos habebimus? Quid facie- si aliter non possumus? An libertinis, atque 'ervis serviemus? Sed, ut tu ais, ἅλις σπουδῆς. vonius meam tribum tulit honestius, quam 7

---

vit nemo eorum] equites Romanos t: quorum opera Cicero consul usus defendenda rep. post a senatu propter se- isultum de iudiciis, de inductione Asia- vectigalium minime bant, non modo non erunt ad opem Me- endam, aut iuvan- imates in seditionis , sed nec adspira- l est ne iuvandi qui- untatem indicarunt.

mercede conductos is] Num igitur equi- haud alia ratione diungemus, nisi hac , ut eos ob iudi- pecuniam accipere , et de locatione um iis remittamus? *nis atque etiam ser-* n libertinorum et n opera utemur po- em publ. defenden- sque nos obnoxios ? Ceterum *servie-* i ut vulgo *serviamus* n. Sic enim etiam ante est *habebimus*, non *ha- beamus*; propter quod etiam sic correxi. *Ernesti.*

Ἅλις σπουδῆς] Sat studii: subaudi, positum est a nobis in tuenda ordinum concor- dia. Nunc, ut dies postu- lat, ita vivamus: quando iam officio satis superque fecimus. *Manut.*

7. *Favonius meam tribum tulit honestius quam suam*] M. Favonius Catonis aemulator Plut. in Catil. „mea tribus fa- vit illi meo familiari" ep. 1. lib. VII. Ciceronis autem fuit Aemilia, ut puto ep. 14. h. l. vel potius Cornelia, in qua suffragium ferebant Ar- pinates. Liv. l. 38. Tulit autem tribum, est suffragan- tem habuit, ut Philipp. II. c. 2. *Corr.* Favonius meam tribum tulit. Hoc facile po- tuit cognosci, quod quum antea suffragia mistim ferren- tur: ad seque singulae tri- bus magistratuum electio- nem, per ambitionem per- traherent; lege Fusia factum est, ut privatim singularum voluntas inspiceretur: ut si minus singulorum hominum,

ſuam; Lucceii perdidit. Naſicam accuſavit mole tamen dixit ita, ut Rhodi videretur molis potius, Moloni, operam dediſſe. Mihi, quod defend

---

tribunum certe ſenſus cognoſci poſſet. Malaſp. *Ferre* et *perdere* tribum ſunt contraria. Philippica XI. *Qui quum longe omnes belli gloria ſuperaret, duas tamen tribus ſolas tulit.* Pro Sextio: *Tribum ſuam non tulit, Palatinam denique, per quam omnes illae peſtes pop. Rom. vexare dicebantur, perdidit. Popma.*

honeſtius quam ſuam] i. e. in mea tribu multo plura ſuffragia habuit, quam in ſua.

Lucceii perdidit] Non tulit tribum Lucceii. Et apparet, Favonium magiſtratum petiiſſe. Nec mirum, perdidiſſe Lucceii tribum, quippe quum Lucceius Caeſaris, Favonius Catonis familiariſſimus eſſet, Cato autem et Caeſar quum natura, tum vitae inſtituto diſſidentes. Perdidit igitur tribum hominis non amici, Ciceronis tulit; qui ſenatus partes ſequebatur, ut Cato, et Favonius, non populum, ut Caeſar. *Manut.*

Naſicam] P. Scipionem Naſicam P. ex Licinia Craſſi filium; Pompeii M. ſocerum; a Favonio accuſatum de ambitu, ſed ei ereptum a Pompeio, qui eum in conſulatu tertio A. U. C. DCCI. collegam aſſumpſit. Adoptatus eſt a Metello Pio Q. Caecilius Metellu Scipio, et modo P. m dicitur. *Erneſti.*

accuſavit moleſte] edebatur: *Accuſavit N inhoneſte ac modeſte dixit, ita ut Rhodi* et Cicero ſcripſit *moleſte* alii *modeſte*, alii *in* fecerunt, poſt utraqu lectio, ut ſaepius coniuncta. *Moleſte ſare*, eſt vehementer ter, acerbe accuſare Brut. c. 34. Brutus dici cuſator *vehemens et m*

et tamen dixit ita] eſt oratione adeo im rudi, et ruſtica, ut magis molis, quam M operam dediſſe vider

Moloni] Apolloni loni actori ſummo cau et magiſtro. In Br Plut. in Caeſ. *Corrad.* de hoc Molone Suet Iul. c. 4., et quae ib runt Torrentius et Ca nus, quamvis hic quum apud Suetoni gendum cenſet Apo Molonis, contra vete rum librorum fidem, ribus oſtendam in Cu cundis ad Suetonium. *vius.* Sed vide Spa not. ad Quintil. III. 1.

r succensuit. Nunc tamen petit iterum rei publi- ausa. Lucceius quid agat, scribam ad te, quum rem videro, qui aderit biduo.

uod Sicyonii te laedunt; Catoni, et eius aemu- 8
attribuas Servilio. Quid? ea plaga nonne ad s bonos viros pertinet? Sed, si ita placuit, lau- ; deinde in dissensionibus soli relinquamur.

, *causa*] Exagitatio i cum excusatione, terum peteret: iterum petere non sua, sed causa: alioqui post m repulsam non fuisse um. Sed hoc *rei publ.* lictum non sine irri- *Manut.*

agat] de petitione etiit enim consulatum post cum Bibulo, et e, sed praeteritus est.

n Caesarem videro] m Lucceio contra Bi- coiverat. Ideoque i omnia consilia, quod tionem attineret, scire t. sup. ep. 15. lib. I.

Sicyonii te laedunt] lvenda pecunia quam ebent, propter illud i de populis liberis, de ipra. *Ernesti.*

oni, et eius aemulatori io] quorum opera n est senatusconsultum pulis liberis. *Manut.*

plaga] Illud senatus- ltum non tibi solum, sed multis praeterea bonis viris detrimentum attulit; qui creditam ante pecuniam iis populis, quos senatus proxime liberos esse iussit, exigere non possunt ep. 18. lib. I. et ep. 2. lib. VI. *Manut.*

deinde in dissensionibus] non ausus sum contra fidem omnium librorum cum Bosio recipere coniecturam Manutii *discessionibus*, nec video cur praeferenda sit vulgatae scripturae. Hoc enim Cicero dicit. Age probemus, quia sic placuit senatui, sententiam Catonis, deinde vero in dissensionibus civilibus, quum Senatus auctoritas erit tuenda contra popularium impetum, deseramur nos, qui optimatium caussam agimus, ab equestri ordine et hominibus illis locupletibus, quibus grave damnum illatum est Senatusconsulto illo. Quid discessiones ad equestrem ordinem, de quo loquitur praecipue? Hanc sententiam probari quoque Gronovio post intellexi. *Graevius.*

9 Amalthea mea te expectat, et indiget tui.] lanum et Pompeianum valde me delectant; nisi me, illum ipsum vindicem aeris alieni, aere no ;rinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt.

10 In Gallia speramus esse otium.

11 Prognostica mea cum oratiunculis propedie specta. Et tamen, quid cogites de adventu tuo be ad nos. Nam mihi Pomponia nuntiari iuss

---

9. *Amalthea mea*] Gymnasium et ipse Amaltheae nomine exstruxerat, Attici exemplo ep. 14. l. I. *Manut.*

Indiget tui] quod attinet ad ornatum, et τοποθεσίαν. ep. 14. l. I. *Manut.*

Vindicem aeris alieni] Coniuratio Catilinae propter aes alienum facta, odio maxime creditorum. Recte igitur vindex, et servator creditorum Cicero, quia coniuratos occiderat. Et vindex dupliciter ponitur, *vindex coniurationis*, qui coniurationem opprimit, *vindex libertatis*, qui libertatem restituit: ut hic, *vindex aeris alieni*, qui creditores servat: quod μεταφορικῶς dixit epistola 15. ad Sextium, *Non putant ei nummos deesse posse, qui ex obsidione foeneratores exemerit.* Sic, *ultor Catilinae*, in oratione in Pisonem; et *ultor inimicorum*, in epistola ad Lentulum; diverse: nam illud pro Catilina, hoc contra inimicos. *Manut.*

Aere non Corinthio sus est: Tusculani, et peiani aedificatio m mihi aes alienum att Sed iocatur in ambi verbi: quum aes thium maxime laud *Manut.*

Hoc circumforaneo] ab argentariis foener sumitur, qui tabernas bant in porticibus ci rum. *Manut.*

10. *otium*] Quod n non magnopere M gaudebat. ep. 17. l. I *rad.*

11. *Prognostica*] Cic terpretatus est verlib *Prognostica*, ut con libris de Divinatione; non habeo dubium, ea intelligat. Memir rum etiam libro ear epistolarum XV. his *Equidem etiam pluvi tuo, si prognostica vera sunt. ranae enin* ῥεύουσι. Muret. Varr. I 20. *Graev.*

e Quintili Romae fore. Id a tuis literis, quas ad e decessu tuo miseras, discrepabat.

'aetus, ut antea ad te scripsi, omnes libros, quos 12 suus reliquisset, mihi donavit. Hoc illius mu- ı tua diligentia positum est. Si me amas, cura, ıserventur, et ad me perferantur. Hoc mihi ni- test esse gratius; et, quum Graecos, tum vero ıter Latinos ut conserves velim. Tuum esse ıunusculum putabo.

d Octavium dedi literas; cum ipso nihil eram 13 s. Neque enim ista tua negotia provincialia esse

---

ecessu tuo] scil. e pro- Ita Graevius cum edidit, idque melius *de accessu tuo*, quod alii.

Ad Octavium] Videa-)ctavius hic qui sit, et re agatur: quod arbi- .on omnibus patere. mpore Asiam regebat ero, Macedoniam C. us. de quo his verbis 2. lib. I. ad Q. fra- *Et mediocri me dolo- ıs affici, quum audiam, 't existimatione Virgi- qua tuus vicinus C. ius?* Et Suetonius gusti vita: *Octavius ex praetura Macedo- sortitus, fugitivos, re- n Spartaci, et Catili- anum, Thurinum agrum 'es, in itinere delevit, io sibi in senatu extra em dato. provinciae 'uit non minore iustitia; quam fortitudine. namque, Bessis, ac Thracibus magno praelio fusis, ita socios tra- ctavit, ut epistolae M. Cice- exstent, quibus Quintum fra- trem, eodem tempore pa- rum secunda fama proconsu- latum Asiae administrantem, hortatur, et monet, imite- tur in promerendis sociis vi- cinum suum Octavium.* Ma- cedoniam igitur admini- stranti commendari Atticus cupiebat; quum in ea pro- vincia negotiorum quiddam haberet: ideoque et C. An- tonio, eandem provinciam ante Octavium regenti, Ci- cero eum literis commen- daverat, fam. l. v. epist. 5. *Manut.*

Dedi literas] Commen- daticias. Cum ipso enim, antequam discederet, nil eram locutus; quia non pu- tabam te negotia in provin- ciis habere, (erat autem

putabam; neque te in tocullionibus habebam. ſcripſi, ut debui, diligenter.

EPISTOLA XXVII. (Att. II. 3.)

Scr. A. U. C. 693. initio Decembr. ex Tuſcul

Attico Q. Ciceronem Q. F. aegrotantem commend Libros Dicaearchi ſibi valde placere ſignificat. 2. *tonium repetundarum reum nondum e provincia red Atticum Romam invitat.* 4.

CICERO ATTICO, S.

Cura, amabo te, Ciceronem noſtrum. E συγγοσεῖν videmur.

Macedonia Romanorum provincia) ſed duntaxat in iis locis, quae Romanis magiſtratibus non parent, ut in Epiro, aut Athenis, aut Sicyone. *Manut.*

In toculionibus] Nomen fortaſſe deductum a τοκος, quod eſt uſura; ut ſit: Non putabam te eſſe in iis, qui uſuram exercent, pecuniam cum fenore exigentes a provincialibus. Nec mirum, ſi verbo utatur Cicero, a graeca lingua derivato, quum ad Atticum ſcribat, graecae linguae ſtudioſiſſimum. *Manut.*

Epiſt. XXVII. 1. *Cura amabo te Ciceronem noſtrum*] Q. Ciceronis filium, ſcil. aegrotantem. Bene Mongaltius, ſaepe ſic apud Ciceronem *curare* abſolute poni, animadvertit. Et fortaſſe Q. Cicero quod Atticu praedio Nomentano ſabatur; quo Atticu menſe ex Epiro de credibile eſt. Certe Epiro adhuc fuiſſet, ſperare non poterat, epiſtolam hoc men eum perventuram.

ei nos συγγοσεῖν vid Vulgo *ei nos* θεῖοι *vi* At quam quaeſo id ſententiam efficere po lud θεῖοι, ſive patruos, vinos interpretere? S libet περπερεύεσθαι. I ſatis vetere, quo me d vir multis nominibus ſtriſſimus Guilielmus tus Cardinalis ita ſcr eſt: *Cum amabo te nem noſtrum* CINOS CTIN *videmur.* Ex bus depravatae veteri

Πελληναίων in manibus tenebam. Et her- 2
magnum acervum Dicaearchi mihi ante pe-
xtruxeram. O magnum hominem! et a quo
plura didiceris, quam de Procilio. Κορινθ.
et Αθηναίων puto me Romae habere. Mihi

---

vestigiis coniicio le-
m: *Cura, amabo te,*
nem nostrum; ei nos
ὶν videmur. Aegro-
apud Atticum Q. Ci-
). F. Eum igitur pa-
avunculo diligenter
endat: et quo magis
et suam erga illum vo-
em, se sibi videri una
o aegrotare. *Muretus*
ect. XIV, 7. Optime
idem: et mirandum
rnestium huius emen-
is ne mentionem qui-
ecisse, quam verissi-
esse Mongaltius ac
Wielandus noster acu-
erunt.

.ηναίων] Ita legendum
ελιναίων, a Pellana A-
um urbe, quae Isth-
ingressis, post agrum
ium, prima occurre-
de qua Strabo, Thu-
s, Pausanias, Ptole-
. Fuit et ibidem vi-
usdem nominis, a quo
nicae chlenae: quarum
antia fecit, ut victo-
ut ait Hesychius, da-
r: de quibus Strabo,
δὲ καὶ κώμη Πελλήνη,
καὶ αἱ πελληνικαὶ χλαῖ-
ς καὶ ἆθλα ἐτίθεσαν ἐν
τοῖς ἀγῶσι. Malasp. In Πελ-
ληναίων supplendum πολι-
τείαν, a Dicaearcho scri-
ptam. *Ernesti.*

Magnum avervum Dicaearchi] Magnum scilicet acervum librorum Dicaearchi, de quo Cicero lib. VI. ep. 2. Suid. et Varr. I, cap. 2. de re Rust. *Corrad.* Magnum acervum Dicaearchi extruxeram, est magnam partem legendo evolveram. Ex ratione legendi volumina, de quibus quod legissent in contrariam partem convolutum ante se demittebant. Vide me ad Senec. ep. 46. *Gronovius.*

exstruxeram] Edd. pr. *obstruxeram* nescio an malim. Vulgatum est ab Aldo. Intelligit libros a se lectos deinceps, quos a lectione ante pedes abiecerat. *Ernesti.*

o magnum hominem et a quo] Non erat cur particula *et* hic displiceret Ernestio.

de Procilio] i. e. a Procilio. Procilius, historicus, qui multa scripsit, et Attico in pretio fuit. Ei Cicero praefert Dicaearchum; ex quo colligas eum Geogra-

crede, lege fis hoc otio; mirabilis vi Ἡρώδης, fi homo effet, eum potius legeret, unam literam fcriberet; qui me epiftola petivit; ut video, cominus acceffit. Coniuraffe m quam reftitiffe coniurationi, fi illum mihi audi putarem.

3 De Lollio fanus non es. De Vinio laudo.

4 Sed heus tu, ecquid vides kalendas venire,

---

phica fcripfiffe. Eius mentio etiam apud. Varron. ac L. L. IV. et Plin. VIII. 2. Vid. Voff. de hift. lat. I. 12. *Ernesti.*

Κορινθίων καὶ Ἀθηναίων] πολιτείας. Corinthiorum, et Athenienfium Refp. ab eodem Dicaearcho fcriptas. Nam praeter τριπολιτικὸν, et reliqua id genus, fcripfit etiam περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βιοῦ. Athen. l. 13. et fermonem Corinthiorum tribus libris expofuit. Tufc. I. *Corrad.*

mihi crede, lege fis hoc otio] Recepi lectionem a Lipfio ita conftitutam Ep. Quaeft. IV. 2. Gronovius malebat: *Mihi credes, leges hoc de eo* h. e. de eius operibus. Vulgatum *Mihi credes, leges, haec doceo* eft a Bofio, qui fic in cod. Decurt. invenit.

Ἡρώδης] fcriptor ignobilis, qui graece de Ciceronis confolatu fcripferat. Mongaltius putat eundem effe cui Cicero poftea filii curam demandaverat. Pluta Cic.

qui me epiftola] Simpliciffimum eft cu Gronovio accipere, epiftola moleftus fui coram.

putarem] Sic, non *fem* ut vulgo, lege quocunque modo a Nam *mallem* indica praefenti fermonem Si de praeterito, d pore confulatus, e effe, *maluiffem* con et tum Herodes n haec fcripferat. *aud* i. e. probanda ea, qu probat et commendat

3. *de Lollio — de* la Mff. multis erat *de de vino.* Quod fi ve non magis explicari quam fi *Lollio* et *V* Cicerone fcriptum fi nam hi fuerint, aut re agatur.

4. *ecquid vides kalen nire*] nempe Ianuari *Antonium non v* non redire e Macedo

nium non venire? iudices cogi? Nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione, se iudicem, qui non affuerit, compellaturum. Velim tamen, si quid est de Antonii adventu, quod audieris, scribas ad me: et quoniam huc non venis, coenes apud nos utique pridie kal. Cave aliter facias. Cura, ut valeas.

EPISTOLA XXVIII. (Att. II. 3.)

Scr. Romae A. U. C. 693. mense Decembr.

Valerium absolutum esse nuntiat. 1. *Fenestrarum angustias male Atticum reprehendisse.* 2. *de consiliis suis, proximo consulatu capiendis, ac potissimum de lege agraria, an oppugnanda an defendenda.* 3. *Atticum ut pridie Compitalia Romam veniat rogat.* 4.

CICERO ATTICO, S.

Primum, ut opinor, εὐαγγέλια. Valerius absolu-

---

iudices cogi] adversus eum repetundarum reum.

nam ita ad me mittunt] Roma mihi per nuntios, significant. Sic Livius saepe hoc verbo usus est. Exempla congessit Gronov. ad XXXIV. 29. *Ernesti.*

Nigidium] C. Nigidium Figulum, qui iam tribunatum plebis inierat, ex quo recte colligit Mongaltius, hanc epistolam mense Decembri scriptam esse.

compellaturum] Male Manutius exponit, *evocaturum*, *coacturum.* Est enim *accusaturum, eius nomen delaturum.* Suet. Iul. 17. *Eodem Novium quaestorem, quod compellari apud se maiorem potestatem passus esset.* Coelius in Ep. 12. lib. VII. ad Fam. *compellari ea lege me voluerunt qua dicere non poterant. Graev.*

huc] in Tusculanum.

apud nos] Romae prid. Kal. Ian.

Epist. XXVIII. 1. *primum*] Hanc epistolam Mongaltius putabat ex villa ad Atticum Romam missam esse. Sed eius argumenta facile convinci possunt. Cicero potius ex villa iam Romam redierat; et Atticus iam erat in Italia; cf. quae dixi ad Ep. superiorem.

εὐαγγέλια] h. l. sunt laeti

tus est Hortensio defendente. Id iudicium Au
condonatum putabatur: et Epicratem suspic
scribis, lascivum fuisse. Etenim mihi caligae ei

---

nuntii, non, ut quidam vertunt, laetorum nuntiorum praemia, quasi Cicero dicat, primum abs te pro laeto nuntio praemium mihi deberi scito. Immo potius significat: *Primum a laeto nuntio, ut opinor, incipiendum.*

Valerius absolutus est] Hoc Mongaltius, quem Wielandus sequitur, ita intellexit, quasi hoc Atticus Roma Ciceroni nuntiarit. At enim verborum structura, non patitur, quae sunt hominis simpliciter aliquid alteri narrantis. Si Cicero nuntium ab Attico accepisset, sic fere rescripsisset ut XIII. 40. „Itane nuntiat Brutus illum ad bonos viros? Εὐαγγέλια." Mongaltius vertit: *Je crois que je dois commencer par vous remercier de vos bonnes nouvelles. Valerius pour qui Hortensius a plaidé, a donc été absous.* Sed illa particula quam infercit, *donc*, cuius nullum est vestigium in Ciceronis verbis totam ῥῆσιν ad sensum ab h. l. alienum detorquet. Ceterum quis hic sit Valerius incertum est. Nam de M. Valerio Messala, qui superiore anno Cos. fuerat non est cogitandum; eum semper Cicero Messalam cognomine, non Valerium appellat. Non
de L. Valerio Flacco
Cicero postea repetu
accusatum defendit.
aliquis necesse est,
reum absolvi Attici
rat.

Auli filio] Vulgo
lio, quod e Mſ. T
et alio edidit Bosius;
cum K. nam *Atilio*
habent. Sed quis ille
non potuit docere; c
tae tum dignitatis et
fuerit, ut ei iudiciu
condonaretur. At c
ctio Pompeii (Epi
cum hac re satis doc
ram lectionem esse *Au*
ut coniecit primum
spina ad h. l. deind
stallus p. 40. Sed ill
ligebat Valerii filiu
Afranium, qui supra
pellatur aliquoties. I
Pompeium gratiol
fuit. *Ernesti.*

condonatum] h. e.
rium in eius gratiam
lutum.

lascivum] hoc de
lentia Pompeii acc
Mihi potius videtur
peius suspectus tum
lasciviae cuiusdam, p
sic dictae, et rem ama
intercessisse, propter
ille, ut Valerius abs

e cretatae, non placebant. Quid sit, sciemus, ı veneris.

---

eram suam interposue-)uid si pro K. Atilio ıs, *rei filiae;* vel uxori forsan Valerii; Pompeius amaverit. *n mihi caligae eius ıe cretatae non place-* haec bene conve- si *lascivum* Pompe- re amatoria cui tunc tus fuerit, intellexe- ım enim *caligae* scil. eae, et *fasciae cre-*)tantur in eo, quasi et vestitum delica- , ut feminae place- ısurpante. Caligas peio, ut militare pe- umentum Cicero re- dere non poterat, ni- ıid in colore earum ım, aut luxuriosum ita nec fascias, qui- ımpeius ad ulcus in tegendum et curan- utebatur, per se vi- :, sed quod cretatis eretur. Quod nisi ımus, decerni non cur Cicero, quod :la *etenim* significat, ı lasciviae ei tribuen- caligis et fasciis quae- Nam quod quidam l Pompeii abusum iae traxerunt, id ve- ut probari possit. ius quidem duobus ısus est, altero Ammiani Marcellini lib. XVII. qui *duo*, inquit, *haec observarunt in Pompeio Magno ludibriosa et irrita*, *quod genuino quodam more caput digito uno scalpebat; quodque aliquamdiu tegendi ulceris causa*, *fasciola candida crus colligarat; quorum alterum factitare ut dissolutum*, *alterum ut novarum rerum cupidum asserebant*, *nihil interesse oblatrantes*, *argumento subfrigido*, *quam partem corporis redimiret regiae maiestatis insigni;* altero Valerii Maximi lib. VI. c. 2. *Pompeio candida fascia crus alligatum habenti*, *Favonius non refert*, *ait*, *qua in parte corporis sit diadema; exigui panni cavillatione regias eius vires exprobrans*. Sed ex his locis nullo modo probari potest, Ciceronem quum h. l. ait sibi caligas Pompeii et fascias cretatas haud placuisse, nimiae potentiae, quam Pompeius sibi affectaret, odium, voluisse intelligi.

quid sit, *sciemus*] Non quasi id ab Attico discere voluerit, ut Mongaltius putabat; sed Cicero tantum innuit, quum Atticus Romam venerit, quid de suspicione sua verum sit, sibi exploratius futurum.

2 Feneſtrarum anguſtias quod reprehendis te Κύρου παιδείαν reprehendere. Nam quum eg iſtuc dicerem, Cyrus aiebat, radiorum δι latis luminibus, non tam eſſe ſuaves. Etenii

2. *Feneſtrarum*] in aliquo praediorum Ciceronis, quod Atticus ex Epiro redux et per Italiam iter faciens inviſerat.

Κύρου παιδείαν] Cyri architecti doctrinam. Et alluſit ad Xenophontis librum, qui inſcribitur Κύρου παιδεία. fam. lib. VII. ep. 14. *Manut.*

radiorum] aiebat Cyrus architectus, cum radii oculorum per feneſtras latis luminibus egrederentur, eas egreſſiones non tam eſſe ſuaves, utebaturque hoc argumento pro feneſtrarum anguſtiis contra latitudinem. Ab oculis noſtris exeunt radii, qui quo longius progrediuntur, eo latius, alter ab altero, disiunguntur: ut ab oculis noſtris ad locum, quem ſpectamus, fiat radiorum quaſi pyramis quaedam; et, ſi hunc totum radiorum, id eſt viſionis curſum graecis literis a principio ad finem notare velis; in principio i. e. in oculis noſtris, unde vis oritur videndi, ſtatues α; extremum, quo ſpectamus, notabis duabus literis β γ; ſpatium inane, quod interiacet, qua disiuncti duo radii currunt, duae it rae ſignabunt δ ε. quis in cubiculo co aciem aliquo per ſe velit intendere, qu ſtior erit aditus fe eo magis oculorum in exitu cohibebit; i erit illa ſuavior, qui disiungi quam mini tietur. et, ut ſuave ſtae feneſtrae, ita no vaſtae. *Manut.* E habent *viridiorum* δι Inde Aldus fecit *r* quod Victorius dic codice ſuo reſtituiſſ alii ſecuti ſunt; ſed et Boſius e Mſſ. ſuis *viridariorum* quae facta eſt. Salmaſiu bat *thuridium* pro θυριδίων. Tunſtallus ſic: *vi radiorum* (eſſ φάσεις (i. e. τὸ ὁρᾶ radios eſſe viſum) *luminibus non tam e ves.* Sed illa ellipſi *eſſe* h. l. durior eſt. feneſtris verſus hort mo eſt, vulgata bene intelligiturque proſp hortos, quem ſua eſſe anguſtis feneſtris. ita videtur, quia d aedificatione ſermo

ὄψα· τὸ δὲ ὁρώμενον, β, γ· ἀκτῖνες δὲ, δ, καὶ ε. enim cetera. Nam, si κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις ιus, valde laborarent εἴδωλα in angustiis: nunc le illa ἔκχυσις radiorum. Cetera si reprehen- non feres tacitum, nisi quid erit eiusmodi, ıe sumptu corrigi possit.

o nunc ad mensem Ianuarium, et ad ὑπόστασιν 3

---

raesti. At lectionem διαφάσεις veram stendunt verba se- *nunc fit lepide illa adiorum.*

adspectus, visionis oculi ipsi.

enim cetera] vides, a sit, quo iunctio- per fenestras ex- illas esse suaviores, em aditu non ita ibunt: latis igitur s fenestrae non tam *Manut.*

si] Si per simu- i incidentias videre- videndi sensus, ut Epicurus, e rerum is fieret, in oculos sese inferentibus, ur, ut ipsae rerum , εἴδωλα quae di- non facile per an- enestras ingredi et s pervenire possent; a ipso aditu impedi- orarent. Sed non Neque enim, ut pu- curus, visio fit ex ius rerum ad ocu- olantibus, sed po- Stoici sentiunt, ex radiis, qui ab oculis ad res ipsas emittuntur. Si Epicu- rum igitur sequimur, latae fenestrae fiant potius, quam angustae; ne imagines in- gredientes, parvo aditu coarctatae, laborent, unde adspectus oculis difficilior. Sin Stoicis assentimur: an- gustae fiant potius, quam latae: ut radii quam maxi- me iuncti per eas emittan- tur: quo iuvari videtur sen- sus oculorum. Et apparet, Ciceronem cum Stoicis sen- tire, quia infert, Nunc etc. *Manut.*

nunc] Positum pro, *sed:* ut alibi, quum superiora tollit: quale illud, *Nunc ut Apelles*, Fam. I. 9. *Man.*

illa ἔκχυσις] Illa effusio radiorum per angustas fene- stras. Iuncti enim egredien- tes radii, deinde se effun- dunt. Gellius lib. V. cap. 16. *Manut.*

ad mensem Ianuarium] Quo Caesar, et Bibulus coss. magistratum inituri erant.

Ὑπόστασιν nostram] sta- tum nostrum, in quo versa- mur.

nostram, ac πολιτείαν: in qua Σωκρατικῶς εἰς ἑκάτερον: sed tamen ad extremum, ut illi solebant, τὴν ἀρέσκουσαν. Est res sane magni consilii. Nam aut fortiter resistendum est legi agrariae; in quo est quaedam dimicatio, sed plena laudis: aut quiescendum; quod est non dissimile, atque ire in Solonium, aut Antium: aut etiam adiuvandum; quod a me aiunt Caesarem sic exspectare, ut non dubitet. Nam fuit apud me Cornelius; hunc dico Balbum, Caesaris familiarem. Is affirmabat, illum omnibus in rebus meo et Pompeii consilio usurum, daturumque operam, ut cum Pompeio Crassum coniungeret. Hic sunt haec: coniunctio mihi summa cum Pompeio; si placet, etiam cum Caesare; reditus in gratiam cum inimicis, pax cum multitudine, senectutis otium. Sed me κατάστασις mea illa commovet, quae est in libro III:

---

in qua Σωκρατικῶς εἰς ἑκάτερον] Ego tibi, inquit, de rep. nunc in utramque partem disputabo, more Socratico: deinde ad extremum dicam, quae mihi placeat sententia: quo modo veteres illi Socratici solebant; qui quum εἰς ἑκάτερον disputassent, ad extremum, quid ipsis placeret, exponebant. *Manut.*

Caesarem] Consulem designatum, qui ad voluntatem perferendae legis incubuerat, ut a populo gratiam iniret. Suetonius, Plutarchus. *Manut.*

Balbum] Gaditanum, sed a Pompeio civitate donatum: pro quo exstat oratio. Alter autem Balbus, de quo in hoc libro infra, gentis Atiae fuit, maritus Iuliae Caesaris sororis, ex qua genuit Augusti matrem Atiam. Suetonius in Augusto. *Manut.*

coniungeret] Alterum alteri offensum reconciliaret; unde triumviratus ille reip. exitiosus. Scribit Plutarchus, quum Caesar Pompeium et Crassum dissentientes vidisset, cogitasse futurum inprimis e re sua, si eos coniungeret: ni faceret, haud fere quidquam eorum, quae moliretur, posse perficere. *Manut.*

hic sunt haec] i. e. in hac ratione haec sunt commoda, quae sequuntur.

Κατάστασις *illa*] est cohor-

Interea curſus, quos prima a parte iuventae,
Quosque ideo conſul virtute, animoque petiſti,
Hos retine, atque auge famam, laudesque bonorum.

Haec mihi quum in eo libro, in quo multa ſunt ſcripta ἀριστοκρατικῶς, Calliope ipſa praeſcripſerit, non opinor eſſe dubitandum, quin ſemper nobis videatur

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαί περι πάτρης.

Sed haec ambulationibus Compitaliciis reſervemus.

Tu pridie Compitalia memento. Balineum cal- 4
fieri iubebo: et Pomponiam Terentia rogat; matrem adiungemus. Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας affer mihi de libris Quinti fratris.

EPISTOLA XXIX. (Ad Q. Fr. I. 1.)

Scr. Romae A. U. C. 693.

Quum Quinto fratri, qui ex praetura Aſiam provinciam annos iam duo magna cum laude, nonnullorum tamen cum reprehenſione adminiſtraverat, prorogatum etiam in tertiam annum imperium fuiſſet, Cicero eum primum ob hanc moleſtiam conſolatur, eamque partim ſua ipſius culpa ei con-

---

tio ad curſum. Nam κατατείνειν δρόμον dicunt Graeci. Tunſtallus probat Turnebi coniecturam καταχλεις, *concluſio*, ſ. *clauſula*, putatque his verſibus finitum fuiſſe librum III. de conſulatu. καταχλεις ſic eſt IX. 18. Placebat et Lambino. *Erneſti.*

Εἷς οἰωνὸς] Homeri locus Iliadis lib. XII. de Hectore auguria contemnente, et unum eſſe optimum augurium affirmante, certare pro patria. *Manut.*

ambulationibus compitaliciis] quia ſcripſerat Atticus, ſe pridie Compitalia cum eo futurum. Compitalibus igitur, dum alii ludis operam dabunt, nos haec ambulantes conferemus. De die compitalicio Macrobius lib. I. Sat. Varro de lingua lat. Cicero in Piſonem; et hic l. VIII. ep. 7. *Manut.*

rogat] ut veniat ad nos.

Matrem] Attici: quae vixit annos XC. Nepos in vita. *Manut.*

Περὶ φιλοτιμίας] libros

tractam esse confitetur; 1. deinde hortatur frat animum demittat, sed negotiis resistat, atque adeo rat, quippe quum non eam partem rei publ. ger qua fortuna dominetur, sed in qua plurimum ratio et diligentia. 2. Deinde praecipit primum ut eo comites et adiutores negotiorum res publica ipsa de in officio contineat; 3. ut convictorum et appar facta et dicta sibi praestanda esse cogitet; 4. ut qu provincialibus vel Romanis vel Graecis fidendum f ligenter circumspiciat; 5. ut servos gravi et consta sciplina coerceat. 6. Praeterea severitate eius in statuendis et decernendis laudata, aequabilitatem i dicendo 7. facilitatem in audiendo, lenitatem in nendo, in satisfaciendo ac disputando diligentiam co dat. 8. Et quum iis qui praesint aliis, omnia hu renda sint, ut ii, qui fuerint in eorum imperio quam beatissimi, hoc a fratre summa diligentia cu esse, singula eius merita percensendo laudat, in e rationem ut porro omni studio incumbat hortatur; 9. que ut publicanis nec omnino adversetur, nec iis omnia concedat, monet. 10. Denique ut iracundia stat 11. omninoque totum animum in omnium colligenda ponat, fraterno eum animo rogat. 12.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Etsi non dubitabam, quin hanc epistolam nuntii, fama denique esset ipsa sua celeritate sup

---

duos de honorum studio, quos nominat in eius vita Laertius. *Manut.* Sic legitur correctione Victorii, quum antea legeretur φιλομαθίας, In Ms. fuit φιλοττίας. Tunstallus legit περὶ πολιτείας qualem librum Theophrasti fuisse p libris de Legg. III. 6. V. 49. laudat περὶ ἀ πολιτείας. Non di coniectura. *Ernesti.*

Epist. XXIX. 1. *fi ipsa*] Verbum *denique* de etiam consuetudo

ique ante ab aliis auditurus esses, annum tertium issse desiderio nostro, et labori tuo: tamen existi- a me quoque tibi huius molestiae nuntium per- oportere. Nam superioribus literis, non unis, luribus, quum iam ab aliis desperata res esset, ı ego tibi spem maturae decessionis afferebam; olum, ut quam diutissime te iucunda opinione tarem, sed etiam quia tanta adhibebatur et a no- :t a praetoribus contentio, ut rem posse confici liffiderem. Nunc quoniam ita accidit, ut neque ›res suis opibus, neque nos nostro studio quid- proficere possemus, est omnino difficile non gra- id ferre: sed tamen nostros animos maximis in et gerendis, et sustinendis exercitatos, frangi, bilitari molestia non oportet. Et quoniam ea mo- ime ferre homines debent, quae ipsorum culpa acta sunt, est quiddam in hac re mihi molestius dum, quam tibi. Factum est enim mea culpa, a, quam tu mecum, et proficiscens, et per lite- geras, ut priore anno non succederetur. Quod dum sociorum saluti consulo, dum impudentiae ullorum negotiatorum resisto, dum nostram glo- tua virtute augeri expeto, feci non sapienter:

---

in tali re movit me udum ut suspicarer, hic *nuncii* excidisse *multo- iterae. Ernesti.*

oraetoribus] qui ipsi nciae regendae studio antur, ideoque, ut to Ciceroni succedere- contendebant.

oudentiae nonnullorum iatorum resisto] Poste- Paconium et item Tu- ım quendam nominat, uum acerbius a Quinto tractati essent, non tantum in provincia contumeliose de ipso locuti erant, verum etiam Romam ad senatum questum venerant. Quum igitur Marcus animadvertisset, aliquid ex ea re offensionis contractum esse, operam dederat ut primo anno alter adderetur, quo posset Quintus conceptam ex nimia severitate maculam eluere, et iucundissimam sui nominis memo-

praesertim quum id commiserim, ut ille alter annus etiam tertium posset adducere.

2 Quod quoniam peccatum meum esse confiteor: est sapientiae, atque humanitatis tuae, curare et perficere, ut hoc minus sapienter a me provisum, diligentia tua corrigatur. Ac si te ipse vehementius ad omnes partes bene audiendi excitaris; non ut cum aliis, sed ut tecum iam ipse certes; si omnem tuam mentem, curam, cogitationem, ad excellentis omnibus in rebus laudis cupiditatem incitaris: mihi (crede) unus annus additus labori tuo, multorum annorum laetitiam nobis, gloriam vero etiam posteris nostris afferet. Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas, ac demittas animum, neve te obrui, tamquam fluctu, sic magnitudine negotii sinas: contraque erigas, ac resistas, sive etiam ultro occurras negotiis. Neque enim eiusmodi partem rei publicae geris, in qua fortuna dominetur, sed in qua plurimum ratio possit, et diligentia. Quod si tibi bellum aliquod magnum, et periculosum administranti prorogatum imperium viderem: tremerem animo, quod eodem tempore esse intelligerem etiam fortunae potestatem in

---

riam in provincia relinquere. *Hotomann.* Ernestius *impudentiam negotiatorum* intelligit, de eorum conatibus Ciceronis auctoritate apud fratrem perficiendi, ut eorum avaritiae in re foenebri indulgeret.

quum id commiserim] Ernestio sine causa idonea placebat *q. ita commiserim.*

2. *ad excellentis*] Vulgo *excellentem.* Ernestio id iure in hoc genere durius videbatur, excellentiae notionem cum ; cupiditate coniungi, quum proprie ad laudem pertineret.

gloriam vero etiam] Ursinus in duobus Mss. invenit *immo gloriam etiam*.

ac demittas] Sic Malaspina e codd. Vulgo *aut demittas.* Illud rectius, quum utrique verbo sua contraria *erigas ac resistas* copulate reddantur.

nos prorogatam. Nunc vero ea pars tibi rei publicae commissa est, in qua aut nullam, aut perexiguam partem fortuna tenet, et quae mihi tota in tua virtute, ac moderatione animi posita esse videatur. Nullas (ut opinor) insidias hostium, nullam praelii dimicationem, nullam defectionem sociorum, nullam inopiam stipendii, aut rei frumentariae, nullam seditionem exercitus pertimescimus: quae persaepe sapientissimis viris acciderunt, ut quemadmodum gubernatores optimi vim tempestatis, sic illi fortunae impetum superare non possent. Tibi data est summa pax, summa tranquillitas: ita tamen, ut ea dormientem gubernatorem vel obruere, vigilantem etiam delectare possit. Constat enim ea provincia primum ex eo genere sociorum, quod est ex hominum omni genere humanissimum: deinde ex eo genere civium, qui aut quod publicani sunt, nos summa necessitudine attingunt: aut quod ita negotiantur, ut locupletes sint, nostri consulatus beneficio se incolumes fortunas habere arbitrantur. At enim inter hos ipsos exsistunt graves controversiae, multae nascuntur iniuriae, magnae contentiones con-

---

vel obruere] Ernestius particulam *vel* h. l. plane alienam, ac delendam putabat. Falso. Nam *vel* non est disiunctivum, sed ponitur pro *etiam* vel *adeo*, ut saepe, q. d. quae dormientem gubernatorem non tantum turbare, sed etiam obruere possit.

sociorum] i. e. Graecorum s. Asianorum.

civium] nempe Romanorum qui aut publicani erant, aut negotiatores.

summa necessitudine attingunt] non solum quia publicani equites erant, et ex equestri familia natus erat Cicero, sed etiam quia ordinem equestrem semper defenderat, atque amaverat. *Manut.*

nostri consulatus beneficio] quia nisi ego coniurationem Catilinae consul oppressissem, impetus in omnium fortunas esset factus. *Manut.*

5 His autem in rebus iam te uſus ipſe profect divit, nequaquam ſatis eſſe, ipſum hasce habere tes, ſed eſſe circumſpiciendum diligenter, ut i cuſtodia provinciae non te unum, ſed omnes ſtros imperii tui, ſociis, et civibus, et rei pu praeſtare videare. Quamquam legatos habes qui ipſi per ſe habituri ſint rationem dignitatis de quibus honore, et dignitate, et aetate praeſt bero, quem ego arbitror, praeſertim quum i hiſtoriam, multos ex ſuis annalibus poſſe del quos velit, et poſſit imitari:. Allienus autem eſt, quum animo et benivolentia, tum vero imitatione vivendi. Nam quid ego de Gratidio d quem certo ſcio ita laborare de exiſtimatione ſi propter amorem in nos fraternum, etiam de laboret. Quaeſtorem habes, non tuo iudicio

---

(V. 16.) *Levantur miſerae civitates, quod nullus ſit ſumtus in nos, neque in legatos neque in qnaeſtorem, neque in quemquam. Scito non modo nos foenum, aut quod lege Iulia dari ſolet non accipere, ſed ne ligna quidem; nec praeter quatuor lectos et tectum quemquam accipere quicquam; multis locis ne tectum quidem, et in tabernaculo manere plerumque.* — *Hotom.*

praeſtare] verbum eſt iuris. *praeſtare* aliquem eſt praedem eſſe pro aliquo, et periculum quod ex eo timetur in ſe recipere. *Hotom.*

Tubero] L. Aelius ro cum Cicerone liter ditus, eiusque famili

Allienus] Sic edid vulg. *Halienus* ut e viris doctis placuit. Ienſ. habet *Anienus* ex *Allienus* manifeſte l eſt. *Erneſti.*

noſter eſt] Ita Urſi Ms. fuiſſe teſtatur. *eſt* omiſſum. Recte r Erneſti.

de Gratidio] Eum ſtius M. Gratidii, cuiu Ciceronis avia fuit ve vel nepotem fuiſſe pu nepotem quidem ſui temporum rationem bilius eſt.

ı, sed' eum, quem sors dedit. Hunc oportet et sponte esse moderatum, et tuis institutis, ac praes obtemperare. Quorum si quis forte esset sorr, ferres eatenus, quoad per se negligeret eas, quibus esset adstrictus: non ut ea potestate; tu ad dignitatem permisisses, ad quaestum uter. Neque enim mihi sane placet, praesertim hi mores tantum iam ad nimiam lenitatem et ıbitionem incubuerint, scrutari te omnes sordes, ere unumquemque eorum: sed, quanta sit in ie fides, tantum cuique committere. Atque in›s, eos, quos tibi comites, et adiutores negon publicorum dedit ipsa res publica, duntaxat fihis praestabis, quos ante praescripsi.

4 Ꝺuos vero aut ex domesticis convictionibus, aut :cessariis apparitionibus tecum esse voluisti, qui

---

n fors dedit] *Sorte* ores provinciarum reus dabantur. Ep. ad lib. II. ult. et in lib. /inatione et alibi saeManut.

ad per. se negligeret] im, modo eo, quo etiam si non esset le- quaestor, et in re›rivatis non publicis. *i.*

us esset] Ita ed. Rom. ıe etiam Victor. quod pro vulgato *quibus* ıic et mox *promisisses* *ermisisti.* — *Ernesti.*

nores] Sic edd. pr. non *ii* ut recentiores. *i.*

um iam] Pater meus are adiuvabat manum animumque Ciceronis emendando: *tantum non ad nimiam.* Scripsi autem *et ad ambitionem*, ut aperte habebat Balliol. ex more scriptoris nostri. *Gronov.*

omnes] Ernestius dubitabat an *omnium* esset legendum. At bene se habet vulgatum.

comites et adiutores] legatos scil. et quaestores.

praestabis] h. e. ut antea, rei publ. ab iis cavebis.

ex domesticis convictionibus] amicis et familiaribus, quibus in quotidiano convictu utebatur.

necessariis apparitionibus] i. e. scribis, lictoribus, accensis, praeconibus etc.

quasi ex cohorte praetoris appellari solent, hor modo facta, sed etiam dicta omnia praestand sunt. Sed habes eos tecum, quos possis recte tes facile diligere, minus consulentes exist tuae, facillime coërcere; a quibus, rudis quun videtur potuisse tua liberalitas decipi, (nam ut est vir optimus, ita difficillime esse alios impro spicatur;) nunc vero tertius hic annus habeat tatem eandem, quam superiores, cautiorem e diligentiorem. Sint aures tuae, quae id, q diunt, existimentur audire, non in quas ficte e te quaestus causa insusurretur. Sit annulus tu ut vas aliquod, sed tamquam ipse tu: non alienae voluntatis, sed testis tuae. Accensu numero, quo eum maiores nostri esse volueru hoc non in beneficii loco, sed in laboris, ac m non temere nisi libertis suis deferebant: qui quidem non multo secus, ac servis, imp

---

rudis quum esses] int. provinciae, quod fortasse excidit; est eius omissio paullo durior. *Ernesti.*

cautiorem etiam ac diligentiorem] Faërnus et Ursinus malebant *cautionem etiam diligentiorem* probante et Malaspina. Infra c. 6. est rursus *cautus ac diligens.* — *Ernesti.* Vulgata nimirum nobis non ferenda solum, sed etiam elegantior videtur. Integritas tua, inquit, sit eadem quae fuit superioribus annis, nunc vero etiam cautior ac diligentior, quum antea sit nonnunquam ab improbis decepta.

existimentur audi fac ut homines exi te nihil, nisi quod ribus tuis acceperi ploraveris credere, cum dare calumnia qui sui quaestus c insusurrent, quae simulata sint. Fort men Cicero scripser *id, quod audiunt,* *mentur audire, non ficte et simulate causa insusurretur.*

non ut vas aliqu instrumentum, uten Graevi σκεῦος dicu bortellus corrigebat *quis*, quod Verbu

ictor non suae, sed tuae lenitatis apparitor: maio-
s praeferant fasces illi ac secures dignitatis insi-
, quam potestatis. Toti denique sit provinciae
itum, tibi omnium, quibus praesis, salutem, li-
, famam, fortunas esse carissimas. Denique
)pinio sit, non modo iis, qui aliquid acceperint,

---

mus recepere. Male.

Sensus nimirum
nulum tuum, quo
edicta signas, non
n aliud quodcunque
entum aut utensile
fidei crede, qui eo
ossint, sed eum ita
er custodi, ut te
adeo ut signum ex
ulo expressum, cer-
te ipsum tuamque
tem repraesentet.

*suae sed tuae lenitatis
or*] Cur tantum *le-*
Nec placet Ursini
io, *non suae saevitiae
: lenitatis*, quae Lip-
icebat Elect. I. 23.
voluntatis, ut paullo
n annulo? *Ernesti.*
utandum. *Lenitas* est
in moderatione ani-
tendi, ut ipse Cicero
Part. or. c. 22. Ita-
c praecipit, ut Quin-
elit in animadverten-
ior esse, id ipse de-
, non poenae mode-
m lictori suo permit-
a enim Verris lictor
sibi ex omni gemitu
que eorum, in quos
Verres supplicia constituerat certam mercedem comparabat. „Ut adeas, tantum dabis; ut cibum tibi intro ferre liceat, tantum. Nemo recusabat. Quid? ut uno ictu securis afferam mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur? ne saepius feriatur? ne cum sensu doloris aliquo aut cruciatu spiritus auferatur? Etiam ob hanc causam pecunia lictori dabatur." *Voluntatis* pro *lenitatis* ideo non placet, quod in simili re iam antea positum erat.

fasces ac secures] Propraetores in provinciis sex lictores habebant, qui fasces ipsis cum securibus praeferebant. Hoc magistratus Romani insigne in provinciis esse solebat. Itaque a Polybio ἑξαπέλεκυς praetor appellatur. *Hotom.*

acceperint] iis tuorum amicorum vel apparitorum, qui dona acceperint, ut aliquid a te offerentibus impetrent, vel alio modo donis corrumpi se siverint.

ſed iis etiam, qui dederint, te inimicum (ſi id c
veris) futurum. Neque vero quisquam dabit,
erit hoc perſpectum, nihil per eos, qui ſimul
apud te multum poſſe, abs te ſolere impetrari.
tamen eſt haec oratio mea huiusmodi, ut te ir
aut durum eſſe nimium, aut ſuſpicioſum velim.
ſi quis eſt eorum, qui tibi biennii ſpatio numqu
ſuſpicionem avaritiae venerit, (ut ego Caeſiun
Chaerippum, et Labeonem, et audio, et, quia c
vi, exiſtimo) nihil eſt, quod non et iis, et ſi
eſt alius eiusdemmodi, et committi, et credi re
me putem. Sed ſi quis eſt, in quo iam offen
de quo aliquid ſenſeris; huic nihil credideris, n
partem exiſtimationis tuae commiſeris.

5 In provincia vero ipſa, ſi quem es nactus, q
tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis
fuerit ignotus; huic quantum credendum ſit,
non quin poſſint multi eſſe provinciales viri boni
hoc ſperare licet, iudicare periculoſum eſt. M
enim ſimulationum involucris tegitur, et quaſi
quibusdam obtenditur uniuscuiusque natura; fi
oculi, vultus perſaepe mentiuntur; oratio vero ſ
ſime. Quamobrem, qui potes reperire ex eo ge

---

5. *provinciales*] nempe negotiatores et foeneratores Romam in provincia habitantes; item publicani.

quamobrem qui potes reperire] Vulgo legebatur: *quamobrem qui potes reperire ex eo genere hominum qui pecuniae cupiditate — non poſſumus? te autem — ſimulent?* Lambinus h. l. ita conſtituendum arbitrabatur: *quamobrem qui potes reperire ex eo genere* . *num, qui pecuniae cup* *te adducti careant iis* *omnibus, a quibus no* *vulſi eſſe non poſſu* quemquam qui te *ali* *hominem amet ex anim* *non ſui commodi cauſa* *let.* Nos faciliore m inter *qui* et *pecuniae* culam *quum* inſerendo paulo poſt *autem* in *t* mutando locum ſanavi

num, qui, quum pecuniae cupiditate adducti ca-
his rebus omnibus, a quibus nos divulsi esse
ossumus, tamen te, alienum hominem, ament
imo, ac non sui commodi causa simulent? mihi
n permagnum videtur; praesertim si iidem ho-
privatum non fere quemquam, praetores sem-
nnes amant. Quo ex genere si quem forte tui
ti amantiorem (fieri enim potuit) quam tem-
hunc vero ad tuorum numerum libenter ad-
». Sin autem id non perspicies, nullum erit
in familiaritate cavendum magis: propterea
t omnes vias pecuniae norunt, et omnia pecu-
usa faciunt, et, quicum victuri non sunt, eius
ationi consulere non curant. Atque etiam e
s ipsis diligenter cavendae sunt familiaritates,
: hominum perpaucorum, si qui sunt vetere
a digni. Nunc vero fallaces sunt permulti,
es, et diuturna servitute ad nimiam assentatio-
ruditi. Quos ego universos adhiberi liberali-
otimum quemque hospitio amicitiaque coniungi
portere: nimiae familiaritates eorum, neque

---

bus nos divulsi esse ssumus] nempe lu-
is Romae, amico-
onsuetudine, litera-
ictu.
temporis] h. e. mu-
ii, quod cum maxi-
is, quum pro prae-
rovinciae praees.
orum numerum] Sic
e libro Longolii.
d tuum numerum.
iliaritates] Vulgo
titur *quaedam*, quod
delendum esse bene monuit Ernestius.

Nunc vero] Ita scribendum esse, quod iam Ernestius, quamquam dubitanter proposuit, equidem nullus dubito. Opponuntur enim Graeci qui *nunc* sunt *veteri Graeciae*. Vulgatum *sic vero* prorsus ineptum.

nimiae familiaritates eorum] Intelligendum est: *cavendae quod* — aut aliud eiusdem significationis.

tam fideles sunt, (non enim audent adversari n
voluntatibus) et vero invident non nostris f
verum etiam suis.

6 Iam qui in eiusmodi rebus, in quibus v
etiam ne durior sim, cautus esse velim, ac dili
quo me animo in servos esse censes? quos qu
quum omnibus in locis, tum praecipue in prov
regere debemus: quo de genere multa praecip
sunt. Sed hoc et brevissimum est, et facillime
potest, ut ita se gerant in istis Asiaticis itineribu
si iter Appia via faceres: neve interesse quidqua
tent, utrum Tralles, an Formias venerint.
quis est ex servis egregie fidelis: sit in domestic
bus, et privatis; quae res ad officium imperii tu
que ad aliquam partem rei publicae pertinebun
his rebus nequid attingat. Multa enim, quae
committi servis fidelibus possunt, tamen ser
et vituperationis vitandae caussa committenda
sunt. Sed nescio quo pacto ad praecipiendi
nem delapsa est oratio mea, quum id mihi propo
initio non fuisset. Quid enim ei praecipiam,
ego in hoc praesertim genere intelligam prudenti
esse inferiorem, quam me; usu vero etiam superio
Sed tamen si ad ea, quae faceres, auctoritas ac

---

tam fideles] Non placet *tam*. Malim *iam*, aut aliud quid. *Ernesti.*

adversari nostris voluntatibus] quod utique nonnunquam fidelis amici est officium, amico repugnare, eum dehortari.

faceres] Non audiendus Ernesti qui h. l. *facias* legendum putabat, fal consequutionis tem inductus, de qua dili actum est in Heusinger fatione ad Ciceronis rum editionem.

quam me] Hoc a tore profectum esse E dubium non erat.

ret mea, tibi ipſa illa putavi fore iucundiora. Quare ſint haec fundamenta dignitatis tuae: tua primum integritas, et continentia; deinde omnium, qui tecum ſunt, pudor; delectus in familiaritatibus, et provincialium hominum, et Graecorum, percautus et diligens; familiae gravis et conſtans diſciplina.

Quae quum honeſta ſint in his privatis noſtris, 7
quotidianisque rationibus: in tanto imperio, tam depravatis moribus, tam corruptrice provincia, divina videantur neceſſe eſt. Haec inſtitutio, atque haec diſciplina poteſt ſuſtinere in rebus ſtatuendis, et decernendis eam ſeveritatem, qua tu in iis rebus uſus es, ex quibus nonnullas ſimultates cum magna mea laetitia ſuſceptas habemus. Niſi forte me Paconii neſcio cuius, hominis ne Graeci quidem, at Myſii aut Phrygis potius, querelis moveri putas, aut Tuſcenii, hominis furioſi, ac ſordidi vocibus, cuius tu ex impuriſſimis faucibus inhoneſtiſſimam cupiditatem eripuiſti ſumma cum aequitate. Haec, et cetera plena ſeveritatis, quae ſtatuiſti in iſta provincia, non facile ſine ſumma integritate ſuſtineremus. Quare ſit ſumma in iure dicundo ſeveritas, dummodo ea ne varietur gratia, ſed conſervetur aequabilis. Sed tamen parvi refert abs te ipſo ius dici aequabiliter, et diligenter, niſi idem ab iis fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem conceſſeris. Ac mihi quidem videtur non ſane magna varietas eſſe negotiorum in adminiſtranda Aſia, ſed ea tota iurisdictione maxime ſuſtineri. In qua ſcientiae praeſertim provincialis ratio

---

ipſa] Sic Urſinus optime correxit. Vulgo male *ipſi.*

7. *corruptrice provincia*] ob divitias, luxum, mollitiem hominum.

iurisdictioni — ſuſtineri] Uſitatius *contineri*, quod quidam ſubſtitui voluere. Non eſt neceſſe. Nam fere idem eſt tropus in utroque verbo. *Erneſti.*

ſcientiae praeſertim provincialis] Nam et Romae et in provinciis ex edicto ius

ipsa expedita est; constantia est adhibenda, et gravitas, quae resistat non solum gratiae, verum etiam suspicioni.

8 Adiungenda etiam est facilitas in audiendo, lenitas in decernendo, in satisfaciendo ac disputando diligentia. His rebus nuper Cn. Octavius iucundissimus fuit; apud quem primum lictor quievit, tacuit

---

redditur; sed Romae longe et graviores et litigatores potentiores; in provincia vel Graeci sunt, vel negotiatores et mercatores. *Hotom.*

in decernendo] Qualem in decernendo lenitatem significet, ex orat. pro Quintio facile intelligitur, ubi de Dolabella Praetore queritur, 'qui quum advocati Quintii de iure sui decreti disputarent, eos acerrime per lictores summoveri iusserat. *Hotom.*

satisfaciendo et disputando] Hoc idem ex eodem Quintianae loco facillime intelligitur; ubi litigatores Praetori decernenti obstrepebant ac tergiversabantur et contra eum de sui decreti iure disputabant. *Recusabant*, inquit, *qui aderant tum Quintio*, *demonstrabant de re iudicium prius fieri oportere. Clamabat porro ipse Quintius* etc. *Hotom.* Pro *disputando* Manutius legendum suspicabatur *disceptando*, quia disputare praetor non dicatur idem vero ut est in Partit. or. sit *disceptator*, i. e. *rei sententiaeque moderator.* Attamen si *disputare* sic intelligitur, ut iudex caussas decreti exponat, idque adversus recusationes litigatorum defendat, non video cur eo verbo hic uti non potuerit Cicero.

C. Octavius] pater Augusti, tum in Macedonia praetor, *cui provinciae* ut ait Sueton. in Aug. c. 3. *praefuit non minore iustitia quam fortitudine. Namque Bessis ac Thracibus magno praelio fusis ita socios tractavit, ut epistolae M. Ciceronis exstent, quibus Q. fratrem, eodem tempore parum secunda fama proconsulatum Asiae administrantem, hortatur et monet, imitetur in promerendis sociis vicinum suum Octavium.*

nuper — iucundissimus fuit] Loquitur de eius iurisdictione, quam praetor in urbe administraverat, antequam in provinciam iret.

primum lictor quievit] Vulgo *primus lictor quievit.*

us; quoties quisque voluit, dixit, et quam vo- it. Quibus ille rebus fortasse nimis lenis vide- nisi haec lenitas illam severitatem tueretur. ıntur Sullani homines, quae per vim et metum rant, reddere. Qui in magistratibus iniuriose erant, eodem ipsis privatis erat iure parendum. lius severitas acerba videretur, nisi multis entis humanitatis mitigaretur. Quod si haec grata Romae est, ubi tanta arrogantia est, tam rata libertas, tam infinita hominum licentia, tot magistratus, tot auxilia, tanta vis populi, natus auctoritas: quam iucunda tandem prae- mitas in Asia potest esse, in qua tanta multi- rium, tanta sociorum, tot urbes, tot civitates ominis nutum intuentur? ubi nullum auxi-

---

primus? qui nihil i habet praeter ad- ıem et submotionem, aetor incedit in pu- uo trahebat Lipsius 23. Sed id ab h. l. , ubi sermo est de one. Malaspina cor- *imum* et sunt alia , ubi id est sine - *Ernesti.* Recepi , non autem eo . d. *primum lictor deinde accensus ta-* l auctore Malaspina primum instituti hu- orem Octavium sa- i tanta facilitate fue- ne lictoris quidem nsi opera uti volue- quum lictoris mu- t, ut turbam a tri- immoveret, accensi, uberet dicere, vel silentium imperaret; Octa- vius tamen nec quemquam voluit prohiberi per licto- rem, nec ulli finiendae ora- tionis necessitatem per ac- censum imponi.

illam severitatem] cuius exemplum statim profert.

Sullani homines] olim apud Sullam gratiosi, eiusque patrocinio confisi, ut in aliorum bona grassarentur.

arrogantia — libertas — licentia] haec omnia sunt litigantium et ius suum apud tribunal praetoris persequen- tium. Hi nempe *arrogan- tiam* ostendunt, iniqua a praetoribus postulando, *li- bertatem* provocando, *li- centiam* multa adversus ius et fas audendo.

tanta vis populi] Ernestio auctore addidi *populi*, quia

lium est, nulla conquestio, nullus senatus, nulla
cio? Quare permagni hominis est, et quum
natura moderati, tum vero etiam doctrina,
que optimarum artium studiis eruditi, sic se adhi
in tanta potestate, ut nulla alia potestas ab iis,
bus ipse praesit, desideretur. Cyrus ille a X
phonte non ad historiae fidem scriptus, sed ad
giem iusti imperii: cuius summa gravitas ab illo
losopho cum singulari comitate coniungitur;
quidem libros non sine causa noster ille Africanu
manibus ponere non solebat; nullum est enim
termissum in iis officium diligentis, et moderati
perii; eaque, si sic coluit ille, qui privatus fut
numquam fuit, quonam modo retinenda sunt iis,
bus imperium ita datum est, ut redderent, et a
legibus datum est, ad quas revertendum est?

9 Ac mihi quidem videntur huc omnia esse ref
da iis, qui praesunt aliis, ut ii, qui erunt eoru
imperio, sint quam beatissimi: quod tibi et esse
quissimum, et ab initio fuisse, ut primum Asiam

---

id abesse non potest; quum deinde opponatur *nulla concio.*

nulla conquestio] ubi nemo queri audet de decretis a praetore datis. Ernestius *Auxilium*, inquit, est tribunorum plebis, *conquestio* apud alios magistratus praetoris collegas. Manutio tamen placebat *quaestio* scil. iudicum adversus magistratus.

eaque si sic coluit ille] In hac lectione oratio est ἀνακόλουθος. Nam nihil est, quod respondeat superiori: *Cyrus illa — coniungitur.* Nam cetera *quos — imperii* sunt in parenthesi Itaque videtur delendu et *ille.* Lambinus in cipio legebat: *Si C* ut haec melius responde *Ernesti.* Non opus es opinor, ἀνακολουθίαν to quae satis frequenter Ciceronem occurrit, sertim post longiorem renthesin, et habet n quid gratae negligentia epistola praesertim. E iam Manutio visum.

et esse antiquissimum] pro *esse et antiquissi* edidimus, ut et alii r tiores. *Ernesti.*

constante fama, atque omnium sermone cele-
m est. Est autem non modo eius, qui sociis et
is, sed etiam eius, qui servis, qui mutis pecu-
praesit, eorum, quibus praesit, commodis uti-
ie servire. Cuius quidem generis constare in-
mes video, abs te summam adhiberi diligen-
aullum aes alienum novum contrahi civitatibus,
autem magno, et gravi multas abs te esse libe-
urbes complures dirutas, ac paene desertas,
ous unam Ioniae nobilissimum, alteram Cariae,
i et Halicarnassum) per te esse recreatas; nul-
in oppidis seditiones, nullas discordias; pro-
bs te, ut civitates optimatium consiliis admi-
ur; sublata Mysiae latrocinia; caedes multis
epressas; pacem tota provincia constitutam;
olum illa itinerum, atque agrorum, sed multo
lura, et maiora oppidorum et fanorum furta,
cinia esse depulsa; remotam a fama, et a for-
et ab otio locupletum, illam acerbissimam mi-
praetorum avaritiae calumniam; sumptus et
civitatum ab omnibus, qui earum civitatum
icolant, tolerari aequabiliter; facillimos esse
ad te; patere aures tuas querelis omnium;
inopiam, ac solitudinem, non modo, illo po-
iccessu, ac tribunali, sed ne domo quidem et
o esse exclusam; tuo toto denique imperio ni-

---

tas; urbes complu-
: distinguendum est,
vulgo: *liberatas ur-*
nplures. Nam *libe-*
ertinet ac *civitates*,
ite nominatae; *diru-*
rbes. — *Ernesti.*
niam] fuerant enim
praetores in pro-
sque eo avaritia per-
accusatores locuple-
tum ipsi compararent, at-
que instruerent, quo ma-
ximos ex eorum condemna-
tione quaestus facerent; qua-
lis Verres fuit. *Manut.*

*populari accessu ac tribu-
nali*] i. q. populari accessu
ad tribunal tuum.

*Sed ne domo quidem
et cubiculo esse exclusam;
tuo toto*] Lambino placuit:

hil acerbum esse, nihil crudele, atque omni na clementiae, mansuetudinis, humanitatis. (tum vero illud est beneficium tuum, quod iniqu gravi vectigali aedilicio, magnis nostris simulta Asiam liberasti? Enim vero si unus homo nobili ritur palam, te, quod edixeris, NE AD LVDOS PEC DECERNERENTVR, H-S CC sibi eripuisse: quant dem pecunia penderetur, si omnium nomine, q que Romae ludos facerent, quod erat iam instit erogaretur? Quamquam has querelas hominu strorum illo consilio oppressimus, quod in Asia quo modo, Romae quidem non mediocri cum ratione laudatur, quod, quum ad templum, mentumque nostrum civitates pecunias decrevi quumque id et pro meis magnis meritis, et pr maximis beneficiis summa sua voluntate fecissen minatimque lex exciperet, VT AD TEMPLVM, MON TVMQVE CAPERE LICERET: quumque id, quod da non esset interiturum, sed in ornamentis templi

---

sed ne domo quidem tua, et cubiculo esse exclusam tuo; toto etc. Sed pronomine personali hic repetito facile caremus.

vectigali aedilicio] i. e, pecunia quam aediles, qui ludos facerent, ad eorum impensas sublevandas per propraetores aut proconsules provinciis imperare solebant, *Aedilicio* autem auctore Hotomanno rescripsi pro vulg. *aediliciorum.* Hoc enim esset vectigal ab iis, qui *fuissent* aediles impositum. Contra *vectigal aedilicium* est pecunia ab aedilibus ad ludos suos p ta.

nescio quo modo] nestius rescripsit, pro *quonam modo.* Rect

ad templum] Sic ad Att. ep. 21. *ob hae ficia quibus illi obstup nullos honores mihi, n borum, decerni sino, fana, τέθριππα prohib Hotom.*

lex] de repetundis sanciebat, ne cui aut pecunias liceret aut liare quod patet ex ad Att. ep. 21. et in Ve V. c. 48.

, ut non mihi potius, quam populo Romano, ac
immortalibus datum videretur: tamen id, in quo
dignitas, erat lex, erat eorum, qui faciebant,
ntas, accipiendum non putavi; quum aliis de cau-
tum etiam ut animo aequiore ferrent ii, quibus
eberetur, nec liceret. Quapropter incumbe to-
imo, et ſtudio omni in eam rationem, qua ad-
ſus es, ut eos, quos tuae fidei, poteſtatique ſe-
populusque Romanus commiſit, et credidit, di-
ut omni ratione tueare, ut eſſe quam beatiſſi-
elis. Quod ſi te ſors Afris, aut Hiſpanis, aut
praefeciſſet, immanibus, ac barbaris nationi-
amen eſſet humanitatis tuae, conſulere eorum
odis, et utilitati, ſalutique ſervire. Quum ve-
eneri hominum praeſimus, non modo in quo
, ſed etiam a quo ad alios perveniſſe putetur hu-
s: certe iis eam potiſſimum tribuere debemus,
as accepimus. Non enim me hoc iam dicere
t, praeſertim in ea vita, atque iis rebus geſtis,
us non poteſt reſidere inertiae, aut levitatis ulla
o: nos ea, quae conſecuti ſumus, his ſtudiis,
ous eſſe adeptos, quae ſint nobis Graeciae mo-
tis, diſciplinisque tradita. Quare praeter com-
n fidem, quae omnibus debetur, hoc nos iſti
um generi praecipue debere videmur, ut, quo-
raeceptis ſumus eruditi, apud eos ipſos, quod

mni ratione] Vulg.
ui ratione. Suavior
fit anaphora particu-
repetendo, ſic paulo
9. extr.
os iſti] Vulgo *prae-*
os iſti. Sed *praeter-*
rigide redundare iam
us monuit.

quorum praeceptis ſumus]
Erneſtius ſcribi iuſſit *ſimus;*
quia pendeat a *velimus.*
Enim vero ab hoc minime
pendet, ſed ordo verborum
hic eſt: *ut, apud eos ipſos*
quorum praeceptis ſumus eru-
diti, quod ab iis didicerimus,
velimus expromere.

ab iis didicerimus, velimus expromere. Atqu quidem princeps ingenii, et doctrinae Plato, tu nique fore beatas res publicas putavit, si aut doc sapientes homines eas regere coepissent; aut ii q gerent, omne suum studium in doctrina, ac sap collocarent. Hanc coniunctionem videlicet pote ac sapientiae, saluti censuit civitatibus esse quod fortasse aliquando universae rei publicae no nunc quidem profecto isti provinciae contigit, ut ea summam potestatem haberet, cui in doctrina in virtute, atque humanitate percipienda pluri a pueritia studii fuisset, et temporis. Quare cu hic annus, qui ad laborem tuum accessit, idem lutem Asiae prorogatus esse videatur. Quonia in te retinendo fuit Asia felicior, quam nos in cendo; perfice, ut laetitia provinciae desideriu strum leniatur. Etenim si in promerendo, ut tib ti honores haberentur, quanti haud scio an ne fuisti omnium diligentissimus: multo maiorem i tuendis adhibere diligentiam debes. Et quide

---

collocarent] Pro vulg. *collocassent*, edidi *collocarent*. Necessario. Nam si vulgatum verum esset, nihil hoc differret a priori *docti ac sapientes homines;* sed Cicero exprimit illud, quod alibi sic dictum est; *si aut philosophi imperarent*, *aut imperantes philosopharentur.* — *Ernesti.*

et temporis] Lambinus addi volebat *positum* vel *collocatum*. Frustra. Si *et temporis* non addidisset Cicero, nemo haesisset. *Ernesti.*

prorogatus] Quun quoque Cicero dicat, *a diem*, *tempus prorogar* est quod cum Ernest *propagatus* praeferam si ista duo verba saepiu brariis confusa sunt.

quoniamque] Faër Malaspina auctoribus lam addidi.

deducendo] i. e. i tendo, ne tibi pro propagaretur.

in his tuendis] Vu *his honoribus tuendis*, autem elegantius on

'enere honorum quid sentirem, scripsi ad te an- Semper eos putavi, si vulgares essent, viles: si oris causa constituerentur, leves: si vero (id quod tum est) meritis tuis tribuerentur, existimabam n tibi in his honoribus tuendis operam esse po- n. Quare quoniam in istis urbibus cum summo o, et potestate versaris, in quibus tuas virtutes ratas, et in deorum numero collocatas vides: ıibus rebus, quas statues, quas decernes, quas quid tantis hominum opinionibus, tantis de ciis, tantis honoribus debeas, cogitabis. Id erit eiusmodi, ut consulas omnibus, ut medea- mmodis hominum, provideas saluti, ut te pa- Asiae et dici, et haberi velis.

que huic tuae voluntati, ac diligentiae difficul- magnam afferunt publicani. Quibus si adversa- ordinem de nobis optime meritum, et per nos publica coniunctum, et a nobis, et a re publi- ıngemus. Sin autem omnibus in rebus obse- r: funditus eos perire patiemur, quorum non saluti, sed etiam commodis consulere debemus. st una (si vere cogitare volumus) in toto impe- difficultas. Nam esse abstinentem; continere

---

us, quod vidit post Ernestius.

oris causa] i. e. as- onis causa, quo tem- provinciam cum im- obtines. Sic supra

rio] *Summum impe-* ıt. civile; nam exer- non habebat.

virtutes consecratas] statuas Quinto posue- aut fana erexerant cum huius modi inscriptio- nibus: PIETATI Q. CICERONIS, vel CLEMENTIAE Q. C. Cf. Lips. Elect. I. 14.

10. *diiungemus*] Sic edd. Rom. Jens. etc. At Ed. s. l. et anno induxit *disiungemus*, quod Asc. Aldus etc. secuti sunt, etiam, quod miror Gruterus. Antiquum et ve- rum revocavere Victor. et Jac. Gronovius. *Ernesti.*

omnes cupiditates; suos coërcere; iuris aequ: tenere rationem; facilem se in rebus cognoscen(hominibus audiendis, admittendisque praebere, clarum magis est, quam difficile. Non est eni: situm in labore aliquo, sed in quadam inductio mi, atque voluntate. Illa causa publicanorum tam acerbitatem afferat sociis, intelleximus ex ci qui nuper in portoriis Italiae tollendis, non ta portorio, quam de nonnullis iniuriis portitorum rebantur. Quare non ignoro, quid sociis acci(ultimis terris, quum audierim in Italia querel vium. Hic te ita versari, ut et publicanis satisf (praesertim publicis male redemptis) et socios] non sinas, divinae cuiusdam virtutis esse videtur. primum Graecis, id quod acerbissimum est, quo(

---

facilem se] Vulgo *facilem te.* Sed quia praecessit *suos coërcere* non *tuos*, aptius hic quoque est *se.*

portoriis Italiae] portorium erat vectigal, quod in portu pro exportandis mercibus solvebatur. Italiae autem portoria Caesar ut ab Italis gratiam iniret et viam sibi ad tyrannidem muniret, nuper sustulerat. Qua de re hic noster Epist. ad Att. II. ep. 16. (h. ed. ep. 42.) *Hotom.*

portitorum] quorum opera in exigendis vectigalibus publicani utebantur.

publicis male redemptis] Publica dicebantur, quae eadem et vectigalia. Ea censores publicanis constituta auctione vendebant; saepe cupiditate addu mio licitabantur. Ci pra epist. 22. *publicani qui de censoribus con rant, questi sunt in sen cupiditate prolapsos n magno conduxisse, ut ceretur locatio, postul* Suetonius in Julio: *Pi nos remissionem petent tia mercedum parte le ac ne in locatione novor ctigalium immoderatiu rentur, propalam mon Hotom.*

socios perire] pu norum avaritia, qui ter debitum exigebant. *tom.*

videtur] Vulgo a inepte *id est. tuae*

les, non ita acerbum videri debet, propterea ne imperio populi Romaui, suis institutis, per ta fuerunt. Nomen autem publicani aspernari sunt, qui pendere ipsi vectigal sine publicano non int, quod iis aequaliter Sulla descripserat. Non em leniores in exigendis vectigalibus Graecos, ostros publicanos, hinc intelligi potest, quod nuper omnesque ex insulis, quae erant ab Sulliis attributae, confugerunt ad senatum, nobis is vectigal, quam Rhodiis penderent. Quare publicani neque ii debent horrere, qui semper es fuerunt; neque ii aspernari, qui per se penctigal non potuerunt; neque ii recusare, qui verunt. Simul et illud Asia cogitet, nullam a e belli externi, neque discordiarum domestica- lamitatem absuturam fuisse, si hoc imperio non ur. Id autem imperium quum retineri sine libus nullo modo possit, aequo animo parte aliorum fructuum pacem sibi sempiternam reditque otium. Quod si genus ipsum, et nomen ni non iniquo animo sustinebunt: poterunt iis, et prudentia tua, reliqua videri mitiora. Pos-

---

x glossa fluxerit, de-

se ipsi ita fuerunt] beri essent, suis ipsotitutis habuere publi- *Ernesti.*

ublicano] ipsae enim civitates non facile gendum vectigal adr, nisi sit, qui prae- huius muneris cu- rat, et suo periculo exigat. Quod sa- ublicanus. *Manut.*

quod iis aequaliter Sulla] scil. in capita. De ea re vid. Plutarch. in Lucullo, qui XX millia talentorum fuisse tradit. *Ernesti.*

Caunii] civis Cauni, urbis Cariae maritimae.

Rhodiis attributae] quam ob causam Sulla Rhodiis hoc dederit, non constat. *Ernesti.*

qui per se] i. e. sine publicanis.

sunt in pactionibus faciendis non legem spectare soriam, sed potius commoditatem conficiendi ne et liberationem molestiae. Potes etiam tu id fa quod et fecisti egregie, et facis, ut commen quanta sit in publicanis dignitas, quantum nos il dini debeamus, ut remoto imperio, ac vi pote et fascium, publicanos cum Graecis gratia et a ritate coniungas. Sed et ab iis, de quibus o tu meritus es, et qui tibi omnia debent, hoc peta facilitate sua, nos eam necessitudinem, quae est cum publicanis, obtinere, et conservare patia Sed quid ego te haec hortor, quae tu non modo re potes tua sponte sine cuiusquam praeceptis, etiam magna iam ex parte perfecisti? non enim stunt nobis agere quotidie gratias honestissimae, e ximae societates; quod quidem mihi idcirco iucu

---

in pactionibus faciendis] *pactionum* nomine quid significet cognoscere ex Verrina III. possumus, in qua de toto hoc genere multa commemorantur. Pertinent autem haec praecipue ad *decumas*. Nam quum hoc vectigal ex annorum ratione et frugum copia aut inopia modo minus modo amplius esset, pacisci publicanos cum aratoribus oportebat. *Hotom.* Vid. Burmann de vectigalibus P. R. p. 139.

non legem spectare censoriam] quae in pactionibus faciendis consuleret provincialibus potius, quam publicanis. Qua de causa, quum paciiones facere cum provincialibus publica lege censoria, utpo ipsos iniquiore, omnin cusarent, possunt, inq cero provinciales qu modo pactiones facer publicanis, etiam si n plane conditionibus sunt a censoribus in ve lium locatione consti ut scil. negotium aliq conficiant et ea moles berentur, quam ca quum se a publicanis die appellari atque vident. *Manut.*

societates] publican erant enim in plure cietates dispertiti. A Sic orat. pro Planc. c Ep. ad Div. XIII. 9.

uod idem faciunt Graeci. Difficile est autem, ae commodis, utilitate, et prope natura diversa voluntate coniungere. At ea quidem, quae su-ipta sunt, non, ut te instituerem, scripsi, (neque prudentia tua cuiusquam praecepta desiderat) in scribendo commemoratio tuae virtutis dele- quamquam in his literis longior fui, quam aut , aut quam me putavi fore.

ıum est, quod tibi ego praecipere non desinam, 11 te patiar (quantum in me erit) cum exceptione . Omnes enim, qui istinc veniunt, ita de tua , integritate, humanitate commemorant, ut in ımmis laudibus excipiant unam iracundiam. vitium, quum in hac privata, quotidianaque vi-s esse animi, atque infirmi videtur: tum vero st tam deforme, quam ad summum imperium acerbitatem naturae adiungere. Quare illud scipiam, ut, quae de iracundia dici solent a do-is hominibus, ea tibi nunc exponam, quum et longus esse nolim, et ex multorum scriptis ea ɔossis cognoscere; quod est epistolae proprium, ad quem scribitur, de iis rebus, quas ignorat, fiat, praetermittendum esse non puto. Sed ad ınes fere deferunt, nihil, quum absit iracundia, i posse iucundius; sed quum te alicuius impro- perversitasque commoverit, sic te animo inci- t ab omnibus tua desideretur humanitas. Quo- niam in eam rationem vitae nos non tam cupi-

---

a doctissimis homini- Aristotele in Ethicis : Plàtone in Philebo le Rep. *Manut.*

est] Vulgo *illud* ?. Recte autem Er- delevit *illud*, temere rioribus repetitum.

quod est epistolae pro- prium] Sic ep. ad Curio- nem lib. II. ad Fam. ep. 4. init.

ignorat] Ernestius cor- rexit *ignoret*. Sed nihil opus.

ditas quaedam gloriae, quam res ipsa, ac fortu
duxit, ut sempiternus sermo hominum de nobi
rus sit: caveamus, quantum efficere et consequ
sumus, ut ne quod in nobis insigne vitium fuisse
tur. Neque ego nunc hoc contendo, quod fc
quum in omni natura, tum iam in nostra aetate c
le est, mutare animum, et si quid est penitus in
moribus, id subito evellere: sed te illud admone
si hoc plane vitare non potes, quod ante occu
animus ab iracundia, quam providere ratio potu
occuparetur; ut te ante compares, quotidieque
tere, resistendum esse iracundiae; quumque ea
me animum moveat, tum tibi esse diligentissim
guam continendam; quae quidem mihi virtus nc
terdum minor videtur, quam omnino non
Nam illud non solum est gravitatis, sed nonnum
etiam lentitudinis; moderari vero et animo, et o
ni, quum sis iratus, aut etiam tacere, et tene
sua potestate motum animi, et dolorem, etsi nc
perfectae sapientiae, tamen est non mediocris in
Atque in hoc genere multo te esse iam comm
rem, mitioremque nuntiant. Nullae tuae vehe
tiores animi concitationes, nulla maledicta ad
nullae contumeliae perferuntur: quae quum abhc
a literis, ab humanitate, tum vero contraria sun
perio, ac dignitati. Nam si implacabiles iracu
sint, summa est acerbitas; sin autem exora
summa levitas; quae tamen (ut in malis) acerbita
teponenda est. Sed quoniam primus annus habı
hac reprehensione plurimum sermonis, credo pr

---

ut, si hoc] Notandum particulam *ut* esse repetitam. Sic Acad. lib. IV. c. 45. *ut quoniam Aristippus* etc. id Fin. III. 13. *ne illud* ¿ *consentaneum est, ut*, *Manut.*

ıod tibi hominum iniuriae, quod avaritiae, quod
ıtia praeter opinionem accidebat, et intolera-
idebatur; fecundus autem multo lenior, quod
fuetudo, et ratio, et (ut ego arbitror) meae quo-
terae te patientiorem, lenioremque fecerunt:
annus ita effe debet emendatus, ut ne mini-
quidem rem quisquam poffit ullam reprehen-

; iam hoc loco non hortatione, neque praece- 12
ed precibus tecum fraternis ago; totum ut ani-
curam, cogitationemque tuam ponas in omni-
ıde undique colligenda. Quod fi in mediocri
ermonis, ac praedicationis noftrae res effent:
bs te eximium, nihil praeter aliorum confuetu-
poftularetur. Nunc vero propter earum re-
in quibus verfati fumus, fplendorem, et ma-
inem, nifi fummam laudem ex illa provincia
mur, vix videmur fummam vituperationem pof-
re. Ea noftra ratio eft, ut omnes boni quum
t, tum etiam a nobis omnem diligentiam, virtu-
e et poftulent, et exfpectent: omnes autem
bi (quod cum iis bellum fuscepimus fempiter-
vel minima re ad reprehendendum contenti ef-
eantur. Quare quoniam theatrum tuis virtuti-
ſt datum, celebritate refertiffimum, magnitudi-
ıpliffimum, iudicio eruditiffimum, natura au-
ta refonans, ut usque Romam fignificationes,

---

iebat] Erneftio vide- ffe debere, *acciderat* : *fecerant*.

theatrum tuis virtuti- In edd. vett. erat: *m eiusmodi theatrum ius Afiae*, omiffo *vir- eft datum*, quod pri- ictorius addidit fecu- tusque) eft Gruterus. In Beffarionis libro aberat *Afiae*, quod fine dubio ex gloffa acceffit. Nos quoque voculam *eiusmodi* delevimus, quae hic prorfus otiofa eft, et nexum orationis turbat.

fignificationes vocesque] has ep. ad Att. I. ἐπισημα-

vocesque referantur: contende, quaeso, atqu ra, non modo ut his rebus dignus fuisse, se ut illa omnia tuis artibus superasse videare.] niam mihi casus urbanam in magistratibus adn tionem rei publicae, tibi provincialem dedit: pars nemini cedit, fac, ut tua ceteros vincat. et illud cogita, nos non de reliqua, et sperat iam laborare, sed de parta dimicare. Quae non tam expetenda nobis fuit, quam tuenda e si mihi quidquam esset abs te separatum, ni plius desiderarem hoc statu, qui mihi iam pari Nunc vero res sic sese habet, ut, nisi omnia tu atque dicta nostris rebus istinc respondeant, meis tantis laboribus, tantisque periculis, quo omnium particeps fuisti, nihil consecutum Quod si, ut amplissimum nomen consequeremur praeter ceteros adiuvisti: certe idem, ut id r

---

σίας vocat; et alludit ad consuetudinem ludorum theatralium, quibus applaudi solebat. Atque sic usus est verbo *significatio* in orat. pro Sext. c. 49. Nec dissimiliter ad Curionem (lib. II. ep. 5. ad fam.) scribens ita loquitur: *quod excelso et illustri loco sita sit laus tua, in plurimorum et sociorum et civium conspectu, quae ad nos, nec obscuro nec vario sermone sed et clarissima et una omnium voce perfertur.* — *Hotom.*

his rebus] hoc tali theatro.

illa omnia] celebritatem Asiae, magnitudinem, eruditionem.

si mea pars] Sic I Malasp. Ursin. Manut Vulg. *etsi.*

de reliqua] qua paranda est et spe nobis. — *De parta re*, de ea quam iam mus retinenda. Non hoc, inquit, ut glori bis paremus, nam gloriae nobis est; sed conservemus, nec ami re male gerenda. I *consequi* et *retinere* no *Ernesti.*

expetenda nobis fui aptius auctoritate lil suorum Malaspina col voculam *nobis*, olim *enda* positam.

s, praeter ceteros elaborabis. Non est tibi his so- stendum existimationibus, ac iudiciis, qui nunc hominum; sed iis etiam, qui futuri sunt: quam- n illorum erit verius iudicium, obtrectatione, et rolentia liberatum. Denique illud etiam debes are, non te tibi soli gloriam quaerere; quod si tamen non negligeres, praesertim quum am- iis monumentis consecrare voluisses memoriam is tui; sed ea tibi est communicanda mecum, ıda liberis nostris. In quo cavendum est, ne, igentior fueris, non solum tibi parum consuluis- l etiam tuis invidisse videaris. Atque haec non ıntur, ut te oratio mea dormientem excitasse, ıtius ut currentem incitasse videatur. Facies erpetuo, quae fecisti, ut omnes aequitatem temperantiam, severitatem, integritatemque t. Sed me quaedam tenet, propter singularem m, infinita in te aviditas gloriae: quamquam il- istimo, quum iam tibi Asia, sicut unicuique mus, nota esse debeat, quum ad tuam summam ıtiam tantus usus accesserit, nihil esse, quod dem attineat, quod non tu optime perspicias, non, sine cuiusquam hortatione, in mentem quotidie. Sed ego, qui, quum tua lego, te , et qui, quum ad te scribo, tecum loqui

---

lissimis monumentis] us intelligit scriptos . Verius est de monu- ntelligere, quibus me Quinti ab Asianis con- erat, (de quibus su- i.)

o cavendum est] Vul- *qua*, quod referunt ad gloriam. Sed Cicero sine dubio scripsit more suo: *in quo cavendum est*, nam illud durius est. *Ernesti.*

non solum] Haec verba in codd. Malaspinae, in duobus Palatinis aberant, et exclusit Victorius. Sane poterant abesse, ut aliis locis in huius modi orationis forma a Cicerone omittuntur.

videor: idcirco et tua longissima quaque epistola : xime delector, et ipse in scribendo saepe sum longi Illud te ad extremum et oro, et hortor, ut, t quam poëtae boni, et actores industrii solent, sic in extrema parte et conclusione muneris ac ne tii tui diligentissimus sis, ut hic tertius annus im rii tui, tamquam tertius actus, perfectissimus, at ornatissimus fuisse videatur. Id facillime facies, si : (cui semper uni magis, quam universis, placere luisti) tecum semper esse putabis, et omnibus iis bus, quas dices ac facies, interesse. Reliquum ut te orem, ut valitudini tuae, si me et tuos om valere vis, diligentissime servias.

EPISTOLA XXX. (Att. II. 4.)

Scr. in Tusculano A. U. C. 694.

Attico tum Romae deversanti pro Serapionis libro gr agit 1. *ut cum Titinio transigat petit.* 2. *Clodiun Tigranem ire se facile pati.* 3. *de geographico o nihil certi polliceri se scribit.* 4. *de re publica fiat, ut sibi nuntiet petit.* 5. *Terentiae saltum se pe xisse narrat.* 6. *Atticum in Formianum aut Pompeia invitat.* 7. *murum domus suae se reficiendum cu scribit.* 8.

CICERO ATTICO, S.

Fecisti mihi pergratum, quod Serapionis lib ad me misisti: ex quo quidem ego (quod inter no ceat dicere) millesimam partem vix intelligo. Pr

---

Epist. XXX. 1. *Serapionis librum*] De geographia, de qua Cicero scribere cogitabat. vid. ep. 6 et 7. *Manut.* *liceat dicere*] In cod. Helmst. teste Graevio, dicere, quod et alibi in forma omittit Cicero, que bene convenit Ci ni in his epistolis. *Er*

ıraesentem pecuniam solvi imperavi, ne tu ex-
m muneribus ferres.

.t quoniam nummorum mentio facta est, amabo 2
:a, ut cum Titinio, quoquo modo poteris, trans-
Si in eo, quod ostenderat, non stat, mihi ma-
ılacet, ea, quae male empta sunt, reddi, si vo-
ɜ Pomponiae fieri poterit; si ne id quidem, num-
tius reddantur, quam ullus sit scrupulus. Val-
; velim ante, quam proficiscare, amanter, ut
diligenterque conficias.

odius ergo, ut ais, ad Tigranem? velim, Sce- 3
nditione: sed facile patior. Accommodatius
ıobis erit ad liberam legationem tempus illud

---

eo, quod ostenderat] ...tio rei a se emendae.

empta] Nimio em-...

i] Venditori Titi-... *Manut.*

tate Pomponiae] Non ...olus Cicero, sed cum ...re, aut cum Pom-... fratris uxore, eas Titinio emerat. *Ma-*...

ni potius reddantur] ..., *addantur:* ut hoc si ea, quae male em-...ıt, Pomponia reddi ...lt: adde nummorum ad id, quod iam nu-...m est; solve Titinio ...um vel quantam pe-...orsus explica rem, ne ...us ullus, aut negotii ...am supersit. *Manut.* Idem probant Malaspina, J. Fr. Gronovius, Ernesti.

3. *ad Tigranem*] Legatus ad Tigranem, Armeniae regem.

Scepsii conditione] Edd. pr. *Syrpiae conditione*, Bosius dedit *Syspirae conditione*. Nimirum *Syspira* est tractus Armeniae celebris aurifodinis. Bosio igitur iudice Cicero optaret eam legationem sibi mandari, ea conditione, ut una sibi mandaretur curatio auri e Syspira effodiendi et Romam advehendi. Alii aliter. Optime tamen Gronovius coniecit: *Scepsii conditione*, h. e. ut Clodius in ea legatione periret, sicut Metrodorus Scepsius a Mithridate ad Tigranem missus, de quo Plutarchus in Lucullo.

quum et Quintus noster iam, ut speramus, ii confederit, et, iste sacerdos Bonae deae cuiu di futurus sit, sciemus. Interea quidem cum nos delectabimus animo aequo, immo vero gaudenti, ac libenti. Neque mihi umquam ver mentem Crasso invidere, neque poenitere, quoc ipse non desciverim.

4 De geographia, dabo operam, ut tibi satisfa sed nihil certi polliceor. Magnum opus est; ,i men, ut iubes, curabo, ut huius peregrination quod tibi opus exstet.

5 Tu quidquid indagaris de re publica, et m quos consules futuros putes, facito, ut sciam: t

---

Quintus noster] Qui Asiam regebat.

in otio consederit] Tam expeditus, ut speramus, administratione provinciae, imperio tertii anni terminato. *Manut.* Wielandus id de secundi anni fine accepit, ideoque existimat hanc epistolam ante superiorem ad Q. Fr. scriptam esse. Sed Manutio assentior.

Sacerdos Bonae deae] P. Clodius: qui muliebri vestitu ad sacra Bonae deae accesserat. *Manut.*

cuius modi futurus sit] Nihil enim acturus contra me videtur, qui de legatione ad Tigranem cogitet. Itaque nihil impedit, quo minus liberam mihi legationem liceat sumere. *Manut.*

sciemus] Edd. pr. *sciri possit* praeter Rom. quae habet c. *futurus sit*, . MSS. quidam *scius sit* u ctum *eius sit*. In MS. erat: *et iste sacerdos* ı *te cuius modi futurus s* Ex quo Tunstallus p. cit. et *i. s. bene*, *de te modi futurus*, *eiect* Edidi lectionem Ro *accommodatius enim erit* (vulgo *est*) — *quum* — *de te futurus sit sc. sciemus* e coniectur stra, omisso *de te. sti.*

quod a me ipso no verim] quod de vete defendendae reip. cu tiae causa non defl *Manut.*

4. *ut huius peregr nis*] ut rusticationi tibi fructus aliquis exs opere a me per oti borato.

s sum curiosus. Statui enim nihil iam de re pu- cogitare.

erentiae saltum perspeximus. Quid quaeris? 6
r quercum Dodonaeam nihil desideramus, quo Epirum ipsam possidere videamur.

os circiter Kalendas aut in Formiano erimus; 7
Pompeiano. Tu, si in Formiano non erimus, amas, in Pompeianum venito. Id et nobis erit undum, et tibi non sane devium.

e muro, imperavi Philotimo, ne impediret, 8
inus id fieret, quod tibi videretur. Censeo ta- adhibeas Vettium. His temporibus, tam du- a optimi cujusque, magni aestimo unius aesta- ctum palaestrae Palatinae, sed ita tamen, ut ni- ius velim, quam Pomponiam et puerum versa- more ruinae.

---

rciter Kalendas] opi- rtias, ut haec episto- ta sit mense Februa- l sequentibus episto- ne convenit.

muro] Murus qui iis palaestram in do- atina a Q. fratris ar- rabat, ruinam mina- batur. Itaque Cice- Philotimo imperas- ficeretur, etsi videat aestrae suae fructum ximam aestatem hac tione interceptum iri. ic explicant, ac si de o palaestricae exerci- spectatae essent; sed o argumento nititur.

Philotimo] Terentiae li- berto et Ciceronis procura- tori.

Vettium] Chrysippum Vettium architectum, Cyri architecti libertum: de quo fam. l. 7. ep. 14. *Manut.*

fructum palaestrae Palati- nae] Hic fructus erat in exercitiis corporis, in ambu- lando, non ut vulgo opi- nantur, in spectaculo nescio quo exercitationum palae- stricarum in Monte Palati- no.

Puerum] Quintum Cice- ronem, Quinti filium ex Pomponia.

EPISTOLA XXXI. (Att. II. 5

Scr. in villa prope Antium A. U. C. 694.

Quid de legatione sibi oblata sentiat, 1. et quibu bus ab Attico certior fieri velit, exponit. 2.

CICERO ATTICO, S.

Cupio equidem, et iam pridem cupio Ale: am, reliquamque Aegyptum visere, et simul hominum satietate nostri discedere, et cum desiderio reverti: sed hoc tempore, et his : tibus,

Αἰδέομαι Τρῶας, καὶ Τρωάδας ἑλκεσιπέπλοι

Quid enim nostri optimates, si qui reliqui sunt, l tur? an me aliquo praemio de sententia essé ctum?

Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει,

Cato ille noster, qui mihi unus est pro centun bus. Quid vero historiae de nobis ad annos D dicarint? quas quidem ego multo magis vereor eorum hominum, qui hodie vivunt, rumusculos

---

Aegyptum] Fore videbat, ut Caesar consul legatum mitteret ad faciendam cum Ptolemaeo Aegypti rege societatem; eam legationem et sibi deferri cupiebat et tamen verebatur, ne alieno reip. tempore discedentem infamia sequeretur. *Manut.*

his mittentibus] Caesare, et Pompeio legationem deferentibus: quibus Ciceronis discessus voluptati futurus esset, quod, absente reip. patrono, ipsi se omnia sperarent ex libidin nistraturos. *Manut.*

Αἰδέομαι] Sunt h verba Iliad Z. 442. q cero iam sua facit, se vereri, ne popul manus sibi vitio verta hoc tempore Rome dat.

Πουλυδάμας] Iliad 10. Convicium Cat mebat ut Polydamai ctor, si certamen cun le recusaret.

ır, excipiamus, et exſpectemus. Si enim defe-
, erit quaedam noſtra poteſtas, et tum delibera-
;. Etiam eſt in non accipiendo nonnulla gloria.
ſi quid Θεοφανῆς tecum forte contulerit, ne
o repudiaris.
e iſtis rebus exſpecto tuas literas; quid Arrius 2
; quo animo ſe deſtitutum ferat; ecqui conſules
ır; utrum, ut populi ſermo, Pompeius et Craſ-
n, ut mihi ſcribitur, cum Gabinio Servius Sul-

---

piamus] Si verbum ge-
ı eſt, nihil aliud ſigni-
h. l. poteſt, quam ut
ina explicavit: exce-
excuſationeque uta-
ac tempus eximamus
plane affirmantes, ne-
gantes. Fortaſſe tamen
ſcripſit: *diſpiciamus;*
mino deleto illo ver-
endum eſt: *ſed, opi-*
xſpectemus.

ulerit] Quod Pom-
nſilia probe noſſet,
imam familiaritatem.
et 17. *Velim*, inquit,
ophane expiſcere, quo-
me animo ſit Arabar-
num eo loco Pompe-
ſignet. et L. V. ep. 11.
ius mihi videbatur in
iam iturus: id ego
probabam: qui qui-
heophani facile perſua-
il eſſe melius, quam
m illum diſcedere. Er-
aecus incumbet, valet
auctoritas eius apud
plurimum. Hic eſt
phanes ille Mitylenae-
quo his verbis in ora-
tione pro Archia: *Quid no-*
ſter hic Magnus, qui cum
virtute fortunam adaequa-
vit? nonne Theophanem Mi-
tylenaeum, ſcriptorem rerum
ſuarum, in concione militum
civitate donavit? et Plutar-
chus ſaepe. *Manut.*

Arrius] Q. Arrius, qui
hoc anno in honorem patris
populo magnificum epulum
praebuerat.

narret] Tunſtallus p. 47.
corrigit: *quid Arrius, narrent*
(ſc. literae) *quo animo.* Nem-
pe ſperaverat ſe Craſſi pa-
trocinio conſulem futurum.
Sed non placet *quid — quo*
animo: et *narret* ep. 32. ite-
rum ſic dicitur, ut h. l. ac-
cipi debet. *Erneſti.*

ſe deſtitutum] a Caeſare:
cuius opera conſulem ſe
deſignatum iri ſperaverat,
propterea quod ei conſula-
tum petenti ſuffragatus erat,
ut eſt ep. 33.

Gabinio] A. Gabinio qui
annno ſequente, conſul fuit
cum L. Piſone *Corr.*

Servius Sulpicius] Qui

picias; et nam quae novae leges; et num c
vi omnino; et, quoniam Nepos proficiscitur,
auguratus deferatur; quo quidem uno ego ab
pi possum. Vide levitatem meam. Sed quid eg
quae cupio deponere, et toto animo, atque om
φιλοσοφεῖν? sic, inquam, in animo; etsi vellem
tio. Nunc vero, quoniam, quae putavi esse p
ra, expertus sum, quam essent inania, cum o
Musis rationem habere cogito. Tu tamen de

---

septimo post anno cum M. Marcello cos. fuit lib. V. ep. 21. *Corr.*

quoniam Nepos proficiscitur] Q. Metellus Nepos in eo erat, ut proficisceretur in provinciam, ex praetura: quam vero provinciam, ignoratur. Nam de Hispania, non est, ut intelligi possit: quam rexit Metellus post consulatum; ut ex Plutarcho in Caesare, et Dione lib. XXXIX. si diligenter inspiciatur, facile est cognoscere. At haec epistola Caesare, et Bibulo coss. scripta est, biennio ante Metelli consulatum, anno post eius praeturam proximo. *Manut.*

cuinam auguratus] in locum Metelli Celeris paulo ante mortui. Nam Metellus Nepos, quum in provinciam iret, petitione excludebatur; nam si iam electus fuisset augur, absentia nihil impedisset, quo minus hoc sacerdotium teneret, id quod recte exemplis compluribus docuit ad h. l. Mongaltius.

vide levitatem mea
pr. *civitatem*, sine d
tiose. Ex eo Mure
ctura factum *levitat*
sius e Ms. reposuit
tem, quod et Grute
tus est, probat. T
l. l. sed quid hic l
velit non potest inte
doceri. Jac. Gronov
iecit *caecitatem*, et i
tum recepit, quia
ep. 45. se dicit τυ
verum in alia re.
ctio Mureti optima
eamque secutus sum
tas est in eo, quod
auguratus cupiditat
eo se capi posse dic
nesti.

quae putavi esse pr
Magistratus et hono

cum omnibus Mus
nem habere] Ben
omne genus literarun
tare. Sed hoc n
aptum rei, quae p
videtur *cum solis M*
simile quid huius s
Ernesti.

de Curtio] quis i

rescribe certius; et, num quis in eius locum
; et quid de P. Clodio fiat; et omnia, quem-
m polliceris, ἐπὶ σχολῆς scribe; et, quo die
e exiturum putes, velim ad me scribas; ut
n te faciam, quibus in locis futurus sim; epi-
e statim des de iis rebus, de quibus ad te
Valde enim exspecto tuas litteras.

ISTOLA XXXII. (Att. II. 6.)

Scr. in Antiati A. U. C. 694.

de opere geographico, quod promiserat, nihil
gnopere confirmare, quia sic complexus sit otium,
'li non queat; cogitare tamen de ἀνεκδότοις scri-
1. Deinde quaerit de Q. fratris negotio et de mu-
tinae domus. 2.

CICERO ATTICO, S.

l tibi superioribus litteris promiseram, fore,
extaret huius peregrinationis; nihil iam ma-
confirmo. Sic enim sum complexus otium,
divelli non queam. Itaque aut libris me de-
orum habeo Antii festivam copiam: aut flu-
ero. Nam ad lacertos captandos tempestates

---

a de re sermo sit,
est. Et lectio va-
i cod. Tornaes. et
rat *Tutio*. Cor-
oinabatur legen-
irrio, sed haud sa-
nomen.
XII. 1. *fluctus nu-*
uod ab iis fieri so-
ipsum nihil agere

Lacertos] Vulgo *lacertas*.
Sed legendum *lacertos*, pi-
sces, ut eos appellant Plinius,
Celsus, Martialis, alii. La-
certorum autem tria genera.
Maximus est colias, de quo
Plinius lib. XXII. cap. ult.
medius graculus, qui vide-
tur esse, quem Romae mer-
culium vocant. Minimus
scomber, vulgo notus, Ro-

non sunt idoneae. A scribendo prorsus abh
mus. Etenim γεωγραφικά, quae constitue
gnum opus est; ita valde Eratosthenes, q
proposueram; a Serapione, et ab Hipparc
henditur. Quid censes, si Tyrannio acce
hercule sunt res difficiles ad explicandum, et
nec tam possunt ἀνθηρογραφεῖσθαι, quam v
et, quod caput est, mihi quaevis satis iusta
sandi est. Quin etiam dubitem, hic, an A

---

mae et in Gallia macarello, a maculis, quibus et forma terrestri lacertae non dissimilis. *Manut.*

Serapione et Hipparcho] Serapio Antiochensis, a Plinio in Indice nominatus, scripsit περὶ τῆς γεωγραφίας. Hipparchus autem Nicaeus errata collegit Eratosthenis, ut ait Strabo lib. II. quo loco eius librum appellat πρὸς Ἐρατοσθένην. *Manut.*

Tyrannio] Homo reprehendendi et exagitandi studiosus, Tyrannio Grammaticus, quum antea Theophrastus diceretur, hoc nomen accepit, quod puer condiscipulos exagitaret. Praeceptor in patria fuit Strabonis geographi, civis sui, ut ille testatur lib. XII. Caucasum describens. Inde Romam captivus ductus a Lucullo post devictum Mithridatem, ibi clarus atque dives evasit, et librorum ultra tres myriades comparavit,

inter quos erant
opera, quae Appe
possederat. Flor
Pompeii, Lucull
num quorum fi
erudivit Lib. II. e
Fr. Plutarch. in S
das. *Popma.*

ὁμοειδεῖς] Na
montibus, et de
et de situ urbiun
huiusmodi saepiu
quo fit, ut, quu
fere res semper
varietate orationi
vix possint. *Manu*

quin etiam dubi
ceret, *Qui etiam*
su. Vide, quam
plexus otium. P
tea peregrinari
et in ea peregrin
quid scribere (τὸ γε
nunc quandoqu
omisso peregrina
lio, Antii conside

hic an Antii]
tellexerunt Malas
sius hanc epistola

, et hoc tempus omne consumam; ubi quidem allem Duumvirum, quam Romae me fuisse. Tu pientior Buthroti domum parasti. Sed, mihi proxima est illi municipio haec Antiatium ci- Esse locum tam prope Romam, ubi multi sint, inium numquam viderint! ubi nemo sit, prae- , qui quemquam ex vigintiviris vivum et sal- lit? ubi me interpellet nemo, diligant omnes? irum πολιτευτέον. Nam istic non solum non

---

villa prope Antium esse. Nam si An- iisset Cicero, pau- ion scripsisset: *qua- ieo Antii festivam* sed potius, *quarum festivam copiam.*

mpus] Quod po- tueram in peregri- *Manut.*

Romae me fuisse] d numerum consu- ianorum, quos fe- imviros appellat, a ine eorum magi- , qui coloniis et is praeerat, et a duumviri diceban- alebat ergo fuisse Antii, quae colonia oli Romani, quam i. e. consul Romae.

ti] Procul a stre- im urbanarum.

na est] Simillima od ad solitudinem, nitatem attinet. Ite- i lib. IV. ep. 8. his . Scito Antium esse Romae, ut Corcyrae Buthro- tum illud tuum. Nihil qui- etius, nihil amoenius. *Ma- nut.*

Vatinium] Tribunum pl. Caesaris, consulis ministrum in seditionibus. *Manut.*

vigintiviris] Quos Cae- sar, perlata lege agraria, ad aestimationem agri Cam- pani creaverat; quum insu- per quinque creasset, qui aestimatum dividerent. ep. 7. l. II. et 2. l. IX. et Dio l. XXXVIII. *Manut.*

vivum et salvum velit] Hoc praetuli cum Graevio e correctione Corradi, quae maxime consentit lectioni edd. Iensoni, Aldi etc. *unum esse salvum velit.* Saepe in libris *unus* et *vivus* permu- tantur. Vitium etiam or- tum videtur ex eo, quod *praeter me* ad praecedentia referebant. Ceterae corre- ctiones nihili sunt. Ed. Rom. *unum esse Sergium velit.* — *Ernesti.*

πολιτευτέον] R. ip. opera

licet, sed etiam taedet. Itaque ἀνέκδοτα, quae til legamus, Theopompino genere, aut etiam asp multo, pangentur. Neque aliud iam quicquam τεύομαι, nisi odisse improbos, et id ipsum nullo stomacho, sed potius cum aliqua scribendi volup

2 Sed ut ad rem, scripsi ad quaestores urban Quinti fratris negotio. Vide, quid narrent, spes sit denarii, an cistophoro Pompeiano iace Praeterea de muro, statue, quid faciendum sit.

---

navanda, in literis, videlicet, et libris, doctissimorum hominum exemplo. *Manut.*

Ἀνέκδοτα] Iam alii viderunt hoc nomine appellari librum, quem Dio Cassius lib. XXXIX. βιβλίον ἀπόῤῥητον vocat, quem obsignatum filio (τῷ παιδὶ quod alii de Tirone intelligunt) tradiderit, quem nunc quidem scribere cogitabat, post exilium scripsit, ut ex lib. XIV. ep. 17. ad Att. intelligitur. An umquam in manus hominum venerit, iure dubitatur. In hoc libro asperrime erat in vitia potentiorum hominum sui temporis invectus.

Theopompino genere] Asperrimo dicendi genere et mordaci, cuiusmodi usus est Theopompus in suis historiis, et in Philippicis libris LVIII. plenis contumeliarum in Philippum regem et eius duces. Alterum testatur Dionysius Halicarnasseus in prooemio lib. I. Alterum Plutarchus et Athenaeus, qui verba eius tat, quibus acerbissim lippus notatur. *Popm*

Πολιτεύομαι] Opera nunc quidem, Antii sum, reip. navo, hae odisse improbos. *Ma*

2. *de Quinti fratris ne* Quod Q. Ciceroni, regenti, a populo Ro sumptum debebatur, i ille denario, i. e. Ro pecunia, non cistopl qui nummus erat Asia curari volebat. Vide i inquit Cicero, ecquae sit denarii, an cistop contenti esse cogamur. peianum appellat, qu Asia magnam pecu Pompeius in cistophor bebat, quaesitam quo pore in iis regionibus tra Mithridatem bellum sit: e qua pecunia qu res numerare Quincto bant, tantundem ipsi p Pompeio Romae de numeraturi ep. 16. *Ma*

de muro] Palatinae mus. Vid. supra ep. 3

quid? etiam. Quando te proficisci istinc putes, fac, ut sciam.

EPISTOLA XXXIII. (ad Att. II. 7.)

Scr. in Antiati A. U. C. 694.

De opere geographico et duabus orationibus, quas Atticus postulaverat. 1. de Clodii rationibus; suisque consiliis, ad otium non ad rem publ. gerendam spectantibus. 2. de domesticis quibusdam. 3.

CICERO ATTICO, S.

De geographia etiam atque etiam deliberabimus. Orationes autem me duas postulas: quarum alteram non libebat mihi scribere, quia abscideram; alteram, ne laudarem eum, quem non amabam. Sed id quo-

---

Epist. XXXIII. 1. *quia abscideram*] Sic vel *absciram* libri comes. praeter ed. Rom. quae habet *abfueram*. Sensus est autem quia, quum scribere orationem coepissem, repente eius scriptionem praecidi et ipsam abieci; nolens ad finem perducere — Sic *abscissio* figura est, qua, quum aliquid dicere coepimus, praecidimus, ut est ad Herenn. IV. 54. Scilicet oratores scribebant orationes suas non ante, quam dicerent, sed postquam dixerant, nec id faciebant in omnibus. Itaque Cicero et ipse voluerat eam orationem, de qua dicit, re recenti, scribere; quia et audientibus, et ipsi placuerat, sed antequam ad finem venerat, mutato consilio abruperat scriptionem. Nunc serum erat, et difficile eam scribere. Nisi vero illa abscissio in ipsa orationis dictione facta est propter repentinam aut idoneam aliquam causam; nec voluit deinde orationem absolute scribere, quam in dicendo non absolvisset. *Ernesti.* Prior ista ratio vera; altera non placet. Ceterum Ursinus coniiciebat legendum: *quarum alteram non licebat mihi scribere, quia abscideram, alteram non libebat ne* etc.

Quem non amabam] For-

que videbimus. Denique aliquid extabit; ne tibi cessasse videamur.

2 De Publio quae ad me scribis, sane mihi iu sunt: eaque etiam velim, omnibus vestigiis ind ad me afferas, quum venies; et interea scribas, i intelliges, aut suspicabere: et maxime de leg quid sit acturus. Equidem ante, quam tuas le ras, hominem ire cupiebam; non mehercule, i ferrem cum eo vadimonium; (nam mira sum al te ad litigandum) sed videbatur mihi, si quid e eo populare, quod plebeius factus esset, id amis Quid enim ad plebem transisti? ut Tigranem ir lutatum? narra mihi, reges Armenii patricios re non solent? Quid quaeris? acueram me ad tandam hanc eius legationem. Quam si ille cont et si, ut scribis, bilem id commovet latoribu auspicibus legis curiatae, spectaculum egre

---

tasse Pompeium: quem amare desierat, quod Clodium ad plebem transduxisset. ep. 29. l. II.

2. *legatione*] ad Tigranem ep. 2.

hominem ire cupiebam] Vulgo *in hominem ire cupiebam*. At si sic Cicero scripsisset, sensus esset, impetum in eum facere volebam; sed id non convenit sequentibus. Itaque *in* delendum putavere viri docti, ut Manutius, delevere Lambinus, Brutus etc. Atque hoc ipse verum puto. Tunstallus p. 43. corrigit *meo nomine ire cupiebam* i. e. de causa mea, ut possem cum eo altercari, exagitare, eius legationem sc. ut po Sed haec intelligi p etiam servata lectio Ernesti. Graevii conie *istim hominem ire cupi* pro *istinc* nihil opus

amissurus] Quum l longe gentium abiret plebeius videretur es ctus, non ut inani le num munere tempus meret, sed ut Roma bis negotium gereret.

salutare] Lambinus tiose coniicit legendu *salutare*.

latoribus] Vulgo *et ribus*. Copulam recte vit. *Ernesti*.

latoribus, et auspi Illis ipsis, qui eum a

verum ut loquamur, subcontumeliose tracta-
r Publius: primum, qui quum in domo Cae-
ndam unus vir fuerit, nunc ne in viginti qui-
potuerit; deinde, alia legatio dicta erat, alia
illa opima ad exigendas pecunias, Druso,
r, Pisaurensi, an epuloni Vatinio reservatur;
na tabellarii legatio datur ei, cuius tribuna-

---

duxerunt, Caesari et Pompeio: quo- consul legem tu- Clodio ad plebem ndo; alter augur io fuerat et serva- coelo antequam tur. ep. 9. Dio VIII.

uriatae] Qua Clo- lebem transductus are latore, auspi- eio. Vid. orat. pro *anut*. Nempe nemo poterat in alius ius et familiam, nisi ente populo coram ius in curiatis co- aque proprie dice- ogatio. Vid. Gell. 19. *Graev.*

ir] Quum in domo pontificis maximi ulieres deprehensus 7.

inti] Creatis ad di- agri Campani ep. I. elleius l. II. Suet. to. Dio Cassius lib. II.

xigendas pecunias] ptum opinor ad pe- cunias a rege exigendas. *Ernesti.*

an epuloni Vatinio] Sic correxere Lambinus, Bosius lectionem ed. pr. *neptiloni V.* e MSS. et sic vocatur Vati- nius or. in Vat. 12. Ed. Rom. habet *nebuloni*, quod non displicet. Videtur et dare voluisse *aut*. Nam ha- bet *Pisauriensia*. Tunstallus l. c. corrigit *an Puteolano V.* ex orat. in Vat. 5. Drusus quare Pisaurensis dicatur, nemo dicat. *Ernesti.* Hic tamen erravit, quum in orat. adv. Vat. 12. Vatinium *epu- lonem* appellari dixit. Ibi tantum sermo est de Arrii epulo, in quo ille praeter morem cum toga pulla ac- cubuerat; deinde de Fausti epulo magnificentissimo, cui Vatinius interfuerat, ubi eius voracitas notari videtur. Et ad hoc Fausti epulum, ac simul ad Arrii illud hoc nomine *epulonis* Cicero allu- dere videtur.

ieiuna tabellarii legatio] Revocavi lectionem, iam a Corrado aliisque probatam;

tus ad istorum tempora reservatur. Incende hom
amabo te, quod potest. Una spes est salutis, ist
inter ipsos dissensio; cuius ego quaedam initia se
Curione. Iam vero Arrius consulatum sibi ere
fremit. Megabocchus, et haec sanguinaria iuv

---

scil. legatio quam tabellarius etiam obire poterat, quum Tigranes tantum esset salutandus, ut paulo ante. Manutius deinde, quum videret in libro Bessarionis ita scriptum: *ieiuna tabella relegatio*, correxit *ieiuna ac bella relegatio*. Sed si Cicero hoc voluisset, scripsisset *haec ieiuna, ac relegatio potius*. In Manutii lectione *bella* friget, et verba male copulantur.

ad istorum tempora reservatur] Qui enim Clodium nunc ad Tigranem mittunt, ideo mittere videntur, ut comitiis tribuniciis Romae ne sit, itaque petitione tribunatus excludatur. Id autem, ut tribunatum illi non tam eripiant, quam ad ipsorum tempora reservent; quasi arbitratu suo possent magistratus dare, quum vellent. *M.*

incende hominem] Incende Clodium contra Caesarem, et Pompeium, qui eum tam contumeliose tractent. *M.*

quod potest] Sic edidit Ernesti ut habent etiam edd. Rom. Iens. Vulgo *quoad potest*, in quo *quoad* Aldus induxit.

inter ipsos] Bene sic Ernestius: Vulgo *inter istos* inepte.

ex Curione] Cogno epistola sequenti.

consulatum sibi ere, Speraverat enim, in tione consulatus usur esse Caesaris opibus, ipse Caesari petenti proximo superiore stu dium, suamque operam stiterat. Sed Caesar ad latum pervenit, de offic laborans, Arrium negle

Megabocchus] Sic ed. et MSS. plures, intelligu de Pompeio, quod is I Mauritaniae regi pro eius imperaverit. Sed hic sic appelletur? In Iens. et seqq. est Megab quod simili esse videtu *crati*, ut supra appe Pompeius; μεγάβροτος princeps hominum. *bocchus* revocatum est ctorio. Manutio etc. I. F novius malit *Megabacc* Plutarchi Crasso, nobi venis qui cum Crasso buit, videturque e sus Catilinae sociis fuisse. quare is hic commemo Oportet aliquem pote hominem esse illius tem et videtur utique Pom indicari. *Ernesti.*

sanguinaria] Caedi

inimicissima est. Accedat vero, accedat etiam ista rixa auguratus. Spero me praeclaras de istis rebus epistolas ad te saepe missurum. Sed, illud quid sit, scire cupio, quod iacis obscure, iam etiam ex ipsis quinque viris loqui quosdam. Quidnam id est? si est enim aliquid, plus est boni, quam putaram. Atque haec, sic velim existimes, non me abs te κατὰ τὸ πρακτικὸν quaerere; quod gestiat animus aliquid agere in re publica. Iam pridem gubernare me taedebat, etiam quum licebat. Nunc vero quum cogar exire de navi, non abiectis, sed ereptis gubernaculis; cupio istorum naufragia ex terra intueri; cupio, ut ait tuus amicus Sophocles, κἂν ὑπὸ στέγῃ

πυκνῆς ἀκούειν ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί.

---

pida; vel facilis ad caedem committendam, ex Catilinae, sanguinarii hominis, disciplina. ep. 12. *Concursabant*, inquit, *barbatuli iuvenes*, *totus ille grex Catilinae*, *duce filiola Curionis.* et ep. 14. *Nostri isti comissatores coniurationis*, *barbatuli iuvenes. Manut.*

auguratus] Nam ex ambitione multorum, qui in locum Metelli petent, dissensiones inter illos exsistent. ep. 5.

loqui quosdam] Contra Caesarem et Pompeium.

non abiectis] Non sponte, sed coactus omittere curam reip. *Manut.*

Sed ereptis] Edd. pr. inde a Iens. habent *ereptis*, quod male a Victorio mutatum est in *receptis*, quod MSS. quidam habent, et ed. Rom. Nam id quid est? Gronovius dicit esse, sed retractis in navem et suo commodo depositis: sed Cicero exibat de nave. Victorius dicit: receperat ad se gubernacula, ut iis uti post posset. Sed habebat iam et tenebat ante, quam exiret. Vult dicere, se non sponte, sed coactum iniuriis dimisisse gubernacula. Sic et Manutius intelligebat. Itaque vetus restitui. Fortassis et melius sit scribere *quum cogor.* — *Ernesti.*

κἂν — φρενί] *et utique sub tecto confertim labentem audire pluviam*, *sopito et quieto animo.* Fragmentum Sophoclis, quod est etiam ap. Stobaeum c. 57. *Ernesti.*

3 De muro, quid opus sit, videbis. Castric mendum nos corrigemus: tamen ad me Q ccıↃↃ ıↃↃ scripserat, nunc ad sororem tuam H-S Terentia tibi salutem dicit. Cicero tibi mand Aristodemo idem de se respondeas, quod de suo, sororis tuae filio, respondisti. De An quod me admones, non negligemus. Cura, ut

EPISTOLA XXXIV. (Att. II. 8.

Scr. in villa prope Antium A. U. C. 694. mense A

Amissam Attici epistolam queritur, eamque ut sibi stituat petit, simul quid Curio narraverit refert. 1. *ra per villas, et quibus diebus ubi futurus sit, ind*

CICERO ATTICO, S.

Epistolam quum a te avide exspectarem ad rum, ut soleo; ecce tibi nuntius, pueros venisse Voco, quaero, ecquid literarum? negant. Qui inquam, nihilne a Pomponio? perterriti vo vultu confessi sunt se accepisse, sed excidisse Quid quaeris? permoleste tuli. Nulla enim abs hos dies epistola inanis aliqua re utili et suavi ve Nunc, si quid in ea epistola, quam ante diem x

---

3. *de muro*] de quo ep. 30. et 32.

Castricianum mendum] Hic Castricius fuit eques Romanus et negotiator Orat. pro Flacco c. 23. In eius rationibus aliquid mendosum fuit.

ccıↃↃıↃↃ] h. e. quindecim millia. Sic melius in antiquis exemplaribu ni, Poggii aliis. praepostere cıↃccıↃ

scripserat] Ex As vincia.

Cicero] Filius mei

Fratre] Patruele, ti Ciceronis filio.

de Amalthea] Gy Ciceronis, de quo e

dedisti, fuit historia dignum, scribe quampri- ne ignoremus: sin nihil praeter iocationem, id ipsum. Et scito Curionem adolescentem ve- ad me salutatum. Valde eius sermo de Publio uis literis congruebat. Ipse vero mirandum in n ***reges odisse superbos.*** Peraeque narrabat incen- se iuventutem, neque ferre haec posse. Bene nos, si in his spes est, opinor, aliud agamus. e do historiae. Quamquam, licet me Saufeium esse, nihil me est inertius.

ed cognosce itinera nostra; ut statuas, ubi nos 2

. XXXIV. 1. *Histo- num*] Non leve quid- uti iocosum, sed se- et grave: qualia sunt, i historias referuntur. Est *cognitu dignum*, eci ἱστορίαν dicunt.

ublio] Aiebat, Cae- Pompeio bilem com- , quod a P. Clodio ni legationem ad Ti- i viderent. ep. 33, 2.

ndum in modum] de . 45. *Unus loquitur*, *m adversatur adole- urio. Manut.*

s odisse superbos] est hemistichium. Ple- gitur lib. VI. ep. 3. Significat autem Cae- Pompeium et Crass-

habet] Recepi le- a quam Corradus assentiente Ernestio. ***bene habemus***, in quo si cum *ne* copuletur, nihil est difficultatis. Sed illud *nos* melius cum *agamus* con- iungitur.

opinor, aliud agamus] Ego ex istorum societate ne quid mihi crearetur periculi, timebam. Nunc, quum et initia videam dissensionis ipsorum inter ipsos; et iu- ventutem audiam haec fer- re non posse: opinor, licet mihi animum a timore libe- ratum ad alias res transdu- cere. Quod idem in epistola superiore dixit, *Una spes est salutis, istorum inter istos dissensio. Manut.*

historiae] scil. scribendae, Theopompino genere: ep. 6. *Manut.*

Saufeium] tardum et ne- gligentem; qualis Saufeius, qui laborem non fert, vel natura, vel, quia Epicu- reus, instituto et consuetu- dine. Vid. ep. 8. *Manut.*

vifurus fis. In Formianum volumus venire Par inde, (quoniam putas praetermittendum nobi hoc tempore Cratera illum delicatum) kal. M Formiano proficifcemur, ut Antii fimus a. d. v Mai. ludi enim Antii futuri funt a IV ad prid Mai. eos Tullia fpectare vult. Inde cogito in T num, deinde Arpinum, Romam ad kal. Iun. in Formiano, aut Antii, aut in Tufculano, cu videamus. Epiftolam fuperiorem reftitue nob appinge aliquid novi.

EPISTOLA XXXV. (Att. II. 9.)

Scr. in Antiati A. U. C. 694. menfe Aprili.

Scribit fe in coelo futurum, fi Clodius quae Ciceroni cum Pompeio pepigerit non fervet. 1. ceterum vereri, ne Clodius fibi nociturus fit. 2. invidia ad illos, qui iniuftam fibi potentiam arrogent, t ram. 3. denique itinera fua notat. 4.

CICERO ATTICO, S.

S. V. B. E. Quum mihi dixiffet Caecilius

Parilibus] XI. vel ut alii volunt XII. Kal. Maii. *Corrad.*

Cratera] Errabat Corradus, hoc de poculo accipiens; verum intellexerunt Lambinus et poft eum alii. Significatur enim finus inter Mifenum et Minervae promontorium C. Athenaeum, quo etiam Baiae comprehendebantur.

delicatum] *delicatus* eft plenus deliciis, ut ap. Phaedrum *delicati horti* lib. IV. et *delicatiffimum lit* noftrum Verr. V. 40. cus autem Ciceroni p mittendas Baias cen ne voluptatis caufa p nari videretur.

ad kal. Iun.] Ut i tu adeffe poffim, qui dis haberi folebat.

Epift. XXXV. 1. *lius quaeftor*] qui fit, dixit. In ed. Rom. e *lius* ut infra *lex Cael Caecilia.* — *Ernefti.*

ıerum ſe Romam mittere, haec ſcripſi raptim, ; elicerem mirificos cum Publio dialogos, quum quibus ſcribis, tum illum, quem abdis, et ais, ı eſſe, quae ad ea reſponderis, perſcribere. ero, qui nondum habitus eſt, quem illa βοῶπις, ; Solonio redierit, ad te eſt relatura, ſic velim nihil hoc poſſe mihi eſſe iucundius. Si vero e me pacta ſunt, ea non ſervantur, in coelo t ſciat hic noſter Hieroſolymarius traductor ad , quam bonam meis putiſſimis orationibus gratulerit: quarum exſpecta divinam παλινῳδίαν.

'*ublio dialogos*] Atı Clodio dialogos, in Ciceronem minis liis.

vero] int. quod ad ro dialogum attinet, ı Clodia accipies; as conſtructio non *Erneſti.*

;] Επιθετον Iunonis ›merum, quaſi bobens oculos. Ciceulit ad Clodii ſoromquam alteram Iuquae cum fratre coitur. ep. 26, 4. *Manut.*

eſt relatura] Nimid ipſa cum fratre ;icerone egerit.

ſunt] Inter Clodium eium, de Cicerone, ı Clodius vexaret. ıaſſive dictum in tali non reperi; an fuit – *Erneſti.* Quum ixerit paſſive *pactae* ·*ciae* (Off. I. 33.) nedni recte ſcribere *quae pacta ſunt.*

Non ſervantur] a Clodio.

In coelo ſum] valde gaudeo; primum quod nunc Pompeius intelligat, quam bonam gratiam meis orationibus retulerit, Clodium ad plebem traducendo; deinde quod Clodius mihi non multum nocere poterit, ſive cum Pompeio et Caeſare in gratia ſit, ſive ab iis diſſentiat.

Hieroſolymarius] Pompeius ab Hieroſolymis captis.

Traductor ad plebem] Traduxerat Clodium ep. 7.

Putiſſimis] Luculentis, et ſplendide ſcriptis: quibus illum ornavi. Unde aurum purum putum. Poteſt intelligere quum alias, in quibus Pompeium laudavit, orationes, tum eam maxime, qua Maniliam rogationem ſuaſit. *Manut.*

Παλινῳδίαν] Mirum eſt Erneſtium hoc ſic explicuiſſe, quaſi Cicero Atticum iuſſerit exſpectare non ſuam

2. Etenim, quantum coniectura auguramur, nebulo iste cum his dynastis in gratia, non mo cynico consulari, sed ne de istis quidem pisci Tritonibus poterit se iactare. Non enim pote ulla esse in invidia, spoliati opibus, et illa ser potentia. Sin autem ab his dissentiet, erit abs in nos invehi. Verumtamen invehatur.

3. Festive, mihi crede, et minore sonitu, qua taram, orbis hic in re publica est conversus: omnino, quam oportuit, culpa Catonis, sed

---

laudum Pompeii retractationem, sed ut a diis ipsis falsitatis convinceretur. Immo Cicero ait se in ἀνεκδότοις, quae iam parabat, illas laudes retractaturum. *divinam* est *admirabilem*, ut saepe.

2. *nebulo iste*] P. Clodius.

cum his dynastis] Cum Caesare, Pompeio et Crasso; qui omnia possunt.

de Cynico consulari] Nullam, inquit, non modo in me, sed ne in Lucullum quidem, aut Hortensium, poterit Clodius invidiam concitare. Nam Pompeius, Caesar, et Crassus quum omnia teneant; qui fieri potest, ut ulla nos in invidia simus, spoliati opibus, et illa senatoria potentia? itaque, quod contra nos agat, Clodius non habebit. *Manut.* Clodius Ciceronem cynicum consularem appellabat, quod non minus, quam (mordax esset dicterii *non modo*, int. *non* o quia sequitur *ne quid* saepe. *Ernesti.*

piscinarum Trito Lucullo, Hortensi quos supra ep. 24, 6. *rios* vocaverat.

3. *minore sonitu*] locutione utitur infra 47. *Equidem spe ut saepe etiam loqui solebam, sic orbem re conversum, ut vix audire, vix impressan tam videre possimus.* - *sius.*

quam oportuit] S Longolii, quod E auctore recepi pro *quam potuit.* Praete dem auctore delevi ante culpa.

Catonis] Qui eq senatu alienavit in ca blicanorum ep. 23, 8.

bitate istorum, qui auspicia, qui Aeliam legem niam, et Liciniam, qui Caeciliam, et Didiam erunt; qui omnia remedia reipublicae effude- qui regna, qui praedia populi Romani tetrar- qui immanes pecunias paucis dederunt. Video

---

cia] In oratione pro item in ea de haru- responsis docetur, n contra auspicia doptatum, quia, quo eius adoptatione lata , Bibulus augur de servavit; et agi cum nefas erat, quum o servaret. *Manut.*

m legem] Hanc le- qua cautum erat, ut, comitia essent, de ervare liceret, et ob- e, obnuntiationique necesse esset, Cae- nsule violatam esse potissimum a Vati- . pl.; qui statim (or. . c. 6.) initio tribu- ui senatui denuntia- s actionibus augu- esponsa atque eius arrogantiam impe- o non futuram; quas aud vanas fuisse Ci- . ead. oratione c. 7.

m et Liciniam] Mure- . Iunio Silano Coss. a. am non servavit Va- quia trinundini ra- in legum promulga- ullam habuit: de quo ia Licinia sanxerat.

Caeciliam et Didiam] Latam A. V. C. 655. a Q. Caecilio Metello et T. Didio Vivio Coss. in qua de modo legum promulgandarum, et imprimis de legibus per trinundinum promulgandis, ac de duabus rebus non una lege coniungendis sancitum est.

remedia reip.] i. e. utilissimas has leges, et, quae sequuntur, praedia et pecunias. *Manut.*

effuderunt] Proiecerunt; ut resp. periret. *Manut.*

regna] Hoc aperte in oratione in Vatinium: *Volo, uti mihi respondeas, fecerisne foedera tribunus pl. cum civitatibus, cum regibus, cum tetrarchis? erogarisne pecunias ex aerario tuis legibus? eripuerisne partes, illo tempore carissimas, partim a Caesare, partim a publicanis?* et in epistola ad Lentulum: *Tota interrogatio mea nihil habuit aliud, nisi reprehensionem illius tribunatus: in quo omnia dicta sunt libertate, animoque maximo de vi, de auspiciis, de donatione regnorum. Manut.*

qui praedia populi Roma-

iam, quo invidia transeat, et ubi sit habitatura: me existimaris, neque usu, neque a Theophras dicisse, nisi brevi tempore desiderari nostra illa t rà videris. Etenim si fuit invidiosa senatus pot quum ea non ad populum, sed ad tris homines i deratos redacta sit, quidnam censes fore? proin licet faciant, quos volent, consules; tribunos p denique etiam Vatinii strumam sacerdotii διβάφ

---

ni] Vulgo *qui praedia* simpliciter. Sed quid hic sint *praedia* non vel dixere, vel in eo satisfecere interpretes. Mihi videtur excidisse *populi Romani*. Scriptum erat P. R. id absorptum est, ut quibusdam aliis locis similibus a verbo *praedia*. In Agr. II. 29. Cicero vectigalia et agros publicos vocat *praedia populi Romani*. Puto me hanc correctionem omnibus probaturum. Mox *immanes pecunias* ex aerario erogatas *paucis*, singulis hominibus, ut est in orat. in Vatin. c. 12. *Ernesti*.

transeat] Invidia discedet a nobis, et ad eos, qui haec fecerunt, transibit. *Manut*.

a Theophrasto] A Theophrasti libris de republica (περὶ πολιτείας) quorum lectione ita delectabatur, ut Plutarchus Theophrastum Ciceronis delicias appellet. *Manut*.

nostra illa tempora] Triennium quod fuit a consulatu Ciceronis et A ad consulatum Caes Bibuli. Sic lib. I. ad ep. 9. *Tenebam m nobis consulibus ea funa ta iacta ex Kal. Ian. mandi senatus, ut ne mirari oporteret, non cembris tantum vel fuisse in illo ordine, ctoritatis. Idemque neram, nobis privatis ad Caesarem et Bibulur quum sententiae nostra gnum in senatu pondus rent unum fere sensum bonorum omnium.* — A

invidiosa] Ad pop quum senatus opes ex tum concordia vig *Manut*.

tris homines] Caes Pompeium, Crassum.

Vatinii strumam sa tii διβάφῳ vestiant] V auguratum deferant. tus tamen non est: ut in ipsum ostendit. D augurata ep. 31. *Man*

strumam] Struma midum fuisse Vatinii g

videbis brevi tempore magnos non modo eos, qui nil titubarunt, sed etiam illum ipsum, qui peccavit, Catonem. Nam nos quidem, si per istum tuum Publium licebit, σοφιστεύειν cogitamus; si ille cogitat ἄντα, tum duntaxat nos defendere; et, quod est proprium artis huius, ἐπαγγέλλομαι ἄνδρ' ἀπαμύνεσθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ. Dii propicia sit; habet a nobis, etiam si non plus quam debitum est, plus certe, quam postulatum est. Vehi malo alio gubernante, quam tam ingratis vectoribus bene gubernare.

Plutarchus in Cicero-… Manut. Hinc Cicero … cit. *inflatum collum*, … *cervices* in Vatin. c. … mque pertinet acer- … n dictum c. 4. *quum* … *ec responderis*, *aut* … *udenter*, *ut manus a* … *homines abstineant*, … *dolenter*, *ut aliquan-* … *quae sunt inflata*, … *tur*.

… *lotii* διβάφῳ] Sacer- … pro auguratu posuit … pistola ad Catonem. … autem praetexta, … uratu praediti essent, … ur. Sic ep. 16. ad … n l. II. fam. *Manut.* … autem quia primum … einde purpura tinge- … *Ernesti*.

… *eccavit*] Cuius cul- … versus est orbis reip. …).

… τεύειν] Sapientiam … e, philosophari mis- … cura. *Manut.*

si ille cogitet ἄντα] Edd. pr. et MSS. *Si ille cogitat tantum.* Unde Bosius coniectando invenit *si ille cogit ἄντα.* In quo ἄντα placet, ita ut intelligatur στῆναι vel μάχεσθαι, cum respectu ad locum Homeri Iliad. P. 30. Sed *cogit* ut reponamus nihil opus est. Alibi epist. 36. de *cogitatione* Publii.

proprium artis huius] Quia sophistae, si quis prior in disputando lacessisset, ulciscebantur. *Manut.*

ἐπαγγέλλομαι] Hoc verbum, etsi coniungitur cum Homeri versu, non Homeri tamen, sed Ciceronis, est. *Manut.*

Ἄνδρ' ἀπαμύνεσθαι] Iliad. Ω. 360.

ingratis vectoribus] Non hoc verbo Pompeium solum, ut Manutius putabat, sed omnes cives notat, qui suis in rem publ. beneficiis malam gratiam reddebant.

3 Sed haec coram commodius. Nunc aud quaeris. Antium me ex Formiano recipere c d. v non. Mai. Antio volo non. Mai. proficisc sculanum. Sed quum e Formiano rediero, (usque ad prid. kalend. Mai. volo) faciam st certiorem. Terentia tibi salutem. Κικέρων ἀσπάζεται Τίτον Ἀθηναῖον.

EPISTOLA XXXVI. (Att. II. 1

Scr. Tribus Tabernis IX. April. A. U. C. 694

Ferri non posse scribit qui negare audeant Clodiu ium factum esse. 1. *de Curionis narratione.* 2. *plura tamen se ex Attici literis didicisse,* 3. *de se scribendis, addita Dicaearchi laude.* 4.

CICERO ATTICO. S.

Negent illi Publium plebeium factum esse

---

quum e Formiano rediero] Nempe Antium, f. in villam Antiatem.

Κικέρων ὁ μικρός] Ingeniose Wielandus coniicit haec verba Ciceronem filium, qui tum apud Aristodemum Graecas literas disceret, suapte manu subscripsisse.

Epist. XXXVI. 1. *Negent illi*] Quum Caesar et Pompeius Clodium ad plebem transduxissent, eoque mox non satis amico uterentur, qui etiam delatam ab iis Armeniam legationem contempsisset; negabant, illum plebeium esse factum, ideoque nec tribunatum posse petere. Hic Cicero indignans, quod regnum, inquit, est l cerunt, quod iure ı terant: nunc, qui tuit, factum negant Clodius emittat ad ı meum hac de re testi tabellis excipiant, gnent; iurabo, Cn. ium Antii mihi narr auspicio se fuisse, qu dius lege Caesaris ad transduceretur. *Mar* credibile est Pomp Caesarem negasse l plebeium factum esse enim nemo negare nisi forte ebrius aut Itaque Ciceronem scripsisse: *Negent opera Publium plebe ctum esse.* Sic post

vero regnum eſt, et ferri nullo pacto poteſt. Emittat ad me Publius qui obſignent; iurabo, Gnaeum noſtrum, collegam Balbi, Antii mihi narraſſe, ſe in auſpicio fuiſſe.

O ſuaves epiſtolas tuas, uno tempore mihi datas, 2 duas! quibus εὐαγγέλια quae reddam, neſcio: deberi quidem plane fateor. Sed vide συγκύρημα. Emerſeram commodum ex Antiati in Appiam ad Tris Tabernas, ipſis Cerialibus, quum in me incurrit Roma veniens Curio meus; ibidem ilico puer abs te cum epiſtolis. Ille ex me: nihilne audiſſem novi; ego negare. Publius, inquit, tribunatum plebis petit. Quid ais? et inimiciſſimus quidem Caeſaris, et ut omnia, inquit, iſta reſcindat. Quid Caeſar? inquam. Negat, ſe quicquam de illius adoptione tuliſſe. Deinde ſuum,

---

ſar negaſſe dicitur, ſe quicquam de adoptione Clodii tuliſſe.

qui obſignent] Scil. teſtimonium meum quod iurato firmabo. *Erneſti.*

collegam Balbi] In XX viratu ep. 7. Atium enim Balbum, qui maternus avus Auguſti fuit, quum ex Julia, Caeſaris ſorore, Atiam genuerit, in XX viris fuiſſe, Suetonius narrat in Auguſto. Nec abeſt ironia: quod, collegam habere Balbum, hominem Aricinum, honoribus non inſignem, Pompeio Magno turpe videri poſſet. *Manut.*

in auſpicio fuiſſe] Quum lex curiata ferretur: quod Pompeius negabat quum tamen negare non poſſet. ep. 7. et in auſpicio, tamquam augurem. nam, quum ferretur curiata lex, augures adeſſe oportuit. ep. ult. lib. IV. ep. 3. l. III. *Manut.*

2. *commodum*] Sic Cicero ſemper hoc ſignificatu; itaque repoſui pro vulg. *commode.*

Curio meus] Addit, meus, ad differentiam quia pater Curio vivebat, eodem praenomine: quemadmodum ep. 34. ad eiusdem Curionis nomen adſcripſit, *adoleſcentem:* ep. autem 50. *filius. Manut.*

iſta] Leges Caeſaris. quod Clodius in tribunatu conatus eſt.

ſuum] Valde enim Cae-

Memmii, Metelli Nepotis exprompsit odium.
plexus iuvenem dimisi, properans ad epistolas.
3 ... Ubi sunt, qui aiunt ζώσης φωνῆς? Qnantc
vidi ex tuis litteris, quam ex illius sermone
agereture? de ruminatione quotidiana, de cogi
Publii, de lituis βοώπιδος, de signifero Athenio
litteris missis ad Gnaeum, de Theophanis, Mem
sermone. Quantam porro mihi exspectationen

---

sarem oderat vel patris nomine, qui cum Caesare inimicitias gerebat. Suetonius, et Cic. Brut. c. 60. *Manut.*

Memmii] Hic anno proximo praetor cum L. Domitio collega de Caesaris actis retulit. Suetonius. *Manut.*

Metelli Nepotis] Qui oderat Pompeium propter divortium sororis Muciae. ep. 10. l. I. fam. lib. IV. ep. 2. et Dio lib. 38.

3. *de ruminatione quotidiana*] De occultis consiliis, quae Caesar, Pompeius, Crassus quotidiana ruminatione contra remp. inirent. *Manut.* Ernestio videbatur nomen hominis excidisse, quod deinde in singulis membris sit. Sed in primo membro Cicero universe loqui poterat.

de cogitatione Publii] de rescindendis Caesaris legibus. *Manut.*

de lituis βοώπιδος] P. Clodii sororem intelligit, quae tamquam lituus fratrem ad contentiones excitaret. Erat enim seditiosa ep. 1, *Manut.*

de signifero Ath
Acciperem de Sex. (
qui fuit operarum P.
dux, ut Athenio ser
nisi tempora repugı
siquidem ante tribı
nullas turbas P. Clod
tuit commovere, e
Clodio seditionum n
non nisi post tribu
usus est. Potius igitu
piendum videtur de V
tribuno plebis qui tu
Caesaris consulis quas
ser contra partes o
tum: ut etiam, vi p
rum hominum incitat
Bibulum consulem,
laribus actionibus ad
tem, in vincula duce
natus sit. Cic. Orat.
tinium c. 9. *Manut.*
nesti tamen Sex. Cl
intelligit praesertim
Siculus fuerit, ut Athe

missis ad Gnaeum]
a Caesare Capuam ad
peium, agros plebi di
tem; erat enim XX. v

ſti convivii iſtius ἀσελγοῦς? ſum in curioſitate ὀξύπεινος: ſed tamen facile patior te id ad me συμπόσιον non ſcribere; praeſentem audire malo.

Quod me, ut ſcribam aliquid, hortaris: creſcit 4 mihi quidem materies, ut dicis, ſed tota res etiam nunc fluctuat. Κατ' ὀπώρην τρύξ· quae ſi deſederit, magis erunt iucunda, quae ſcribam; quae ſi ſtatim a me ferre non potueris, primus habebis tamen, et aliquandiu ſolus. Dicaearchum recte amas. Luculentus homo eſt, et civis haud paullo melior, quam iſti noſtri ἀδικαίαρχοι. Literas ſcripſi hora decima Cerialibus, ſtatim, ut tuas legeram: ſed eas eram daturus, ut putaram, poſtridie ei, qui mihi primus obviam veniſſet. Terentia delectata eſt tuis literis. Impertit tibi multam ſalutem: καὶ Κικέρων ὁ φιλόσοφος τὸν πολιτικὸν Τίτον ἀσπάζεται.

EPISTOLA XXXVII. (Att. II. 10.)

Scr. ab Appii Foro A. U. C. 694.

Scribit ſe Antium ad ludos haud ire.

CICERO ATTICO, S.

Volo ames meam conſtantiam. Ludos Antii ſpe-

---

paullo ante docuimus, et infra, literae Capuam ad Pompeium volare dicebantur. ep. 19. *Manut.*

convivii] Quo ſcripſerat Atticus ſe eſſe iturum, et quae in eo convivio literis digna eveniſſent, omnia Ciceroni ſignificaturum. *Manut.*

ἀσελγοῦς] Delicatum vocat ep. 14. *Manut.*

ὀξύπεινος] Facete quia de convivio agebatur, quaſi ad id convivium magnam famem afferat, non tamen quod cibi avidus ſit, ſed quod reſcire cupiat, quid illic homines egerint, et locuti ſint.

4. Κατ' ὀπώρην τρύξ] *vindemiae tempore fex.* h. e. materia nondum ſatis purgata, de qua ſcribere cogito.

iucunda] Sic reſcripſi, pro vulg. *iudicata*, quod nimis ab inchoata metaphora recedit.

Epiſt. XXXVII. *ludos*]

ctare non placet. Eſt enim ὑποσόλοικον, quum veli vitare omnium deliciarum ſuſpicionem, repente ἀνα φαίνεσθαι non ſolum delicate, ſed etiam inepte pere grinantem. Quare usque ad non. Mai. te in Formia no exſpectabo. Nunc fac, ut ſciam, quo die te viſu ſimus. Ab Appii Foro, hora quarta. Dederam alia paulo ante Tribus Tabernis.

EPISTOLA XXXVIII. (Att. II. 11.)

Scr. in Formiano menſe Apr. A. U. C. 695.

Petit, quoniam in Formiano, quid rerum Romae geri tur, fere neſciat, ut ſibi epiſtolam plenam actorum op nionumque ſuarum mittat.

CICERO ATTICO, S.

Narro tibi; plane relegatus mihi videor, poſtea quam in Formiano ſum. Dies enim nullus erat, Antii quum eſſem, quo die non melius ſcirem, Romae quid ageretur, quam ii qui erant Romae. Etenim literae tuae, non ſolum quid Romae, ſed etiam quid in re publica, neque ſolum quid fieret, verum etiam quid futurum eſſet, indicabant. Nunc, niſi ſi quid ex praetereunte viatore exceptum eſt, ſcire nihil poſſumus. Quare quamquam iam te ipſum exſpecto, tamen iſti puero, quem ad me ſtatim iuſſi recurrere, da ponderoſam aliquam epiſtolam, plenam omnium non modo actorum, ſed etiam opinionum tuarum; ac diem, quo Roma ſis exiturus, cura ut ſciam.

---

quos Tullia ſpectare volebat, ep. 34.

ὑποσόλοικον] Subabſurdum et parum conſentaneum.

inepte] Quia viri graves ludos, ut ineptias contemnere ſolebant. Cf. Ep. ad Fam. VII. 1.

Nos in Formiano esse volumus usque ad prid. nonas Mai. eo si ante eam diem non veneris, Romae te fortasse videbo. Nam Arpinum quid ego te invitem? 2

Τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος, οὔτι ἔγωγε
Ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι.

Haec igitur. Cura ut valeas.

EPISTOLA XXXIX. (Att. II. 13.)

Scr. in Formiano circa XV. Apr. A. U. C. 694.

Epistolam 36 Attico redditam non esse dolet, quam ei quum in fasciculo ad se redierit, referri iussisse scribit. Romae de actis potentium sileri quum scripsisset Atticus, aliter esse in agris, et in Formiano potissimum, ubi homines illud regnum moleste ferant.

CICERO ATTICO, S.

Facinus indignum! epistolam, αὐθωρεὶ tibi a Tribus Tabernis rescriptam ad tuas suavissimas epistolas, neminem reddidisse! at scito eum fasciculum, quo illam conieceram, domum eo ipso die latum esse,

---

Epist. XXXVIII. 2. *Romae*] Quo cogitabam ad Kal. Iun. Vid. supra ep. 34. *Corad.*

2. *Arpinum*] i. e. villam Arpinatem, quo ex Tusculano volebam proficisci ibid. *Corr.*

Τρηχεῖ'] *Aspera sed bona iuvenum nutrix neque ego hac terra possum dulcius aliud videre.* Sunt verba Ulyssis de Ithaca Odyss. lib. IX. *Corr. Aspera* autem dicitur villa Arpinas ob saxa et montes. Sed omnino de hac villa consulendum c. 1. de legibus lib. II. qui locus est dulcissimus.

Epist. XXXIX. 1. *epistolam*] Est ep. 36. huius editionis.

αὐθωρεὶ — *rescriptam*] Id ipsum ep. 36. his verbis dixerat: *Literas scripsi Cerealibus statim ut tuas legeram.*

domum] Nempe Ciceronis domum, quam habebat Romae in Palatio.

quo ego dederam, et ad me in Formianum r esse. Itaque tibi illam epistolam iussi referri; intelligeres, quam mihi tuae illae gratae fuissen

2 Romae quod scribis sileri, ita putabam. I cule in agris non siletur: nec iam ipsi agri regn strum ferre possunt. Si vero in hanc τηλέπυλοι ris Λαιστρυγονίην, qui fremitus hominum? qu ti animi? quanto in odio noster amicus Magnu ius cognomen una cum Crassi Divitis cognomi

---

illam epistolam] Vulg. *tuam epistolam* potest intelligi epistolam a me scriptam quae tibi debebatur. Id tamen propter sequentia obscurius esset. Itaque rescripsi *illam epistolam.*

tuae illae] Vulg. *tum illae.* Recepi autem *tuae illae*, quod Ernestius verius esse coniecerat.

2. *sileri*] Neminem reclamare iniquis Caesaris actis.

τηλέπυλον Λαιστρυγονίην] Ex Homeri Odyss. K. 82. Perperam Corradus et Ernestius in Clave τηλέπυλον pro nomine proprio acceperunt; quum tantum significet urbem Laestrygoniam portas dissitas habentem. Cicero autem hoc adiectivo τηλέπυλος sic utitur, ut tantum ad τῆλε respiciat, et hanc sedem a Roma dissitam et remotam significet, quippe ubi sibi plane relegatum videri dixerat ep. 38. Ceterum post verbum Λαιστρυγονίην vulgo a *Formias dico;* quod i vius Ursinus et Juniu censuerunt insititiun idque eo magis de erat, quod ab uno Ms. aberat. Inepti fuisset hoc a Ciceron quum Atticum, quid il cis istis verbis desi nullo modo fugere Fuerat autem Lae num sedes in agro I no.

cuius cognomen u Crassi divitis cognom senescit] Pompeii men illud, Magnus celebritatem, hono amittit. quemadmo Crassi, qui Dives ex appellatus est, opibu nutis cognomen pa exstinguitur. Sic enir pretor, non, ut al Caesari remp. vexan que assentiretur. N sententiam confirma rius Maximus lib. V

sit. Credas mihi velim; neminem adhuc offendi, haec tam lente, quam ego fero, ferret. Quare, crede, φιλοσοφῶμεν. Iuratus tibi possum dicere, esse tanti. Tu si literas ad Sicyonios habes, in Formianum: unde nos pr. non. Mai. cogi-

---

inquit, Crasso? nonniae magnitudo loqu- ognomen dedit? sed postea inopia turpem is superlationem in- Nominatur et infra, est autem diversus, qui periit in Parsi licet Romanorum diuissimus fuerit, non tamen divitis nunt adeptus. quare mium esse nonnullis, esse Crassum, et, et qui ep. 28, 3. ur; quum fuerit quierque dives, diviti i tantum cognomen qui ad inopiam poltctus, quod Valerio n probavi. Praetertor hic ep. 49. at consul multo ante mpeio. Manut. Re- Mongaltius huic explicationi. Non c alium Crassum inquam illum ipsum Caesare et Pompeiunxerat; Nam cognomen *Dives* post illum P. Crassum, qui a. u. c. DXLVIII. cum Africano maiore cos. fuit pluribus Crassis haesisse, ut P. Crasso Muciano quem ille adoptaverat. Et quidni hic quoque M. Crassus, P. filius, postea a Parthis occisus, quum omnium esset opulentissimus vulgo *Dives* appellaretur? Quae quanquam vera sunt, h. l. tamen non Crassum Caesaris et Pompeii socium, sed illum ipsum qui infra ep. 49. *Dives* vocatur, intelligi, certum est.

consenescit] Vim suam remittit ad hominum existimationem.

literas ad Sicyonios] Scriptas a consulibus: ut tibi pecuniam solvant. ep. 24. *Manut.* Immo potius cum Ernestio sic intelligendum: si literas de negotio tuo pecuniario ad Sicyonios mittere cupis, advola in Formianum.

EPISTOLA XL. (Att. II. 14.)

Scr. in Formiano A. U. C. 694.

Significat sibi Atticum magnam exspectationem de quas scire sua intersit, movisse, 1. otium autem bros scribendos sibi frequentia Formianorum, im Arrii et Sebosi assiduitate intercipi; tamen se Att luntati quantum fieri possit satisfacturum. 2.

CICERO ATTICO. S.

Quantam tu mihi moves exspectationem c mone Bibuli? quantam de colloquio βοώπιδος? tam etiam de illo delicato convivio? proinde it venies ad sitientes aures. Quamquam nihil ef quod magis timendum nobis putem, quam ne i ster Sampsiceramus, quum se omnium serm sentiet vapulare, et quum has actiones ἀνατρ videbit, ruere incipiat.

Epist. XL. 1. *de sermone Bibuli*] De comitiorum dilatione. Ep. seq. *Corr.*

βοώπιδος] Clodiae ut supra ep. 34, 1.

delicato convivio] i. q. supra ep. 36, 3. ἀσελγεῖ. *Corr.*

proinde ita fac; venies ad sitientis aures] Vulgo *proinde ita fac venias, ad sitientis aures.* Bosius malebat: *proinde ita fac venias ad sitientes aures.* Manutius et Ubaldinus: *proinde ita fac ut ad sitientes aures.* Equidem Ernestii iudicium secutus sum, ut post *ita fac*, intelligatur: ut promisisti, nempe ut mox ad me tum autem post ap scribere *venies.* Anti tem lectione *sitientis* elegantius est *sitient*

Sampsiceramus] I ius qui Syriam vice qua erat regio Sam mi et Iamblichi ei qui genti Emesinae rant. Strab. lib. XVI.

ἀναστρέπτους] fa evertendum, quae fa sunt everti, quod si tra auspicia factae. 35. *Corr.*

ruere incipiat] conari, quo magis r

;o autem usque eo ſum enervatus, ut hoc otio, 2
ınc tabeſcimus, malim ἀντυραννεῖσθαι, quam
ptima ſpe dimicare.

: pangendo quod me crebro adhortaris, fieri ni- 3
eſt. Baſilicam habeo, non villam, frequentia
norum. At quam parem baſilicae tribum Ae-
? Omitto vulgus; poſt horam IV moleſti cete-
ſunt. C. Arrius proximus eſt vicinus; immo
dem iam contubernalis; qui etiam ſe idcirco
ı ire negat, ut hic mecum totos dies philoſo-
Ecce ex altera parte Seboſus, ille Catuli fa-
:. Quo me vertam? ſtatim mehercule Arpi-
em, ni te in Formiano commodiſſime exſpecta-
rem, duntaxat ad prid. non. Mai. Vides enim
hominibus aures ſint deditae meae. Occaſio-
irificam, ſi qui nunc, dum hi apud me ſunt,

---

perturbet *Gronov.*
. ſequ. opponuntur
. *erigere remp.*
·υραννεῖσθαι] ſub ty-
·ſſe, a tyranno regi.

ſilicam] locum fre-
n, ut Romae ſunt ba-
Corrad.

tam parem baſilicae Aemiliam] Niſi ſor-
m hunc locum cum
o ſuſpectum habea-
aec eius lectio inter
praeſerenda videtur,
ſu: at quomodo to-
·e tribum Aemiliam
hac tribu Formia-
·bantur, parem dicam
e, i. e. quomodo
ılica capiat? Alii le-
at comparem baſilicae tribum Aemiliam. In MSſ.
nonnullis erat: *at quam partem baſilicae tribum Aemiliam.*

omitto vulgus] Plurimi edunt: *ſed omitto vulgus.*
Particulam iam Popma auctoritate codicum delevit.

ceteri] Nempe plerique Formianorum. Ciceronem
ante horam IV. ſalutatum veniebant; poſt hanc horam
nemo moleſtus erat praeter Arrium et Seboſum. Hinc
dicit: *omitto vulgus.*

duntaxat] i. e. modo tu ne poſtules, ut te diutius quam
ad prid. Non. Mai. hic exſpectem.

vides enim] Vulgo *vide enim* minus bene. Alii *vidi enim* peſſime.

emere de me fundum Formianum velit. Et tamen illud probem? „magnum quid aggrediamur, et multae cogitationis, atque otii." Sed tamen satisfiet a nobis, neque parcetur labori.

EPISTOLA XLI. (Att. II. 15.)

Scr. in Formiano A. U. C. 694.

De incertis Caesaris et Clodii consiliis, 1. de Seboso et Arrio se moleste interpellantibus, 2. de Terentiae negotio in controversia Mulviana. 3.

CICERO ATTICO, S.

Ut scribis, ita video, non minus incerta in re publica, quam in epistola tua: sed tamen ista ipsa me varietas sermonum, opinionumque delectat. Romae enim videor esse, quum tuas literas lego, et, ut fit in tantis rebus, modo hoc, modo illud audire. Illud tamen explicare non possum, quidnam inveniri possit, nullo recusante, ad facultatem agrariam. Bibuli autem ista magnitudo animi in comitiorum dilatione, quid habet, nisi ipsius iudicium sine ulla correctione

---

et tamen illud probem] Legendum cum interrogatione, quasi dicat, fieri non potest, quum singulis horis interpeller, ut id, quod suades, probem, ut magnum aliquod aggrediar et multae cogitationis. Nam haec verba: *magnum quid aggrediamur, et multae cogitationis, atque otii* descripsit ex epistola Attici. *Bosius.*

Epist. XLI. 1. *quidnam inveniri possit*] Hunc locum illustrat id quod seq. epistola dicitur: *quod superioribus literis scripseras, prolatum iri aliquid, quod nemo improbaret;* unde colligitur *inveniri* verius esse, quam quod Victorius, Bosius et Gruterus receperunt *invenire;* in quo subintelligendum esset *Caesar.*

ad facultatem agrariam] ut lex agraria a Caesare tanto facilius perferri possit.

sine ulla correctione re

ıblicae? nimirum in Publio ſpes eſt: fiat tribu-
ebis; ſi nihil aliud, ut eo citius tu ex Epiro re-
e. Nam ut illo tu careas, non video poſſe fieri;
·tim ſi mecum aliquid volet disputare. Sed id
ı non dubium eſt, quin, ſi quid erit eiusmodi,
olaturus. Verum ut hoc non ſit; tamen ſeu
ſeu eriget rempublicam, praeclarum ſpectacu-
ıihi propono, modo te confeſſore ſpectare li-

ıum haec maxime ſcriberem, ecce tibi Seboſus. 2
m plane ingemueram; ſalve, inquit Arrius.
't Roma decedere? quos ego homines effugi,
ın hos incidi? ego vero in montes patrios, et

:] h. e. in Bibulo
ıuidem voluntas eſt,
ıen nihil proficiet, ad
blicam erigendam.
ıblio ſpes eſt] Ergo,
res eo devenit, ut
ɔdio ſperandum ſit,
ı tribunatu quem aſ-
Caeſaris acta reſciſ-
et hac ratione vel in-
reip. profuturum.
'lo tu careas] Lepi-
aſi Atticus adeo dele-
Clodii conſuetudine,
tius, eo carere non

·uet] hoc vel intran-
:apiendum, ut ſupra
ı. vel ut *Boſius* ita, ut
·empublicam ſit i. q.
babit.
eriget] Sive ruat
ıs et multa moliatur
·nicie m rei publ. ſive
illam erigat, erit res iucun-
da qua nos oblectabimus,
ſeu eum viderimus fruſtra
multo machinari, (nobis
enim cum illo disputare
eiusque molitionibus obviam
ire certum eſt) ſeu erigere
rem publicam et illis adver-
ſari, qui eum ad plebem tra-
duxerunt. *Graev.*

2. *nondum plane ingemue-
ram*] Vix mihi tempus fuerat
ob moleſtam et odioſam Se-
boſi interpellationem inge-
miſcendi.

ad montes patrios] Arpi-
natem villam ſignificat, in
qua natus erat. Verſiculum
hic agnovit Ant. Auguſtinus
ex poeta aliquo, fortaſſis ex
Ennio, ut Gulielmus, aut ut
Wielandus putat ex ipſius
Ciceronis libro de conſula-
tu ſumptum.

ad incunabula nostra pergam. Denique, si sol
potero, cum rusticis potius, quam cum his
banis: ita tamen, ut, quoniam tu certi nihil
in Formiano tibi praestoler usque ad III non. M
3 Terentiae pergrata est assiduitas tua, et dil
in controversia Mulviana; nescit omnino, te c

---

si solus non potero] Aptius hoc tempus, quod monuit Ernestius, vulgato *potuero*.

quam cum his perurbanis] Sebosum et Arrium significat, quorum sedula officiositas in salutando et colloquia sibi molesta erant.

3. *controversia Mulviana*] Agri publici de hostibus capti tria genera; unum quod colonis donabatur; alterum quod a censoribus in quinquennium locabatur; tertium quod ob vastitatem, quae fere bellum consequi solet, iis qui colere vellent, in perpetuum assignabatur, imposito annuo vectigali, ut arbustorum quinta, frugum decima, pecuniae etiam quaedam pars penderetur; quod ab Appiano lib. I. bellorum civilium scriptum est. Ex hoc tertio genere erant agri quos Terentia et Atticus possidebant. Sed Atticus legitimum vectigal publicanis pendebat, qui fortasse cum illo agrorum genere, de quo secundo loco mentionem fecimus, hoc tertium etiam de censoribus conduxerat, non

ut fructus ipsi perc
sed ut vectigal illud
admodum facilis
non esset, suo peric
gerent. Terentia ne
quidem illud, satis
pendere volebat, c
beneficium amittere
Thoria datum. N
Thorius, ut ait Ci
Bruto, agrum publi
ctigali locaverat. S
tur eius legis auctor
aliarum quoque leg
tustate contemni
itaque multi, quorun
mero Atticus erat,
tamquam lege illa ab
pendebant, nonnul
in quibus erat Terent
quam lege Thoria
te, recusabant. Te
negotium agebat
eo libentius, ut Cicer
ficat, quia si secund
rentiam in ea causa
tum esset, ipse etiam
dendo vectigali rec
immunemque agrum
cum legis Thoriae b
possedisset. Mulvi
catur controversia
Mulvius, ut puto,]

causam defendere eorum, qui agros publicos eant. Sed tamen tu aliquid publicanis pendis; etiam id recusat. Ea tibi igitur, et Κικέρων ἀρι-τικώτατος παῖς, salutem dicunt.

:PISTOLA XLII. (Att. II. 16.)

in Formiano initio mensis Maii A. U. C. 694.

e agraria a Caesare promulgata, ac de Pompeii in ·obanda consilio 1. de suo ad studia reditu 2. de 'i fratris epistola. 3.

CICERO ATTICO, S.

nato mihi, et iam dormitanti, prid. kal. Mai. est illa reddita, in qua de agro Campano scri-)uid quaeris? primum ita me pupugit, ut so- mihi ademerit, sed id cogitatione magis, quam a. Cogitanti autem haec fere succurrebant. 1 ex eo, quod superioribus litteris scripseras, liari te illius audisse, prolatum iri aliquid, quod nprobaret, maius aliquid timueram; hoc mihi

---

causam procuraret. Res ad coniectu- :, nam nec quis su- vius, aut qua de re ersia fuerit certo sa- niri potest. Cete- juid eiusmodi fuerit est, quod Manutio eum Popmae cau- sse visum est.

anis] Hoc melius *ublicanus*, quod in ultis est, etiam ed, Nam non qui sit ır, sed quid faciat: an vectigal pendat, quod publicanis penditur. Atticus igitur immunitatem eorum agrorum, de quibus Terentia controversiam habebat cum publicanis, non petebat. *Ernesti.*

Epist. XLII. 1. *de agro Campano*] plebi lege Julia dividendo *Corr.*

sed cogitatione] Vulgo *sed id cogitatione.* Pronomen ex antecedente *sed* natum, et h. l. superfluum Ernestio auctore delevi.

eiusmodi non videbatur. Deinde, ut me ego ler, omnis exspectatio largitionis agrariae in Campaniam videtur esse derivata; qui ager, u iugera sint, non amplius hominum quinque mi test sustinere. Reliqua omnis multitudo ab ill lienetur, necesse est. Praeterea, si ulla res est bonorum amicos, quos iam video esse com vehementius possit incendere, haec certe est, magis, quod portoriis Italiae sublatis', agro Ca diviso, quod vectigal superest domesticum,] vicesimam? quae mihi videtur una conciuncul more pedissequorum nostrorum, esse peritura. us quidem noster iam plane quid cogitet, nesc

Φῦσαῖ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι,
ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ,

---

ut dena iugera sint] sc. quae singulis dentur; si dena iugera fiant in singula capita. *Ernesti*. Ita etiam Rullus descripserat. Cic. orat. II. Contra Rull. c. 29. *Corr.*

quinque millia] Ut Rullus etiam scribi iubebat; ibid. Caesar tamen XX millia deduxit Vell. Paterc. et Suet. in Jul. c. sed Stellatem agrum addidit. *Corrad.*

portoriis Italiae sublatis] Lege Caecilia de iure Italiae lata a Q Caecilio Metello Nepote praetore, L. Afranio Q. Metello Celere Coss. ut Italia a vectigalibus immunis esset, et portoria tollerentur. Dion. lib. XXXVII. Caesar tamen postea peregrinarum m portoria instituit, u Suetonius. *Popma.*

domesticum] i. e lia proveniens.

vicesimam] Est manumissionum, s. pars eius pecuniae posset vendi servu manumittebatur; vectigalis genere e ad Tacit. Annal. X et Burmannus de v bus P. R.

conciuncula — pe rum] Infimae plebi si quis tribunus p tollenda vicesima c retur, clamore fiat approbatura. *Man*

φῦσαι γὰρ] Versu

idem etiam istuc adduci potuerit. Nam adhuc
ισοφίζετο, se leges Caesaris probare; actiones
praestare debere; agrariam legem sibi placuisse;
it intercedi, nec ne, nihil ad se pertinere; de
lexandrino placuisse sibi aliquando confici; Bi-
de caelo tum servasset, nec ne, sibi quaerendum
isse; de publicanis, voluisse illi ordini commo-

, eius enim esse os-
)ionys. Longinus περὶ
sic sunt vertendi:
iam ille modicas ore
inspirat tibias,
sine capistro enormi-
bus flat follibus.
est capistrum, quo
s os sibi obligabant,
as substringebant, ne
ustum modum infla-
, et turpiculum os
ent, tum ut violen-
nii spiritus cohibe-
Salmas. Plin. Exercitt.
Sed non est is ver-
sensus, quem puta-
orradus, Pompeium
mplius dissimulare,
erte sententiam suam
e, sed potius intelli-
sic: Pompeius nunc
a molitur et quae
pra eius vires. Vide
Oth. c. 7. *Graev.*
Pompeius dicitur
tibiis uti et vehe-
eas inflare, hoc di-
Pompeium viribus
uae magnae sint, ab-
quum cupiditatibus
odum imponere non
possit, nimis alte evolare velle, eaque cupere, quae aut ferri non possint, aut ipse non possit consequi. *Ernesti.*

ισοφίζετο] Cavillabatur, et astutis excusationibus utebatur.

actiones ipsum praestare] Si Caesar iis legibus deinde ad suam potentiam abuteretur, ipsum esse accusandum, sibi vitio dari non posse. *Manut.*

potuerit intercedi] An a tribunis debuerit legi Juliae intercedi.

de rege Alexandrino] Ut rex Ptolemaeus a senatu et populo Rom. socius appellaretur Caesar lib. III. de bello Civ. *Manut.*

Illi ordini commodare] Nimirum equestri, perlata lege Caesaris quae tertiam vectigalium partem publicanis remittebat. Dio Cass. l. XXXVIII. Appian. lib. II. et quidem per populum Cic. Orat. pro Plancio c. 14. *Corrad.*

dare; quid futurum fuerit, si Bibulus tum in descendisset, se divinare non potuisse. Nunc Sampsicerame, quid dices? vectigal te nobis in Antilibano constituisse, agri Campani abstulisse? hoc quemadmodum obtinebis? oppressos vos, i tenebo exercitu Caesaris. Non mehercule i quidem tam isto exercitu, quam ingratis anim rum hominum, qui appellantur boni: qui mil modo praemiorum, sed ne sermonum quiden quam fructum ullum, aut gratiam retulerunt.

2 Quod si in eam me partem incitarem, pr iam aliquam reperirem resistendi viam. Nunc sus hoc statui, ut quoniam tanta controversia caearchi, familiari tuo, cum Theophrasto, meo, ut ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longe om anteponat, hic autem τὸν θεωρητικόν, utrique mos gestus esse videatur. Puto enim me Dicae affatim satisfecisse; respicio nunc ad hanc fam quae mihi non modo, ut requiescam, permittit reprehendit, quia non semper quierim. Qua cumbamus, o noster Tite, ad illa praeclara s

---

quid futurum fuerit si Bibulus] Respicit vim Bibulo factam, quum Bibulus qui ex lege Aelia Caesaris legibus obnuntiasset, armis foro esset expulsus et cophino stercoris superfusus.

In monte Antilibano] scil. vectigali Iudaeis et Coelesyriae imposito. Non erat autem consentaneum, ut qui vectigalia P. R. in longinquis regionibus auxisset, eundem domestica auferre.

quemadmodum obti quomodo hoc sine hensione bonorum tue

oppressos vos] sc obloquami.

2. *Quodsi in eam part incitarem*] Si vellen resistere, et in hoc rarem. Innuit autem se ingratis hominum commoveri, ut remp. rat, et sibi potius ac quam publicis negotiis

Ad hanc familiam philosophorum, in qu

unde discedere non oportuit, aliquando rever-

uod de Quinti fratris epistola scribis, ad me 3
e fuit πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ quid dicam ne-
Nam ita deplorat primis versibus mansionem
ut quemvis movere possit: ita rursus remittit,
roget, ut annales suos emendem, et edam.
amen, quod scribit, animadvertas velim, de
io circumvectionis; ait, se de consilii sententia

---

hrastus; non autem
tam quam proprie
intelligit, sed tan-
versam rationem sen-
etiam inter philoso-
iusdem scholae. *Er-*
Nempe Dicaearchus
phrastus uterque erat
eticus.

ροσθε λέων] Utitur Ho-
rsiculo Iliad. Z. 181.
λέων ὄπιθεν δὲ δράκων
δὲ χίμαιρα. Errabat
Corradus quum pu-
iceronem h. l. totum
ersiculum exscripsis-
ius consilio non con-
it. Satis erat signi-
ratrem suum, etiam
ola ad se ipsum scri-
arium et inconstan-
sse; nec principium
e alteri eius parti re-
se. Quare nec ita
o interpungendum:
ὲ: *quid dicam nescio;*
c verba cum ὄπιθεν
tissime copulanda,
inquit, i. e. initio
epistolae fuit λέων ὄπιθεν δὲ *quid dicam nescio*, in altera parte fuit nescio quid dicam qualis fuerit.

mansionem suum] In Asia, prorogato ei in tertium annum imperio.

ut annales suos emendem] De quibus emendandis non cogitaret, nisi tranquillo animo esset, minimeque de mansione sollicito. *Manut.*

portorio circumvectionis] Portorium circumvectionis publicani exigebant pro mercibus quae in una aliqua provincia circumvehebantur. At negotiatores et provinciales negabant illud deberi, quum portorium invectionis solverant. Eam controversiam Quintus ad senatum reiecerat. *Popma.*

De consilii sententia] Nam magistratus in provinciis consilium habebant, de cuius sententia pronuntiarent. Orat. in Verr. II. 6.

rem ad senatum reiecisse. Nondum videlicet literas legerat; quibus ad eum, re consulta, plorata, perscripseram, non deberi. Velim, Graeci iam Romam ex Asia de ea causa veneru deas, et si tibi videbitur, his demonstres, qu de ea re sentiam. Si possum discedere, ne optima in senatu pereat, ego satisfaciam publ εἰ δὲ μή, (vere tecum loquar) in hac re malo sae Asiae, et negotiatoribus. Nam eorum quoc hementer interest. Hoc ego sentio valde nobi esse. Sed tu id videbis. Quaestores autem, q num etiam de cistophoro dubitant? nam si aliu erit: quum erimus omnia experti, ego ne illu dem contemnam, quod extremum est. Te

---

Si possum discedere] Hanc sententiam haud recte Manutius sic accepit, q. d. si possum consequi, si hunc exitum res habere potest, ne Graeci causa cadant. Id enim prorsus repugnaret verbis, quae statim sequuntur *satisfaciam publicanis*. Immo Cicero hoc dicit: si possum aliquo modo discedere de illa sententia, qua, ut Quinto scripsi, exploratum est, portorium circumvectionis ab Asianis et negotiatoribus nostris in Asia publicanis non deberi, satisfaciam publicanis, ne optimatum causa in senatu, offensis iterum equitibus, prorsus pereat; sed si id fieri non possit, ut ab illa sententia discedam, in hac re malo universa et negotiatoribus sa re. Nam non solum eorum sed etiam hor manorum, qui in A gotiantur, vehemen terest, eos a porto cumvectionis liberar

de cistophoro du Nempe quum antea stores Quinto non d sed cistophoro nu vellent, Atticus C scripserat eos nunc dubitare an omnino aliquid solvere d ideoque cistophorum que recusare velle vi

nam si aliud nihi Si non impetramus stonibus, ut denario ne illud quidem scribendum erat, q

ridebimus, et hospitio agresti accipiemus; quo-
aritimum hoc contempsisti.

PISTOLA XLIII. (Att. II. 17.)

In Formiano initio mensis Maii A. U. C. 694.

m ait aperte tyrannidem affectare 1. *se Atticum
inati praestolari, ut de his plura coram cum eo con-
*2. *si tamen Romae malit adventum suum exspecta-
e nihil impedire; petit autem si venerit ut a Theo-
expiscetur, quo animo in se Pompeius sit.* 3.

CICERO ATTICO, S.

orsus, ut scribis, ita sentio. Turbat Sam-
mus. Nihil est, quod non timendum sit.
υμένως τυραννίδα συσκευάζεται. Quid enim
epentina affinitatis coniunctio, quid ager
nus, quid effusio pecuniae significant? quae

---

rradus. Vulgo *ego
e quidem.*
timum] in Formiano
re sito.
t. XLIII. 1. *turbat
ceramus*] Vulgo *tur*
sed id sequentibus
nvenire Graevius, et
us monuerunt; *tur-
i. q. ruit.*
est quod non timen-
'] Non ipsi Pompeio;
tius significat omnia
reip. timenda esse.
ογουμένως] Manifeste
idem affectat.
ntina affinitatis con-
] Accepta uxore Iu-
lia Caesaris filia Suet. in
Iul. c. unde gener dici-
tur lib. VIII. ad Att. ep. 3.
Et quidem tam repente, ut
statim prior sponsus Servi-
lius Caepio, cuius opera Cae-
sar paulo ante Bibulum im-
pugnaverat, sit repudiatus.
Corrad.

effusio pecuniae] Nempe
lex Iulia de agro Campano
dividundo duo capita ha-
buit; unum, ut ea pars
eius agri quae publica erat,
statim divideretur, in quo
vectigal populi Rom. reti-
nebatur, quod queritur
Cic. in epistola superiore;

si essent extrema, tamen esset nimium mali: natura rei est, ut haec extrema esse non] Quid enim eos haec ipsa per se delectare pc numquam huc venissent, nisi ad alias res pe aditus sibi compararent. Dii immortales!

2 Verum, ut scribis, haec in Arpinati a. d. citer id. Mai. non deflebimus, ne et opera, et philologiae nostrae perierit; sed conferemus tr

---

alterum ut qui ager a privatis in Campania possidebatur, publica pecunia emptus plebi distribueretur. Publicus ager statim distributus est privatus numquam; quia Pisone et Gabinio Coss. qui C. Caesarem legis eius latorem et M. Bibulum consules proxime consecuti sunt, P. Clodius trib. pl. eam pecuniam quae in agri Campani emptionem erogari debuit, sumptam ex aerario in Syriam eunti Gabinio dedit; qua de re Orat. pro domo c. 9. Hic igitur de utroque Juliae legis capite Cicero conqueritur. Nam quum ait: *quid ager Campanus?* de publica loquitur eius agri parte iam divisa; quum vero subiungit *quid effusio pecuniae?* privatos agros, publica pecunia emendos ac plebi dividendos, qui tamen empti postea non sunt, plane significat. *Manut.*

quae si essent extrema] Si in his finem turba ceret, nec longius p deretur.

Dii immortales! I Sic Ald. Hervag. I Graev. At Victorius *dii immortales* transtu verba *conservemus tra animo*, ubi prorsus in est.

2. *philologiae nostrae ... rit*] Balliolens. cod. *oleum philosophiae* ... *perierit;* quae scriptur rectior videtur, et apposita. Frustra eni losophiae dedisset op si nunc luctui se dare pter improbitatem a civium. Philosophia res adversas et omnes tus aequo animo ferr philologia. *Graev.* Se lologiae vocabulum co ctitur omnia praeclar dia, ad quae se revers cit epistola superiore, que etiam philosophian tinet.

conferemus] Ernest

10. Neque tam me εὐελπιστία consolatur, ut
quam ἀδιαφορία; qua nulla in re tam utor,
n hac civili, et publica. Quin etiam, quod
inane in nobis, et non ἀφιλόδοξον, (bellum
n sua vitia nosse) afficitur quadam delectatio-
ebat enim me pungere, ne Sampficerami me-
patriam ad annos DC maiora viderentur,
ostra: hac quidem cura certe iam vacuum est.
nim ille sic, ut πτῶσις Curiana stare videatur.

---

raevius reponi vole-
feremus recte cre-
; idem tamen falso
us explicavit: *phi-
s differendo dabimus*
Cicero potius dicit,
tticus venerit, istas
i turbas non desle-
d tranquillo potius
de iis collocuturos.
*tam me εὐελπιστία —
διαφορία*] Neque me
n bona spes, fore ut
ausa vincat consola-
um animus ad omnia
erenter ferenda com-
ut mea nihil referre
quocunque tandem
a evasura sint.
*ne in nobis et non
ον*] agnoscit in se
nitatis vitium, nimi-
laudis et gloriae cu-
m.
vacuum est] Bosius
id superius, *quod
ane in nobis et non
ον*; vere. Pars
, quae habet aliquid
inane, quia sc. movetur lau-
dis dulcedine, ea iam nihil
movetur et vacua est ista
cura. Ludit in ambiguitate
verborum. Ante Bosium
legebatur *vacuus est*. Quod
quo referatur, non habet.
Ernesti.

πτῶσις Curiana] Mss. ha-
bent *plocis*, vel *phocis Cu-
riana*. Lectionem πλοκὶς
defendit Iunius hoc sensu:
quia πλοκὶς sit idem quod
simulacrum foeneum. (ut
Asconius in Corneliana vo-
cat) sic appellari Q. Cu-
rium hominem nequam et
nullius pretii, qui tum erat
propter scelera et probra
Senatu motus. Hoc valde
esset appositum, si modo
auctoritas vocabuli πλοκὶς,
et illa significatio, quam
Iunius ei tribuit constaret.
Itaque nihil melius reperio
quam ut cum Bosio πτῶσις
Curiana scribatur; quod ad
sensum eodem redit, Pom-
peium sic iacere, ut Curius

Sed haec coram. Tu tamen videris mihi Rom re ad nostrum adventum. Quod sane facile si tuo commodo fieri possit. Sin, ut scribis, nies; velim e Theophane expiscere, quonam animo sit Alabarches. Quaeres scilicet, ut

---

turpiter prolapsus erga illum stare videatur. Ceterum coniecturarum, quibus viri docti h. l. restituere tentarunt alia alia ineptior est. Corradus: *Phocionis curia:* Malaspina *focus Curianus*, cum respectu ad illum focum M. Curii Dentati, ad quem vir ille sanctissimus quum staret, Samnitibus respondit non aurum habere sibi praeclarum videri, sed eis qui haberent aurum imperare. Popma: ἁπλότης *Curiana*, ad eundem Curium illud referens. Iac. Gronovius: *Praetis Curiana* quasi respiciatur ad fabulam Praetidum. Tunstallus φιλότης *Curiana* quod ille tum in proverbio fuisse opinatur. Denique Turnebus et Graevius servant: *Phocis Curiana*, in quo quaerunt allusionem ad Phocidem Graeciae a Philippo rege eversam, quo nihil fingi potest ineptius. Attamen hoc Ernestio quoque placuit.

Theophane] illo Mitylenaeo Pompeii familiari de quo supra ep.

Alabarches] est Pompeius, qui iactabat se vectiga-

lia populi Rom. v[...] xisse. Quam autem [...] modatum sit hoc non [...] eo intelligi potest, [...] Plinius tradit, qui[...] vectigalia in solis [...] fuerint, propterea s[...] esse a censoribus, ut [...] vectigalia reipubl. [...] rum nomine in tabuli[...] pactionibus comple[...] tur. Vectigal enim [...] scuis, *scriptura* dict[...] *Alabarches*, ut docet [...] cius, qui hanc vocem [...] roni reddidit Obs. V. [...] dicitur ab ἄλαβα, at[...] tum, estque adeo [...] scripturae. Sed alii [...] ferunt Arabarcha, ut [...] Ciceronis loco, ita i[...] ubi huius magistratu[...] tio; in his Wesselin[...] archontibus Iudaeoru[...] dictum putans ab A[...] Nomo Arabiae, qu[...] fellere longioris est [...] tationis. Libri quid[...] res stant pro priori n[...] *Ernesti*. Nempe *Ala*[...] Cuiacius reperit in co[...] naes. idem Bosius in [...] Crusell. et Huralt. B[...] tem vel propterea [...] tur quod epistola su[...]

κατὰ τὸ κηδεμονικόν, et ad me ab eo quasi ὑποθήκας adferes quemadmodum me geram. Aliquid ex eius sermone poterimus περὶ τῶν ὅλων suspicari.

EPISTOLA XLIV. (Att. II. 18.)

Scr. Romae mense Iunio A. U. C. 694.

Quum Atticus in Epirum profectus scire averet, quid esset novi, Cicero desperatum esse rei publ. statum scribit 1. tum de execratione candidatis imposita si mentionem fecerint quo aliter Campanus ager possideatur, 2. de legatione sibi a Caesare oblata, 3. de Statio a fratre manumisso. 4.

CICERO ATTICO, S.

Accepi aliquot epistolas tuas, quibus intellexi, quam suspenso animo, et sollicito scire averes, quid esset novi. Tenemur undique; neque iam, quo minus serviamus, recusamus; sed mortem, et eiectionem, quasi maiora, timemus, quae multo sunt minora. Atque hic status, qui una voce omnium gemitur, neque verbo cuiusquam sublevatur. Σκοπὸς est, ut suspicor, illis qui tenent, nullam cuiquam largitionem

---

Pompeio exprobatur, illum se iactare vectigal in monte Antilibano constituisse.

κατὰ τὸ κηδεμονικόν] cum accuratione et circumspecte.

ὑποθήκας] praecepta.

περὶ τῶν ὅλων] de summa rerum, et quorsum Pompeii consilia evasura sint.

Epist. XLIV. 1. *atque hic status*] aut addendum *est* cuius durior hic ellipsis sit, aut. *qui* delendum. *Ernesti.*

illis qui tenent] Int. omnia, rem publicam, vel etiam nos, ut referatur ad superius *tenemur.* — *Ern.*

largitionem relinquere] Ipsi volunt omnia largiri pro libitu, quo sibi omnes obnoxios faciant. Suetonius de Caesare: *quaecunque libuisset omnia dilargitus est, contradicente nullo. Popma.*

relinquere. Unus loquitur, et palam adverſatu lefcens Curio. Huic plauſus maximi, conſal forenſis perhonorifica, ſigna praeterea benivol permulta a bonis impertiuntur; Fuſium clamc et conviciis, et ſibilis conſectantur. His ex reb ſpes, ſed dolor eſt maior; quum videas civita luntatem ſolutam, virtutem alligatam. Ac ne quaeras κατὰ λεπτὸν de ſingulis rebus, univerſa eſt deducta, ſpes ut nulla ſit, aliquando non privatos, verum etiam magiſtratus liberos fore. tamen in oppreſſione ſermo in circulis duntax conviviis eſt liberior, quam fuit. Vincere inc morem dolor, ſed ita, ut omnia ſint pleniſſi ſperationis.

2 Habet etiam Campana lex execrationem ca

---

adoleſcens Curio] quod Reges odiſſet ſuperbos. Cf. ſupra ep. 33.

Fuſium] Calenum, acerrimum Caeſaris propugnatorem, Ciceronis inimicum: *Popma.* vel quod legem tuliſſet, ut tribus ſeparatim ſuffragium ferrent Dio Caſſ. lib. XXXVIII. vel quod nimis faveret Caeſari, quem poſtea etiam in bello civili ſecutus eſt: ad Att. IX. 4. XI. 15. *Corr.*

κατὰ λεπτὸν] minutatim.

de ſingulis rebus]. Manutius hoc gloſſema eſſe ſuſpicabatur graeci κατὰ λεπτὸν, quod non diſplicebat Erneſtio, niſi forte oppoſitionis exprimendae cauſa additum eſſet, ſingulae r verſa res. Et hoc ſa rius.

2. *candidatorum, cione*] Vulgo *in c candidatorum.* Alii *tione cand.* Sed quae la coitio candidatorun vi coitiones, quarun tio III. ad Q. Fr. *qu bis te audiſſe in can rum conſularium coiti interfuiſſe, id falſu Eius modi enim pacti ea coitione factae, qu ea Memmius patefe nemo bonus intereſſe rit, et ſimul mihi c tendum non fuit, ut tionibus intereſſem, Meſſala excluderetur* hae coitiones erant p

n, in concione si mentionem fecerint, quo aliter possideatur, atque ut ex legibus Juliis. Non du- t iurare ceteri. Laterensis existimatur laute fe- quod tribunatum plebis petere destitit, ne iura- Sed de republica non libet plura scribere. Dis- mihi, nec sine summo scribo dolore. Me tueor, oressis omnibus, non demisse; ut tantis rebus , parum fortiter.

---

que in locis privatis. oc iure iurando de ıno agro in legem Ju- candidati obstringe- ublice. Itaque ferri ectio non potest. In . cod. scribitur *in con- candidatorum* quod o probo. Intelligit oncionem, qua pro- tur candidati apud ım, se petituros esse el illum magistratum. ipsa concione, ante- admitterentur in eo- ımerum, quibus am- liceret magistratum, ıntur iurare, se nihil aturos in divisione il- ıpani agri, quam Cae- ituerat in suo consu- *Graevius*. Ernestius se reperisse *concionem atorum* sic memorari, ıe vel in *ambitione atorum* vel *conditione atorum* legendum pu- Neutro tamen opus odo verba *in concione* onantur post *candida-* unde optimus na- sensus: Lege etiam sancitum est, ut honorum candidati, se ipsi iuramento exsecrentur, si in concione s. oratione ad populum, quam vel in toga candida, vel in magistratu habituri essent, mentionem fecerint de abroganda lege Julia agraria.

Laterensis] ille Iuventius Laterensis, de quo in Orat. pro Plancio et in ep. Planci ad Ciceronem; Fam. lib. X. *Manut.*

laute] Alii *caute*. Sed mihi semper *caute* minus visum est, quam pro re. Sicut et *recte* in edd. Rom. Ald. et sqq. Restitui igitur antiquam lectionem *laute*, i. e. magnifice, in quo est etiam lepida allusio ad nomen Laterensis. Sic edd. Jens. Asc. et Mss. plures, probabaturque Malaspinae. *Caute* ex uno Ms. edidit Bosius primus. *Ernesti.* Verum utique est *laute*, sed quam Ernestius quaerebat allusionem ad nomem Laterensis, ea nulla est; ac sane esset inepta et insulsa.

3 A Caesare valde liberaliter invitor, sibi ut sim legatus; atque etiam libera legatio voti causa datur. Sed haec et praesidii apud pudorem Pulchelli non habet satis, et a fratris adventu me ablegat: illa et munitior est, et non impedit, quo minus adsim, quum velim. Hanc ego teneo; sed usurum me non puto. Neque tamen scio quid agam; non lubet fugere; aveo pugnare. Magna sunt hominum studia. Sed nihil affirmo; tu hoc silebis.

4 De Statio manumisso, et nonnullis aliis rebus

---

invitor, sibi ut sim legatus] Vulgo: *invitor in legationem illam, sibi ut sim legatus.* Verba male inculcata delevimus.

libera legatio voti causa causa datur] offertur mihi etiam libera legatio votiva. Quum enim liberae legationes senatoribus privatarum rerum causa darentur, ut in provincias profecti maiore cum dignitate ibi versari possent, tum species quaedam erat, quae voti, quod aliquis nuncupasset, exsolvendi causa dabatur.

apud pudorem Pulchelli] Non potui tot librorum veterum et Italicorum et nostratium, Memmianorum dico et Huraltiani, et Tornaesiani, consensum negligere, qui omnes habent *pudorem*, pro quo vulgati *furorem;* quod ab iis substitutum puto qui *pudorem* non viderint εἰρωνικῶς s. κατ' ἀντίφρασιν aut κατὰ σαρκασμὸν dictum. *Lambin.*

et a fratris adventu me ablegat] Quum ille rediturus esset ex Asia, et Cicero fortasse procul abesset.

quo minus adsim, quum velim] Nam in provinciali legatione facile a praefectis impetrabant, ut adessent quum vellent, in libera certum tempus constituebatur, ut patet ex epist. 2. libri XV. ad Att. *Popma.*

teneo] hanc legationem alteri liberae praefero, etiamsi usurum me non putem.

neque tamen scio quid agam] Ita emendavi vulgatum: *neque tamen scit quisquam;* quod sensum commodum haud admittit. Illud autem sequentibus optime convenit.

De Statio manumisso] Statius fuit Quinti Ciceronis servus, nimis apud eum gra-

angor quidem, sed iam prorsus occallui. Tu vellem adesses; nec mihi consilium, nec consolatio deesset. Sed ita te para, ut, si inclamaro, advoles.

EPISTOLA XLV. (Att. II. 19.)

Scr. Romae mense Quintili A. U. C. 694.

Scribit sibi nihil molestius esse quam Statium manumissum, cetera maiora, ut pericula, quae sibi a Clodio intendantur, modice se tangere 1. Statum rei publ. omnibus displicere; inprimis Pompeium odio populi laborare. 2. Clodium sibi inimicari, nec se periculumne declinet, an pugnando propulset, certum habere. 3. Caecilium Attici avunculum se colere. 4. Bibuli edictis Pompeium valde iratum esse. 5.

CICERO ATTICO, S.

Multa me sollicitant, et ex rei publicae tanto motu, et ex iis periculis, quae mihi ipsi intenduntur. Ea sexcenta sunt; sed mihi nihil est molestius, quam Statium manumissum, „nec meum imperium? ac mit-

---

tiosus. Itaque quum multi quererentur plus illum apud Quintum posse, quam gravitas aetatis et imperii prudentia postularet, aegre tulit Cicero eum a Quinto manumissum; quod putabat illo beneficio in eum collato malos hominum rumores de iniqua eius potentia nova incrementa capturos esse. Vid. ep. seq. et infra ep. 53.

tu vellem adesses] Olim erat *tu vellem ego et cuperem adesses* pro quo Victor. Bos. Gruter. edidere: *tu vellem egove cuperem adesses.* In cod. Balliol. *egone cuperem.* Delenda censuit Ernestius verba, *ego — cuperem*, cui obsecutus sum.

Epist. XLV. 1. *Ea sexcenta sunt*] Vulgo *et sexcenta sunt*, quod non bene cum antecedentibus coniungi, monuit Ernestius.

nec meum imperium —

to imperium, non ſimultatem meam revereri ſaltem?" nec, quid faciam, ſcio: neque tantum eſt in re, quantus eſt ſermo. Ego autem ne iraſci poſſum quidem iis, quos valde amo; tantum doleo, ac mirifice quidem. Cetera in magnis rebus, minae Clodii, contentionesque, quae mihi proponuntur, modice me tangunt. Etenim vel ſubire eas videor mihi ſumma cum dignitate, vel declinare nulla cum moleſtia poſſe. Dices fortaſſe dignitatis ἅλις, tamquam δρυός: ſaluti, ſi me amas, conſule. Me miſerum! cur non ades? nihil te profecto praeteriret; ego fortaſſe τυφλώττω, et nimium τῷ καλῷ προςπέπονθα. Scito nihil umquam fuiſſe tam infame, tam turpe, tam peraeque omnibus generibus, ordinibus, aetatibus offenſum, quam hunc ſtatum, qui nunc eſt: magis mehercule, quam vellem, non modo quam putaram. Populares iſti iam etiam mode-

---

ſaltem] Verba ſunt Demiphonis apud Terentium Phorm. 2, 1.

nec meum imperium] Haec non Statium ſpectant, ut Malaſpina putabat, ſed ipſum fratrem, cui toties Cicero mandaverat, ne Statium manumitteret. Sed ſi nullum in ſe imperium eſſe frater putaſſet, tamen ſimultatem meam debuiſſet vereri, quum facile potuiſſet cogitare, me id aegerrime laturum, quod ne faceret toties rogaram et praeceperam. *Graev.*

quantus eſt ſermo] hominum de hac manumiſſione *Corr.* Cf. ep. 52.

ἅλις — δρυός] Proverbium eſt ἅλις δρυός de priſcis illis glandes negligentibus poſt inventas fruges, quum ſatis olim cibum ſe petiiſſe a quercubus dicerent. *Manut.*

τυφλώττω — προςπέπονθα] Sed ego fortaſſe caecus ſum, et ſum nimis honeſtati deditus, ut ſaluti minus conſulam. *Corr.*

quam vellem, non modo quam putaram] Offenſior eſt ille ſtatus reip. apud populum, non modo quam putaram, ſed etiam quam vellem propter Pompeium cuius me fortunae poenitet. Nulla igitur hic eſt εἰρωνεία, ut Corradus opinabatur.

populares iſti] Caeſar,

ſtos homines ſibilare docuerunt. Bibulus in caelo eſt: nec, quare, ſcio; ſed ita laudatur, quaſi „unus homo nobis cunctando reſtituat rem."

2 Pompeius, noſtri amores, quod mihi ſummo dolori eſt, ipſe ſe afflixit; neminem tenet voluntate; ne metu neceſſe ſit iis uti, vereor. Ego autem neque pugno cum illa cauſa propter illam amicitiam: neque approbo, ne omnia improbem, quae antea geſſi: utor via. Populi ſenſus maxime theatro, et ſpectaculis perſpectus eſt. Nam gladiatoribus, qua dominus, qua

---

Pompeius, Craſſus, et cum ironia, quod *populares* dici non poſſint, quos populus, etiam modeſti homines, ſibilis inſectentur. *Manut.*

reſtituat rem] Verſus eſt Ennii de Q. Fabio Maximo: *Unus homo nobis cunctando reſtituit rem;* eum hic Cicero de Bibulo uſurpat. Et vulgo legitur *reſtituit*, quod quum non coeat cum *quaſi*, de Manutii ſententia ſcripſi *reſtituat*. Saepe enim Cicero eiusmodi verſiculos pro conſilio ſuo, aut orationis ſtructura leniter inflectit.

2. *neminem tenet voluntate; ne metu neceſſe ſit iis uti, vereor.*] In vulgata lectione: *neminem tenet*: *voluntate an metu neceſſe ſit iis uti, vereor*, nec ſenſus nec orationis ſtructura conſtabat. Utrumque levi medela ſublevavi. Pompeius inquit, neminem civium voluntate tenet, h. e. neminem habet qui ſibi ex animo faveat, itaque vereor ne is eiusque ſocii ad vim ſpectent et metu iis utendum ſit. Prorſus eadem ſententia ep. 47. dicit: *ſentiunt ſe nullam ullius partis voluntatem tenere; eo magis vis nobis eſt timenda.*

illam amicitiam] cum Pompeio et Caeſare. Nam illum ut ait ep. ad Caecinam Fam. VI. 6. plurimi faciebat, hoc familiariſſime utebatur.

utor via] media quadam via utor, qua licet.

et ſpectaculis] intellige ceteris ſpectaculis, Circenſibus, muneribus. *Erneſti.*

gladiatoribus] ludis gladiatoriis, ut alibi ſaepe.

qua dominus] intelligunt eum, qui ludos edebat, advocatos, autem amicos, qui reſiſterent inimicis ſiblantibus. Et ſane videtur illo anno Gabinius gladiatorios ludos edidiſſe, cuius gladiatores infra memorantur ep.

advocati sibilis conscissi. Ludis Apollinaribus Di lus tragoedus in nostrum Pompeium petulanter i ctus est. „Nostra miseria tu es magnus" millies coa est dicere. „Eandem virtutem istam, veniet t pus, quum graviter gemes," totius theatri clamor xit, itemque cetera. Nam et eiusmodi sunt ii ver

---

51. Quidni autem *dominum* Caesarem intelligamus; *advocatos* autem eos qui eius partibus favebant? Nam alibi etiam Caesarem et Pompeium dynastas vocat.

ludis Apollinaribus] qui fiebant a Praetore Urbano a. d. III. Non. Quintil. Liv. l. XXVII paulo aliter lib. XVI ep. 4. *Corr.*

Diphilus] Valerius Max. lib. VI. c. 2. „Diphilus tragoedus, quum Apollinaribus ludis inter actum ad eum versum venisset in quo haec sententia continetur: *miseria nostra magnus est*, directis in Pompeium Magnum manibus pronuntiavit; revocatusque aliquoties a populo, sine ulla cunctatione, nimiae illum et intolerabilis potentiae reum gestu perseveranti egit. Eadem petulantia usus est in ea quoque parte: *Virtutem istam veniet tempus quum graviter gemes.*"

nostra miseria] Popma coniicit istos versiculos in Stasiastis vel Tropheo Attii fuisse, ex qua Novius hunc versum eiusdem sententiae adducit: *Non v quantam turbam quanto fluctus concites?*

millies] Recte refut Graevius Popmae et J commentum, quo ex u codicis mendosa scripi *miles* reponi volebant. C ro nihil aliud dicturus, qu ut Valerius Max. ait, aliq ties a populo revocatum se, ὑπερβολικῶς dicit milli Nec desunt alia exempla strionum ea quae populo placuissent repetere iuss rum. Sic Cicero in or pro Sextio c. 58. dictu aliquod in Bruto tragoed quod in laudum suam ver batur, quum tragoedus p nuntiasset, millies revocat esse dicit.

eandem] fortasse Cic scripsit: Idem: *Virtutem* Nam in illo versiculo V rius quoque Max. *ean* omittit. Manutio placel *millies coactus est dicere dem. Virtutem etc.* *eadem* hic admodum frig

totius theatri clamo plaudentis scilicet et ap bationem significantis.

ii versus] nempe qu

tempus ab inimico Pompeii scripti esse videantur. ieque leges, neque mores cogunt", et cetera ma-:um fremitu et clamore sunt dicta. Caesar quum set mortuo plausu, Curio[1] filius est insecutus. ita plausum est, ut salva re publica Pompeio plau-lebat. Tulit Caesar graviter. Literae Capuam ompeium volare dicebantur. Inimici erant equi-, qui Curioni stantes plauserant; hostes omnibus. iae legi, etiam frumentariae minitabantur. Sane erat perturbata. Equidem malueram, quod erat

---

1 eadem tragoedia fe-antur.

rtuo plausu] interpre-r exiguo ac tenui, qui raudiretur. Forsan ta-est i. q. *extincto* scil. lausu, quo Diphili acto-cta excepta erant, ita ıum Caesar eo obmute-e venisset, nec ipse no-lausu exciperetur, non m esset quod ille mole-rret, praesertim quum oni mox insecuto plau-esset.

c ita plausum est] quod Caesaris et Pompeii ım potentiam libere in-retur ep. 44.

puam ad Pompeium] nim Pompeius tum in-X viros agro Campa-lividundo versabatur. e enim ipse interfuit ıdis, et quod Valerius mus ait, Diphilum di-in Pompeium manibus ronuntiasse, in eo ut Lipsius iam monuit, aut er-ravit, aut historiam specio-so nec tamen necessario mendacio exornare voluit; Ciceronis certe narrationi id aperte repugnat.

inimici erant] Caesar et Pompeius eorumque asse-clae.

hostes omnibus] universo populo.

Rosciae legi etiam fru-mentariae minitabantur] se abrogaturos non modo Ro-sciam legem, quae XIV or-dines in theatro equitibus dedisset, sed etiam frumen-tariam, quae ad universum populum pertinebat, quam a C. Sempronio Graccho la-tam deinde a M. Octavio abrogatam postea lex Cassia Terentia restituit, ut popu-lo singuli frumenti modii semissibus et trientibus, i. e. sextantibus venderentur. *Manut.*

quod erat susceptum ab il-

susceptum ab illis, silentio transire: sed vereor, ne non liceat. Non ferunt homines, quod videtur esse tamen ferendum. Sed est iam una vox omnium, magis odio firmata, quam praesidio.

3 Noster autem Publius mihi inimicatur: impendet negotium, ad quod tu scilicet advolabis. Videor mihi nostrum illum consularem exercitum bonorum omnium, etiam satis bonorum, habere firmissimum. Pompeius significat studium erga me non mediocre. Idem affirmat, verbum de me ullum non esse facturum. In quo non me ille fallit, sed ipse fallitur. Cosconio mortuo, sum in eius locum invitatus.

---

lis silentio transire] Falso Corradus *illis* de equitibus intelligendum, et praeterea forsan *suspectum* legendum esse putabat. Cicero ait se maluisse quae Caesar et Pompeius susceptissent a populo tacite et sine fremitu perferri, id quod ex epistolae 47. initio perspicuum est; nunc vero veretur ne res propter odium hominum, in seditionem erumpat, quae tamen praesidii satis non esset habitura.

3. *inimicatur*] Vulgo *mihi minitatur*, *inimicus est*. Sed *inimicus est* abest Ms. Balliol. delerique volebat Graevius, bene. Sed originem huius appendiculae reperi. Ed. Ienfoni habet: *mihi inimicatur*, *inimicus est*. Vera igitur lectio est: *mihi inimicatur*; eius glossa est *inimicus est*, quae in textum irrepsit; ex *inimicatur* factum est *minitatur*, quia illud rarius est, e praecedente paulo ante *minitabantur*. Verbo illo et Q. Cicero de Petit. Conf. usus est, si edd. pr. audias, quarum lectionem mutavit Corradus; et Horatius od. IV. 15, 20. *inimicare*, ut id verbum repudiandum non sit. Itaque non dubitavi id verbum Ciceroni h. l. restituere. *Ernesti.*

verbum de me ullum] Vulgo *illum* quod de Clodio intelligendum. Mox *ille* de Pompeio. Sed legendum putavi *ullum*, et tamen de Clodio res intelligenda. Itaque sic correxi. Et sic edd. Rom. Ascens. habent. *Ernesti.*

Cosconio] XX viro agris dividundis. Fortasse est C. Cosconius, qui praeturam

Id erat vocari in locum mortui. Nihil mi turpius apud homines fuiſſet; neque vero, ad iſtam ipſam ἀσφάλειαν quicquam alienius. Sunt enim illi apud bonos invidioſi: ego apud improbos meam retinuiſſem invidiam, alienam aſſumpſiſſem. Caeſar me ſibi vult eſſe legatum. Honeſtior haec declinatio periculi. Sed ego hoc nunc repudio. Quid ergo eſt? pugnare malo: nihil tamen certi. Iterum dico, utinam adeſſes! ſed tamen, ſi erit neceſſe, arceſſemus. Quid aliud? quid? hoc opinor. Certi ſumus periſſe omnia. Quid enim ἀκκιζόμεθα tamdiu? Sed haec ſcripſi properans, et mehercule timide. Poſthac ad te, aut, ſi perfidelem habebo, cuidem, ſcribam plane omnia: aut, ſi obſcure ſcribam, tu tamen intelliges. In iis epiſtolis me Laelium, te Furium faciam: cetera erunt ἐν αἰνιγμοῖς.

Hic Caecilium colimus, et obſervamus diligenter. 4

---

geſſit Cicerone conſule. orat. pro Sulla. *Manut.* Poſt praeturam proconſul fuerat Hiſpaniae ulterioris.

nihil mi turpius] Vulgo *nihil me turpius*, quod incommodum eſſe ſenſit Erneſtius. Itaque eo auctore reſcripſi *mi.* Et ſic hoc membrum ſequenti melius convenit.

hoc nunc repudio] Sic Lambinus e coniectura Petri Fabri. Vulgo *hoc non repudio* Si *nunc* verum eſt refertur ad id quod ſupra ſcripſerat, ſe nondum certi quid conſtituiſſe de accipienda legatione ſibi a Caeſare oblata. Nunc vero ait ſe illam repudiare.

ἀκκιζόμεθα] diſſimulamus, tergiverſamur.

timide] nempe timens ne haec epiſtola in alienas manus incideret. Eundem timorem ſignificat ep. ſeq. his verbis: *iam enim charta ipſa ne nos prodat, pertimeſco.*

Laelium] C. Laelium ſapientem.

Furium] L. Furium Philum, Laelii aequalem Cic. de Amic. c. 26.

4. *Caecilium*] Attici avunculum.

5 Edicta Bibuli audio ad te missa. Iis ardet dolore et ira noster Pompeius.

EPISTOLA XLVI. (Att. II. 20.)

Scr. Romae mense Quintili A. U. C. 694.

Quos Atticus commendaverit, eos sibi curae esse. 1. *Varronem sibi satisfacere, a Pompeio se amari.* 2. *Clodium sibi minari* 3. *rem publicam in summum discrimen adductam esse.* 4. *de cautione in literis scribendis observanda.* 5. *de Diodoti morte.* 6. *de comitiis consularibus dilatis* 7. *de Alexandri poetae libris* 8.

CICERO ATTICO, S.

Anicato, ut te velle intellexeram, nullo loco defui. Numestium ex literis tuis, studiose scriptis, libenter in amicitiam recepi. Caecilium, quibus rebus possum, tueor diligenter.

2 Varro satisfacit nobis. Pompeius amat nos, carosque habet. Credis? inquies; credo: prorsus mihi persuadet. Sed quia, ut video, pragmatici homines omnibus historiis, praeceptis, versibus denique cave-

---

edicta Bibuli] Bibulus enim consul domo abditus Caesaris collegae actis per edicta obnuntiabat. *Manut.*

Pompeius] quia Bibulus eum edictis suis acerbissime lacerabat. cf. ep. 47.

2. *satisfacit*] quia Pompeium in amicitia nostra confirmat, meque omnibus officiis colit ep. 5. *Manut.*

pragmatici] Pragmaticos vocat homines multo rerum usu peritos et solertes. *Bosius.*

historiis, praeceptis] Vulgo *historicis praeceptis.* Sed in margine ed. Lambin. notatur *historiis, praeceptis*, et sic Ciceronem scripsisse iam Graevius iudicavit. Nam quid sint *historica praecepta* nemo dixerit.

versibus] ut Epicharmus

re iubent, et vetant credere: alterum facio, ut caveam; alterum, ut non credam, facere non possum.

Clodius adhuc mihi denuntiat periculum; Pompeius affirmat, non esse periculum; adiurat; addit etiam, se prius occisum iri ab eo, quam me violatum iri. Tractatur res. Simulac quid erit certi, scribam ad te. Si erit pugnandum, arcessam ad societatem laboris: si quies dabitur, ab Amalthea te non commovebo. 3

De re publica breviter ad te scribam. Iam enim, charta ipsa ne nos prodat, pertimesco. Itaque posthac, si erunt mihi plura ad te scribenda, ἀλληγορίαις obscurabo. Nunc quidem novo quodam morbo civitas moritur; ut, quum omnes ea, quae sunt acta, improbent, querantur, doleant, varietas in re nulla sit, aperteque loquantur, et iam clare gemant, tamen medicina nulla afferatur. Neque enim resisti sine internecione posse arbitramur: nec videmus, qui finis cedendi, praeter exitium, futurus sit. Bibulus, hominum admiratione et benivolentia, in caelo est. Edicta eius et conciones describunt et legunt. Novo quodam genere in summam gloriam venit. Populare nunc nihil tam est, quam odium popularium. Haec quo sint eruptura, timeo. Sed, si dispicere quid coepero, scribam ad te apertius. 4

Tu, si me amas tantum, quantum profecto amas; expeditus facito ut sis; si inclamaro, ut accurras. Sed do operam et dabo, ne sit necesse. Quod scripseram, te Furium scripturum: nihil necesse est tuum 5

---

versiculo supra commemorato, epist. 24.

3. *simulac quid erit*] Recte sic Ernestius ex ed. Rom. Vulgo *simul et quid erit;* in quo ed. Iens. Asc. Ald. interpungebant post *simul.*

4. ἀλληγορίαις] quas supra αἰνιγμούς dixerat; figuris sententiam obscurantibus.

nomen mutare. Me faciam Laelium, et te Atticum; neque utar meo chirographo, neque ſigno; ſi modo erunt eiusmodi literae, quas in alienum incidere nolim.

6 Diodotus mortuus eſt; reliquit nobis H-S fortaſſe centum.

7 Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem xv kal. Novemb. distulit.

8 A Vibio libros accepi. Poëta ineptus, nec tamen ſcit nihil; et eſt non inutilis. Deſcribo et remitto.

---

6. *Diodotus — fortaſſe centum*] Diodotus eſt Stoicus ille, qui domi Ciceronis vixit et mortuus. Vulgo autem ſcribitur *centies;* quae ſumma pecuniae maior videtur, quam pro tali homine. Nam centies H. S. aequat 250000 ſcutatorum. Itaque Malalpina corrigebat *centum* i. e. tria millia ſcut. Bene. *Erneſti.*

7. *cum Archilochio edicto*] acerbo, maledictorum et probrorum pleno, qualia fuerunt ſcripta Archilochi poetae, quem ut ait Horatius *proprio rabies armavit iambo. Popma.*

8. *Vibio*] Fortaſſe C. Vibio Panſa ep. 8. lib. VIII. ad Fam. vel Vibio Ruſo quem inter auctores numerat Plinius H. N. lib. XIV. niſi Vibius ille ſit quem Pompeio ſimilem fuiſſe ſcribit Valerius Max. lib. IX. c. 15. *Corrad.*

Poeta ineptus] Alexander Epheſius cognomento Lychnus, qui Coſmographiam verſibus deſcripſit, teſte Strabone; dequo vide G. Voſſ. III. de hiſt. gr. Hunc poetam ideo ad Ciceronem miſit Atticus, quia tum ſuum orbis terrarum Tullius deſcribere conſtituerat. *Graev.*

nec tamen ſcit nihil; id eſt] Edd. pr. *et tamen;* quod recte e ſenſu mutatum eſt in *nec tamen.* Cur ergo alterum: *ſed eſt non inutilis* relictum eſt? quod non convenit novae lectioni. Legendum eſt *et eſt non inutilis*, nempe quia non indoctus eſt. Sic Manut. a. 1540. edidit. *Erneſti.*

EPISTOLA XLVII. (Att. II. 21.)

Scr. Romae exeunte Quintili A. U. C. 694.

erdito rei publ. statu et maiori quod immineat pericu-
1. de mala Pompeii existimatione. 2. de Bibuli glo-
. 3. de suis ex Clodii inimicitia periculis. 4.

CICERO ATTICO. S.

De re publica quid ego tibi subtiliter? tota periit: hoc est miserior, quam reliquisti, quod tum vi- tur eiusmodi dominatio civitatem oppressisse, quae ıda esset multitudini, bonis autem ita molesta, men sine pernicie; nunc repente tanto in odio est bus, ut quorsum eruptura sit, horreamus. Nam ndiam, atque intemperantiam illorum sumus ex- , qui Catoni irati omnia perdiderunt. Sed ita us uti videbantur venenis, ut posse videremur dolore interire. Nunc vero sibilis vulgi, sermor s honestorum, fremitu Italiae, vereor ne exarse- Equidem sperabam, ut saepe etiam loqui tecum

---

tiliter] Sic ed. Rom. P. ıtii et inde aliae; bene. Iens. Asc. Att. addunt :m; male. *Ernesti.* *ıue hoc est miserior*] ne, quod Ernestio in em venit, legendum *nunc est miserior.* Nam *nunc* per se intelligitur. : *Catoni irati*] Pom- quidem, quod ille o eius sororem uxorem et) affinitatem suam repudiasset, et Lucullo favens legem agrariam et sua acta oppugnasset; Caesar vero, quod triumphum suum impedisset, et legibus suis esset adversatus. Plutarch. Crassus autem, ut Pompeio et Caesari, quod ego puto, rem gratam faceret, vel quia Cato adversatus fuerat publicanis, quos ipse Crassus impulerat. (cf. supra ep. 23, 8.) *Corrad.*

solebam, sic orbem rei publicae esse conversi vix sonitum audire, vix impressam orbitam possemus; et fuisset ita, si homines transitum statis exspectare potuissent; sed quum diu occult rassent, postea iam gemere, ad extremum verc omnes, et clamare coeperunt.

2 Itaque ille amicus noster, insolens infamiae per in laude versatus, circumfluens gloria, de tus corpore, fractus animo, quo se conferat ı progressum praecipitem, inconstantem reditum bonos inimicos habet, improbos ipsos non aı Ac vide mollitiem animi: non tenui lacrimas, illum ante VIII kal. Sext. vidi de edictis Bibul cionantem, qui antea solitus esset iactare se m centissime illo in loco, summo cum amore p cunctis faventibus. Ut ille tum humilis, ut de erat! ut ipse etiam sibi, non iis solum, qui ad displicebat! o spectaculum uni Crasso iucundur teris non item! nam, quia deciderat ex astris, l quam progressus, potius videbatur: et, ut Ap

---

esse conversum] Miror Ernestium Corrado assentiri potuisse, cui legendum videbatur *iri conversum* quia scilicet sententia futurum postulet. Atqui Cicero respicit illum locum epist. 35. ubi ait: *festive, mihi crede, et minore sonitu, quam putabam, orbis hic in rep. est conversus.*

2. *deformatus corpore*] nempe infra dicit eum dolore et aegritudine tabescere. *Ernesti.*

reditum] a Caesare ad optimates. *Corr.*

ante VIII. kal. S d. XXV. Quintil.

uni Crasso] nunc q cum eo coniuncto, ſ teri inimico.

nam quia decidert astris] quae ratiocinnat quia lapsus coelo erat, pterea lapsus magis progressus videbatur. pro *quia* scribendum Res est ita evidens ut scribere non dubitarin *nesti.* Mire argutatu nestius. Sensus est: Pompeius ex tanta alt ne gloriae tanquam ex

rem, aut si Protogenes Ialysum illum suum
blitum videret, magnum, credo, acciperet
ı: sic ego hunc, omnibus a me pictum et po-
rtis coloribus, subito deformatum, non sine
dolore vidi. Quamquam nemo putabat, pro-
odianum negotium, me illi amicum esse debe-
ıen tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset
Itaque Archilochia in illum edicta Bibuli po-
ı sunt iucunda, ut eum locum, ubi proponun-
ıe multitudine eorum, qui legunt, transire ne-
ipsi ita acerba, ut tabescat dolore; mihi me-
molesta, quod et eum, quem semper dilexi,
xcruciant, et timeo, tam vehemens vir, tam-
r in ferro, et tam insuetus contumeliae, ne
ıimi impetu dolori, et iracundiae pateat.
uli qui sit exitus futurus, nescio. Ut nunc 3
abet, admirabili gloria est. Quin quum comi-
nensem Octobr. distulisset, quod solet ea res
voluntatem offendere, putarat Caesar oratio-
posse impelli concionem, ut iret ad Bibulum;
ıuum seditiosissime diceret, vocem exprimere
tuit. Quid quaeris? sentiunt, se nullam ullius

ıt, sua potius im-
ia et levitate lapsus,
onsilio et ratione de-
progressus videba-
eque vero argumen-
itio mutatur si repo-
quod h. l. esset i. q.
qui; et particulae
m haberet.
em] Coam.
m] Protogenes Ialy-
lis nepotem Rhodiis
: ; qua de tabula
Gell. XV. 31. Iunius in
Catal. artific. Martini Var.
Lect. IV. 20.

Archilochia] Vid. ep. 46, 7.

3. *ut iret ad Bibulum*] ut
populus cum seditiosis cla-
moribus iret ad Bibuli ae-
des, ab eoque, ne comitia
differret, extorqueret. Ita-
que nihil opus cum Ursino
corrigere *in Bibulum.*

partis voluntatem tenere; eo magis vis nobis est timenda.

4 Clodius inimicus est nobis. Pompeius confirmat, eum nihil esse facturum contra me. Mihi periculosum est credere; ad resistendum me paro. Studia spero me summa habiturum omnium ordinum. Te quum ego desidero, tum vero res ac tempus illud vocat. Plurimum consilii, animi, praesidii denique mihi, si te ad tempus videro, accesserit. Varro mihi satisfacit. Pompeius loquitur divinitus. Spero nos aut certe cum summa gloria, aut sine molestia etiam discessuros.

5 Tu, quid agas, quemadmodum te oblectes, quid cum Sicyoniis egeris, ut sciam, cura.

EPISTOLA XLVIII. (Att. II. 22.)

Scr. Romae mense Sextili A. U. C. 694.

De Clodii minis suisque adversus eum praesidiis 1. De Attici adventu sibi iam necessario 2. de rei publicae statu, incertoque rerum exitu, 3. de libris Alexandri poetae remissis, 4. de Numerio Numestio in amicitiam accepto. 5.

CICERO ATTICO, S.

Quam vellem Romae! mansisses profecto, si haec fore putassemus. Nam Pulchellum nostrum facillime

---

res ac tempus illud vocat] Bene Ernestius correxit vulgatum *vel ad illud tempus vocat*. Locus est similis ep. 51. *valde te exspecto, valde desidero; neque ego magis, quam ipsa res et tempus poscit.*

egeris] num pecuniam ab iis exegeris. *Manut.*

Epist. XLVIII. 1. *quam vellem Romae! mansisses profecto*] Sic iam Malaspina scribendum putavit: quum antea ederetur: *quam vellem Romae mansisses: egisses*

mus: aut certe, quid esset facturus, scire pos-
Nunc se res sic habet: volitat, furit, nihil certi; multis denuntiat; quod fors obtulerit, ırus videtur. Quum videt, quo sit in odio sta- : rerum, in eos, qui haec egerunt, impetum fa- videtur; quum autem rursus opes eorum et vim tus recordatur, convertit se in nos. Nobis ipsis quum vim, tum iudicium minatur. Cum ›mpeius egit, et, ut ad me ipse referebat, (alium ıabeo neminem testem) vehementer egit, quum t, in summa se perfidiae, et sceleris infamia fo- mihi periculum crearetur ab eo, quem ipse ar- , quum plebeium fieri passus esset; sed fidem se sibi et ipsum, et Appium de me; hanc si il- servaret, ita laturum, ut omnes intelligerent,

---

o. Bosius: *quam vel- ›mae mansisses; man- profecto.* Lambinus: *'ellem Romae mansis- : mansisses profecto.* us autem ediderat: *'ellem Romae mansis- rofecto si haec fore.*

eorum et vim exerci- Vulgo *opes et vim ex-* In Cod. Antonian. ni erat: *opes eorum exercitus.* Quod cum ina restituendum pu-

fidem recepisse] Of hoc me, ut Lambi- Popmam; quorum dit *fidem dedisse;* hic *e dedisse* sc. dextra da- ad melius, sed tamen Ego *fidem* pro glossa delerim. In *hanc* fidem intelligi potest e re et sensu verbi *recepisse. Ernesti.* At hoc omnium durissimum esset. Itaque si quid mutandum sit, malim: *sed recepisse sibi et ipsum et Appium de me; hanc fidem si ille non servaret etc.* Enimvero non video cur quum recte dicatur *spondere fidem*, non item *recipere fidem* dici possit. Praeterea non memini absolute dici *recipere* pro promittere, sed vel cum accusativo, ut *aliquid recipere*, vel sequente infinitivo, ut *recipere se facturum.*

Appium] Appium Claudium Pulchrum P. Clodii fratrem. *Corr.*

nihil ſibi antiquius amicitia noſtra fuiſſe. Haec, et in eam ſententiam quum multa dixiſſet, aiebat illum primo ſane diu multa contra, ad extremum autem manus dediſſe, et affirmaſſe nihil ſe contra eius voluntatem eſſe facturum. Sed poſtea tamen ille non deſtitit de nobis aſperrime loqui. Quod ſi non faceret, tamen ei nihil crederemus; atque omnia, ſicut facimus, pararemus. Nunc ita nos gerimus, ut in in dies ſingulos et ſtudia in nos hominum, et opes noſtrae augeantur. Rem publicam nulla ex parte attingimus. In cauſis, atque in illa opera noſtra forenſi ſumma induſtria verſamur. Quod egregie non modo iis, qui utuntur opera, ſed etiam in vulgus gratum eſſe ſentimus. Domus celebratur; occurritur; renovatur memoria conſulatus; ſtudia ſignificantur; in eam ſpem adducimur, ut nobis ea contentio, quae impendet, interdum non fugienda videatur.

2 Nunc mihi et conſiliis opus eſt tuis, et amore, et fide. Quare advola. Expedita mihi erunt omnia, ſi te habebo. Multa per Varronem noſtrum agi poſſunt, quae te urgente erunt firmiora; multa ab ipſo Publio elici, multa cognoſci, quae tibi occulta eſſe non poterunt; multa etiam — ſed abſurdum eſt ſingula explicare; tum ego requiram te ad omnia. Unum illud tibi perſuadeas velim, omnia mihi fore explicata, ſi te videro: ſed totum eſt in eo, ſi ante, quam ille ineat magiſtratum. Puto Pompeium Craſſo urgente, ſi tu aderis, qui per βοῶπιν ex ipſo intelligere poſſis, qua

---

2. *ante quam ille ineat magiſtratum*] Tribunatum, quam initurus erat Nonis Decembr.

Pompeium Craſſo urgente] Quid hoc ſit nemo explicavit ut mihi ſatisfaceret. Fortaſſe legendum: *Pompeio Craſſum urgente* nempe ut per Clodiam eius ſratrem ad fidem ſervandam incitaret, vel ſaltem quid Clodius acturus eſſet, expiſcaretur.

ſide ab illis agatur, nos aut ſine moleſtia, aut certe ſine errore futuros. Precibus noſtris et cohortatione non indiges. Quid mea voluntas, quid tempus, quid rei magnitudo poſtulet, intelligis.

De re publica nihil habeo ad te ſcribere, niſi ſum- 3 mum odium omnium hominum in eos, qui tenent omnia; mutationis tamen ſpes nulla. Sed quod facile ſentias, taedet ipſum Pompeium, vehementerque poenitet. Non provideo ſatis, quem exitum futurum putem. Sed certe videntur haec aliquo eruptura.

Libros Alexandri, negligentis hominis, et non 4 boni poëtae, ſed tamen non inutilis, tibi remiſi.

Numerium Numeſtium libenter accepi in amici- 5 tiam; et hominem gravem, et prudentem, et dignum tua commendatione cognovi.

EPISTOLA XLIX. (Att. II. 23.)

Scr. Romae menſe Sextili A. U. C. 694.

Scribit ſe hanc epiſtolam ambulantem dictaſſe. 1. *Pompeium ſui ſtatus poenitere,* 2. *ſe publicis conſiliis nullis intereſſe, ſed cauſis forenſibus operam dare.* 3. *Clodium vehementer ſibi minari, ideoque Atticum, ut mox advolet, rogat.* 4.

CICERO ATTICO, S.

Numquam ante arbitror te epiſtolam meam legiſſe, niſi mea manu ſcriptam. Ex eo colligere poteris, quanta occupatione diſtinear. Nam, quum vacui temporis nihil haberem, et quum, recreandae voculae cau-

---

4. *Alexandri*] Epheſii de quo ſupra ep. 46, 8.

Epiſt. XLIX. 1. *recreandae voculae cauſa*] in opera forenſi fractae.

ſa, neceſſe eſſet mihi ambulare, haec dictavi ambulans.

2 Primum igitur illud te ſcire volo, Sampſiceramum, noſtrum amicum, vehementer ſui ſtatus poenitere, reſtituique in eum locum cupere, ex quo decidit, doloremque ſuum impertire nobis, et medicinam interdum aperte quaerere; quam ego poſſum invenire nullam; poſt deinde omnes illius partis auctores ac ſocios, nullo adverſario, conſeneſcere; conſenſionem univerſorum nec voluntatis, nec ſermonis maiorem unquam fuiſſe.

3 Nos autem (nam id te ſcire cupere, certo ſcio) publicis conſiliis nullis interſumus, totosque nos ad forenſem operam, laboremque contulimus. Ex quo, quod facile intelligi poſſit, in multa commemoratione earum rerum, quas geſſimus, deſiderioque verſamur.

4 Sed *βοώπιδος* noſtrae conſanguineus non mediocris terrores iacit atque denuntiat, et Sampſiceramo

---

ambulare] Ad vocem conſervandam et augendam commendatur ambulatio a Quintiliano lib. XI. c. 3. 4. Martiano Capella de Nupt. Philol. lib. V. cap. de pronuntiatione; a Chrio Fortunatiano Rhetor. lib. III. *Graev.*

2. *quam ego poſſum invenire nullam*] Sic cum Graevio reſcripſi pro vulgato *poſſe inveniri;* ut et Manut. et Victor. edidere, habentque Mſſ. quidam. Edd. pr. *poſſem inveniri*, unde *poſſe inveniri* factum, in quo int. dixi. Sed id durius eſt. Pro *poſt deinde* Tunſtallus p. 44 *ἁπλῶς* legit *deinde;* et id ſaepe in *poſt* mutatum dicit. *Poſt deinde* etiam alibi occurrit, ut *deinde poſt. Erneſti.*

4. *βοώπιδος noſtrae conſanguineus*] Clodiae frater Publius Clodius. cod. Balliol. et Victor. Manut. habent *βοώπιδος noſter conſanguineus;* ut alibi etiam *noſter Publius*, h. l. tamen aptius eſſe videtur *noſtrae*, quod habent Lambinus, Boſius, Gruterus.

t; ceteris prae se fert, et ostentat. Quamobrem, e amas tantum, quantum profecto amas: si dor-, expergiscere; si stas, ingredere; si ingrederis, e; si curris, advola. Credibile non est, quantum in consiliis, et prudentia tua, quod maximum est, tum in amore et fide ponam. Magnitudo rei lon- orationem fortasse desiderat: coniunctio vero no- um animorum brevitate contenta est. Permagni ta interest, te, si comitiis non potueris, at decla- illo esse Romae. Cura, ut valeas.

EPISTOLA L. (Att. II. 24.)

Scr. Romae mense Sextili A. U. C. 694.

um ut mox Romam redeat rogat, 1. *narrat quid actum de Vettii consilio Pompeium occidendi, suspicionibus- e huius facinoris ab eo in alios coniectis,* 2. *miserum rum statum deplorat,* 3. *iterum Atticum, ut quam imum advolet, rogat* 4.

CICERO ATTICO, S.

Quas Numestio literas dedi, sic te iis evocabam, nihil acrius, neque incitatius fieri posset. Ad il- κέλευσιν adde etiam si quid potes. Ac ne sis per- atus; novi enim te; et non ignoro, quam sit amor iis sollicitus atque anxius: sed res est, ut spero, tam exitu molesta, quam auditu.

---

gat] Pompeio negat, nicquam contra me fa- um, quum ita fuerit pol- us. *Corr.*

mitiis] tribuniciis, qui- bus Clodius tribunus decla- ratum iri videbatur.

Epist. L. 1. *literas*] hae aut non exstant; aut sunt proxime superiores.

2 Vettius ille, ille noster index, Caesari, ut cimns, pollicitus est, sese curaturum, ut in a suspicionem facinoris Curio filius adduceretur. que insinuatus in familiaritatem adolescentis, e eo, ut res indicat, saepe congressus, rem in e cum deduxit, ut diceret sibi certum esse cum si vis in Pompeium impetum facere, eumque oc Hoc Curio ad patrem detulit, ille ad Pompeium delata ad senatum est. Introductus Vettius pri

---

2. *Vettius ille, ille noster index*] in coniuratione Catilinae. Dio Cass. lib. XXXVII.

pollicitus erat] Hanc totam rem Dio prorsus aliter lib. XXXVIII. nempe Ciceronem Lucullumque, coitione facta, auctores Vettio fuisse, Pompeii Caesarisque occidendi, eosque solos, re delata ad Senatum fuisse nominatos. Quae quam vera sint; tum ex hac ipsa epistola, tum ex Suetonio in Iulio licet cognoscere; cuius etiam verba libet ascribere, ut Graeci huius odium in M. Tullium quod ubique ostendit ac prae se fert, intelligi possit, quum ne a manifeste quidem falsis abstinuerit. Ea vero sunt haec de Caesare Vettium subornante. *Postremo in universos diversae factionis, inductum pecuniis, ut se de inferenda Pompeio nece sollicitatum a quibusdam profiteretur; productusque pro rostris auctores ex compacto nominar uno atque altero frust sine suspicione fraudi natis, tam praecipiti lii eventum desperans cepisse veneno indicen tur.* — *Malasp.*

Caesari, ut persp Errabat igitur E quum ad Sueton. l. bat Ciceronem in h stola nihil de Caesare ctore dixisse. Nam satis his verbis sig Vettium ab eo permo ipsi polliceretur sese rum ut Curio filius i cionem facinoris ad tur. Cicero autem, let, caute locutus est que intelligi ab Attico quam scripsit.

rem in eum locum d ut diceret] scil. Curio autem fecit, ut e C eliceret aliquid, quod re, et inde facinoris ctum facere posset. aliter cecidit. *Ernesti*

ſe umquam cum Curione reſtitiſſe, neque id
iu. Nam ſtatim fidem publicam poſtulavit.
reclamatum eſt. Tum expoſuit, manum fuiſſe
itis duce Curione, in qua Paullus initio fuiſſet,
Caepio hic Brutus, et Lentulus, flaminis filius,
patre. Poſtea C. Septimium, ſcribam Bibuli,

---

nquam cum Curione] i. e. umquam ſe verbum commutaſ- ocutum eſſe; ne bre- idem; ut fit, quum ſibi occurrentes reſi- uod eſt proprium de greſſu verbum. Er-

reclamatum eſt] i. e. egatum. Nempe non i fides data, ſed ac- one ſenatus. Sed id factum nonnullis ex d poſt dicitur in vin- iectus eſſe. Verum il- pertinebat ad delatio- rum, quos appella- rat, in quibus ipſe Bibulus. In vincula us eſt ob facinus, ad des publica non per- Ceterum edd. pr. carent verbo *haud.* addidit Boſius. — De re ipſa idem alaſpinae viſum erat. vero legi volebat: *tum eſt. Tamen ex- tc.*

us] L. Aemilius , qui Macedoniam r obtinebat. Orat. in Vatin. c. 10. Poſtea conſul fuit cum M. Marcello. *Ma- nut.*

Q. Caepio hic Brutus] Le- gendum Q. Caepio, non ut olim Cn. Caepio. Nam M. Iunius Brutus, ille interfe- ctor Caeſaris, adoptatus ab avunculo Servilio Caepione fuit appellatus Q. Caepio Brutus Cic. Philipp. X. Dio Caſſ. lib. XLI. *Popma.* Re- cte Popma et ante eum Ma- nutius et Mich. Brutus. Nam non ſolum a Dione et Cice- rone in X. Philipp. vocatur Q. Caepio Brutus, ſed et id confirmant nummi complu- res in quibus legitur Q. CAE- PIO BRUTUS PROCOS et Q. CAE- PIO BRUTUS IMP. quos vide- re licet apud Urſinum de Fa- mil. Roman. in Familia Ju- nia et Servilia. *Graev.*

Lentulus flaminis filius] Huius quoque mentio in nummo gentis Corneliae, cum hac inſcriptione: L. LENTULUS FLAMEN MARTIALIS. Meminit eiusdem Metellus apud Macrobium et ſimul luxurioſae illius coenae ac diei inſuper qua Flamen a L.

pugionem sibi a Bibulo attulisse. Quod totum ir est: Vettio pugionem defuisse, nisi ei consul set; eoque magis id eiectum est, quod a. d. 1 Mai. Bibulus Pompeium fecerat certiorem ut c: insidias. In quo ei Pompeius gratias egerat. ductus Curio filius, dixit ad ea, quae Vettius rat: maximeque in eo tum quidem Vettius est hensus, quod dixerat adolescentium consilium, foro cum gladiatoribus Gabinii Pompeium ado tur; in eo principem Paullum fuisse; quem con eo tempore in Macedonia' fuisse. Fit senatus c tum, ut Vettius, quod confessus esset se cum te isse, in vincula coniiceretur: qui eum emisisset tra rem publicam esse facturum. Res erat in nione, ut putarent id esse actum, ut Vettius i cum pugione, et item servi eius comprehender cum telis; deinde ille se diceret indicaturum; ita factum esset, nisi Curiones rem ante ad Pom detulissent. Tum senatus consultum in concion tatum est. Postero autem die Caesar, is, qui praetor quum esset, Q. Catulum ex inferiore lo

---

Iulio Caesare Augure renuntiatus est, ante diem IX Kal. Sept. quo die Lentulus Flamen Martialis inauguratus est, domus ornata fuit, et quae plura leguntur lib. II. Saturn. c. 9. de sumptuoso coenae apparatu. Ezech. Spanhemii de praestantia et usu antiquor. Numism. c. 6. *Graev.*

dixerat adolescentium consilium] int. e sequentibus *fuisse*; etsi paullo durius omittitur hic. Fortal legendum *in eoque*. E

ita factum] Sic Er correxit vulg. *ita actu* vitio locum dedit, qu te est *actum esse*.

Q. Catulum] quai lum de refectione C ad disquisitionem pop cavit, rogatione pro ta, qua curationem il Pompeium transfereb ton. in Caes. c. 15. lib. XXXVII. *Corrad*

licere, Vettium in Rostra produxit; eumque in
constituit, quo Bibulo consuli aspirare non li-
Hic omnia, quae ille voluit, de re publica di-
:, qui illuc factus, institutusque venisset, pri-
Caepionem de oratione sua sustulit, quem in se-
:errime nominarat; ut appareret noctem, et no-
m deprecationem intercessisse; deinde, quos in
ne tenuissima quidem suspicione attigerat, eos
ıvit, Lucullum, a quo solitum esse ad se mitti
nium, illum, qui in P. Clodium subscripserat;

ıxit] auctor fuit, ut s produceret Orat. in c. 10. et sic concio- dit ut privato. lib. IV. ep. 1. *Corrad.*

ıre non liceret] per ɔm et socios, et prae- per Vatinium, qui il- lusum domi contine- Orat. in Vatin. c. 9.

mnia quae ille voluit] bendum esse vidit Er- Vulg. *hic ille omnia oluit.*

ıi illuc factus — ve- Sic MSS. fere et edd. lus dedit *ut qui*, quod secuti sunt. Id est sa- lius. Sed *qui* est pro *lo*, vel *ut*, et id firmat ionem nostram de lo- nominis *ille*. Nam leberet esse *venerat*, *voluit*, quod tamen Aldina lectione valet sc. a Caesare est *com-* Dixit omnia ex com- *Ernesti.*

noctem] locus ex ambiguo. Nam de tempore et de concubitu intelligi potest. *Ernesti.*

nocturnam deprecationem] sine dubio Serviliae, quam Caesar ante alias dilexit Sueton. Caes. c. 50.

Lucullum] L. Lucullum, ut Pompeii inimicum. *Corr.*

Fannium illum qui] Hoc addit ut distinguat: nam erat alter C. Fannius hoc anno tribunus plebis, ut in orat. pro Sext. c. 53. *Manut.*

subscripserat] accusatori *Corr.* Subscriptores erant accusatores quasi secundarii, qui et ipsi hac subscriptione testatum faciebant, se accusatoris primarii factum probare, seque ipsos voluisse accusare, nisi has partes sibi ille sumpsisset Tacit. Annal. I. 74. Caelius ad Cic. lib. VIII. ad. Fam. ep. 8. *Graev.*

L. Domitium, cuius domum constitutam fuisse, unde eruptio fieret: me non nominavit, sed dixit, consularem disertum, vicinum consulis, sibi dixisse, Ahalam Servilium aliquem, aut Brutum opus esse reperiri. Addidit ad extremum, quum, iam dimissa concione, revocatus a Vatinio fuisset, se audisse a Curione, his de rebus conscium esse Pisonem generum meum et M. Laterensem. Nunc reus erat apud Crassum Divitem Vettius de vi: et, quum esset damnatus, erat indicium postulaturus: quod si impetrasset, iudicia fore videbantur.

L. Domitium] ad Att. lib. I. ep. 13. et Orat. in Vatin. c. 10. qui postea Praetor de Caesaris actis retulit Suet. in Caes. c. 23. *Corrad.*

vicinum consulis] Nam Cicero in Palatio habitavit. Caesar vero post Pontificatum in sacra via domo publica Suet. Caes. c. 46. Porro caput sacrae viae in Carinis oritur ab Strenae sacello, quae pertinet in arcem. Varro de Ling. Lat. certe non procul a Palatio. *Corr.*

Ahalam Servilium] C. Servilium Ahalam, qui magister equitum iussu L. Quintii Cincinnati Dictatoris Sp. Maelium regnum appetentem interfecit Liv. lib. IV. *Corr.*

aut Brutum] Vulgo *aut etiam Brutum.* Sed *etiam* abest a plerisque meorum, prorsus sine damno. In libro Faerni pro *etiam Iu.* legitur, ut fortasse *Iunius* significetur, ut quemadmodum Ahalam Servilium dixit, ita Iunium Brutum dicat. *Malasp.*

revocatus] quum iam de rostris descendisset. Orat. in Vatin. c. 11. *Corr.*

Laterensem] Vid. ep. 18. h. l.

apud Crassum Divitem] erat idem qui supra nominatus fuit, hoc anno praetor et inter sicarios quaestionem sortitus.

quum esset damnatus] Non damnatum esse dicit, sed si esset damnatus, apparebat postulaturum esse, ut sibi liceret indicium facere. Male ut saepe cod. pr. habent *iudicium.* Bosius primus recte dedit *indicium.* — *Ernesti.*

iudicia fore] Futuros ex illa secta qui reos facerent, quos indicasset ille.

a nos, qui nihil contemnere solemus, non per- 3
:ebamus. Hominum quidem summa erga nos significabantur: sed prorsus vitae taedet; ita mnia omnium miseriarum plenissima. Modo claimueramus, quam oratio fortissimi senis, Q. Con-iscusserat: ea, quam quotidie timere potuerasubito exorta est. Quid quaeris? nihil me in-iatius: nil fortunatius est Catulo, quum splen-

---

a *nos qui nihil*] Vul- : *nos utpote qui* — *pote* alienum est, videesse a glossatore. Cion pertimescebam, inquum alias nihil con-re soleam.

o cladem timueramus] cripsi pro vulg. *modo timueramus*. Postea licit *ea quam quotidie potueramus subito exst*. Hic enim *caedes* non habet, quoniam it ex calumniis Vettii conflata, et quos ilfecisset, damnati esion caedes, sed exilia im optimorum conessent, quae recte civitatis nominari po- Itaque Cic. orat. in c. 10. ait Vatinium ettii crimine id intenit Bibulum patria pri- i. e. ut eum condem exsulare cogeret. Cicero h. l. significat, adem quam reip. tiit, ne trucidarentur a Caesaris militibus, orationem Considii discussam esse; nunc vero aliam cladem subito exortam esse, nempe accusationes proborum et civium a calumniatoribus iis intentatas, ut scilicet quo iure quave iniuria damnati e civitate eiiciantur.

Q. Considii] De eo Plutarchus haec narrat. Quum senatores in curiam pauci convenirent, Considius Caesari causam dixit esse, quia milites illius et arma timerent. Cui Caesar: Cur tu quoque ob eandem causam non domi te contines? quia, Considius inquit, senectus me facit intrepidum. *Manut.*

discusserat] Ex hoc loco colligitur, Caesarem intrepida Considii oratione commotum mitius agere coepisse et a violentis consiliis aliquantum abstinuisse. Ceterum concinnius forsan legendum: *quam modo cladem timueramus, eam oratio — discusserat.*

dore vitae, tum occasus tempore. Nos tamen miseriis erecto animo, et minime perturbato s honestissimeque dignitatem nostram et magna tuemur. Pompeius de Clodio iubet nos esse si ra, et summam in nos benivolentiam omni or significat.

4 Te habere consiliorum auctorem, sollicitu socium, omni in cogitatione coniunctum, Quare, ut Numestio mandavi, tecum ut ageret, atque eo, si potest, acrius, te rogo, ut plane a advoles. Respiraro, si te videro.

EPISTOLA LI. (ad Att. II. 25.)

Scr. Romae mense Sextil. A. U. C. 694.

Scribit Varronem in officio sibi non satis facere 1. *tensio vero se honorificentissime in oratione la esse* 2. *Iterum ut mox Romam advolet, Attic gat.* 3.

---

tum occasus tempore] Vulgo *tum hoc tempore.* Lambinus *tum mortis tempore.* Ad sensum bene. Sed tamen malui *occasus*, e cuius prima syllaba, quum reliquae forte oblIteratae essent, ut in Bosii libro erat *tum* * *tempore*, fieri potuit *hoc* ante *tempore*. Sed *hoc tempore* prorsus ineptum est. Nam Cicero fortunatum praedicat Catulum, primum splendore vitae, deinde opportuno *occasus* i. e. mortis tempore. Prorsus ut Hortensii fortunam praedicat his verbis in Bruto cap. 1. *Sed quoniam perpetu dam felicitate usus i sit e vita, suo magis suorum civium tempo tum occidit quum facilius rem publica set, si viveret quan re — illius mortis o nitatem benivolentia quam misericordia pr mur.*

et magna cura t Vulgo *honestissimeque gnitatem nostrum mag tuemur;* in quo par *et* alieno loco posita facile patet. Item E visum.

CICERO ATTICO, S.

uum aliquem apud te laudaro tuorum familia- volam illum scire ex te, me id fecisse; ut nuper is scripsisse ad te de Varronis erga me officio, me rescripsisse, eam rem summae tibi voluptati Sed ego mallem, ad ipsum scripsisses, mihi il- itisfacere, non quo faceret, sed ut faceret. liter enim moratus est, sicut nosti, ἑλικτά, καὶ

---

t. LI. 1. *de Varro*- M. Terentii Varronis ris Attici Ep. ad Att. *Corrad.*

nae tibi] Bosius con- *bi*, eamque coniectu- cepit ipse et Grute- ntra librorum omnium , et ipsam rationem. s enim scripserat, sibi ati fuisse summae, ex Ciceronis literis r fuisset factus de Var- officiis. Sed Cicero idet se maluisse ut cripsisset ad Varronem d se. *Graev.*

lem ad ipsum] Vulgo *um.* Sed, quod vidit tius, perspicuitatis cau- quiritur *ad ipsum.*

quo faceret, sed ut t] mallem tu ad Var- n scripsisses mihi istum cere, non quasi id aceret, sed ut hac lau- ea excitatus in poste- aceret.

abiliter enim moratus intelligunt de cuncta- tione nescio qua. Ei sen- sui vix aptum *mirabiliter* et ἕλικτα καὶ οὐδέν. Immo mores hominis sunt miri. *Ernesti.*

ἑλικτὰ καὶ οὐδέν] Euripi- dis Andromacha sic habet integrum locum: ἕλικτὰ κ' οὐδὲν ὑγιές, ἀλλὰ πάντα πέριξ φρονοῦντες *quorum mens est involucris circumtecta, quique minime sincero et can- dido estis animo, sed versute omnia cogitatis — Ernesti.* Haec verba Corradus alii- que ad Caesarem et Pom- peium trahunt; quae ta- men de Varrone intelligen- da sunt. Itaque si *mirabi- liter moratus* interpreteris, *adhuc tergiversatus est, mo- ras nexuit*, verba ἑλικτὰ καὶ οὐδέν reddenda sunt, *ambages, diverticula, dila- tiones et nihil praeterea.* Sin autem cum Ernestio *mirabiliter moratus* de mo- ribus accipias, eodem sensu graeca verba posita viden- tur, ideoque abrupta, quia

οὐδέν. Sed nos tenemus praeceptum illud, τ
κρατούντων.

2 At hercule alter, tuus familiaris, Hortalus plena manu, quam ingenue, quam ornate nostr des in astra sustulit, quum de Flacci praetura, illo tempore Allobrogum diceret? sic habeto amantius, nec honorificentius, nec copiosius p dici. Ei te hoc scribere a me tibi esse missum volo.

3 Sed quid tu scribas? quem iam ego venire, adesse arbitror. Ita enim egi tecum superioribu ris. Valde te exspecto, valde desidero; nequ magis, quam ipsa res et tempus poscit. His de tiis quid scribam ad te, nisi idem, quod saepe publica nihil desperatius, iis quorum opera, nih iore odio. Nos, ut opinio, et spes, et coni nostra fert, firmissima benivolentia hominum i sumus. Quare advola. Aut expedies nos omi lestia, aut eris particeps. Ideo sum brevior, ut spero, coram brevi tempore conferre, quae mus, licebit. Cura, ut valeas.

---

cetera, quae apud Euripidem sequuntur, graviorem haberent Varronis, quam pro eius merito vituperationem.

τὰς τῶν κρατούντων] Initium versus Euripidei in Phoenissis (v. 404.) τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών· *dominantium stultitias ferre oportet.*

2. *Hortalus*] Q. Hortensius orator, cognomine Hortalus.

diceret] nempe in oratione pro L. Valerio habita, cuius Cicero nit in sua pro Flacc tione.

praetura] quam Cicerone consule.

tempore Allobrogun tempore, quo Allob legati Ciceronis c iussu a L. Valerio Fla C. Pontino praetorib comprehensi. Sallus Catil.

3. *iis quorum opera* resp. est desperata. C

EPISTOLA LII. (ad Q. Fr. I. 2.)

Scr. menſe Novembri A. U. C. 694.

de Statii Quinti liberti adventu, hominumque de eo ſermonibus 1. de Graecorum procuratorum adverſus eum querelis, ſuoque eos placandi ſtudio 2. de Romanis negotiatoribus Quinto iratis 3. ſe nihil in Quinto niſi orationis acerbitatem, iracundiam et literarum ad alios miſſarum indiligentiam reprehendiſſe 4. itaque ut eiusmodi epiſtolas tollat fratrem hortatur. 5. L. Flavii praetoris deſignati querelas exponit. 6. obiurgationes ſuas excuſat 7. Attali Iphemeni et Aeſopi tragoedi negotium commendat 8. ſtatum rei publ. exponit, ſuamque ſpem rei adverſus Clodii bene gerendae demonſtrat 9.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Statius ad me venit a. d. VIII kalend. Novembr. eius adventus, quod ita ſcripſiſti, direptum iri te a tuis, dum is abeſſet, moleſtus mihi fuit. Quod autem exſpectationem ſui, concurſumque eum, qui erat

---

Epiſt. LII. 1. *Statius*] Quinti libertus, gratioſior apud eum, quam deceret. *Manut.*

direptum iri te a tuis] quia Statio ſibi fideliſſimo rerum domeſticarum curam tradiderat, verebatur, ne dum is abeſſet, ſervi ſui quaecunque poſſent furarentur, aut interverterent.

exſpectationem ſui] Nempe omnes erant cupidi videndi illum libertum, qui tam gratioſus apud Quintum eſſe diceretur; unde magnos concurſus fore putabat Quintus, ſi una ſecum e provincia veniſſet Romam. Eos igitur concurſus non ſperabat, ſi ſolus veniſſet. M. Ciceroni hoc commodum videbatur. Pro *accidiſſe* malim *cecidiſſe*. Nam eo verbo Cicero in tali ſententia utitur. *Erneſti.* Vulgo eſt *exſpectationem tui* quod h. l. aptum non eſt. Nam ut illud non urgeam, parum honorifice

futurus, si una tecum decederet, neque antea esset, sustulit; id mihi non incommode visum cidisse. Exhaustus enim est sermo hominum, et tis emissae iam eiusmodi voces ἀλλ' αἰεί τινα Φῶ γαν. Quae te absente confecta esse laetor. Qu tem idcirco a te missus est, mihi ut se purgar necesse minime fuit. Primum enim numquai mihi fuit suspectus: neque ego, quae ad te de ill psi, scripsi meo iudicio, sed quum ratio, sal omnium nostrum, qui ad rempublicam acced non veritate solum, sed etiam fama niteretur, s nes ad te aliorum semper, non mea iudicia pers Qui quidem quam frequentes essent, et quam g adventu suo Statius ipse cognovit. Etenim inte nonnullorum querelis, quae apud me de illo ip

---

de fratre suo dicturum fuisse, si omnem eius exspectationem sublatam esse diceret, hoc loco tantum de illa curiositate Romanorum agitur, qua Statium videre cupiebant, quem apud Quintum adeo gratiosum esse audissent. Itaque rescripsi *exspectationem sui*. Deinde cavendum est, ne cum Ernestio putemus in his verbis aliquid esse, quod Quintus ad fratrem perscripserit. Immo hoc Marci est iudicium; isque hoc significat; quamquam mihi molestus fuit Statii adventus, quod tu aegre eo cares, ut scripsisti, propterea quod direptum te iri a tuis dum is absit, putas; tamen propterea eum venisse l quod si una tecum d ret, neque antea visus magna eius exspect concursus ad eum dum futurus fuisset; tibi non posset ess molestum.

ἀλλ' αἰεί τινα φῶτα Verba sunt Polyphemi IX. 517. indignantis Ulysse homine pusi imbecillo excaecatun Integri versiculi sunt

ἀλλ' αἰεί τινα φῶτα
καὶ καλὸν ἐδέγμην
Ἐνθάδ' ἐλεύσεσθαι μ
ἐπιειμένον ἀλκήν·
Νῦν δέ μ' ἐὼν ὀλί
καὶ οὐτιδανὸς καὶ
ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν·

Sed cur hominum de

itur: et sentire potuit, sermones iniquorum in potissimum nomen erumpere. Quod autem me ne movere solebat, quum audiebam, illum plus te posse, quam gravitas istius aetatis, et imperii ntia postularet (quam multos enim mecum egisse, ut se Statio commendarem? quam multa au- ipsum ἀφελῶς mecum in sermone ita protulisse?) ihi non placuit: monui, suasi, deterrui. Quibus bus etiam si fidelitas summa est, (quod prorsus quoniam tu ita iudicas) tamen species ipsa tam si liberti, aut servi dignitatem habere nullam t. Atque hoc sic habeto, (nihil enim nec temere e, nec astute reticere debeo) materiam omnem num eorum, qui de te detrahere vellent, Sta- dedisse; et antea tantum intelligi potuisse, iratos severitati esse nonnullos; hoc manumisso, iratis loquerentur, non defuisse.

Nunc respondebo ad eas epistolas, quas mihi red- 2
L. Caesius, (cui, quoniam ita te velle intelligo,

---

o sermones illis Home- siculis adumbret, nec itius nec Ernestius sa- secuti sunt. Wielando s assentior, qui callide atur, Romae fuisse s qui, quum audissent mum Statium apud tum valere, rem ama- n in ea re intercessisse arentur, et Quintum t amasio suo s. παιδι- tantum tribuisse pote- Exspectabant igitur um formosum et pro- statura. Quam ex- tionem quum Statius adventu suo sustulisset, magis etiam mirabantur hominem pusillum et minime formosum tam gratiosum apud Quintum fuisse.

istius] Hoc praeferendum vidit Lambinus vulgato *illius* quia mox praecesserat *illum*. Quod ad Statium pertinebat; hoc autem ad Quinti aetatem refertur.

ἀφελῶς] *simpliciter, ingenue*, ut se ipsum proderet Statius.

sermonum eorum] Lambinus legi malebat: *sermonem iis*.

nullo loco deero,) quarum altera eſt de Blaude
xide, quem ſcribis certiſſimum matricidam ti
intime commendari. Qua de re, et de hoc
toto, ne forte me in Graecos tam ambitioſum
eſſe mirere, pauca cognoſce. Ego quum Gr
querelas nimium valere ſentirem, propter h
ingenia ad fallendum parata: quoscumque de
audivi, quacumque potui ratione placavi.
Dionyſipolitas, qui erant inimiciſſimi, lenivi:
principem Hermippum non ſolum ſermone n
etiam familiaritate devinxi. Ego Apamenſem
ſtum, ego leviſſimum hominem, Megariſtum
drium, ego Niciam Smyrnaeum, ego nugas
omni mea comitate ſum complexus, Nym
etiam Colophonium; quae feci omnia, non
aut ii homines, aut tota natio delectaret: p
eſt levitatis, et aſſentationis hominum, non
ſed temporibus ſervientium. Sed, ut ad Ze
vertar: quum is de M. Caſcellii ſermone ſec
to, quae tu ſcribis, ea ipſa loqueretur, ob
ſermoni, et hominem in familiaritatem rece
autem quae fuerit cupiditas tanta neſcio, quo
cupiiſſe te, quoniam Smyrnae duo Myſios
in culeum, ſimile in ſuperiore parte provinci
exemplum ſeveritatis tuae: et idcirco Zeuxin
omni ratione voluiſſe: quem adductum in

---

2. *Blaudenio*] ex urbe Blaudo, quae eſt in Phrygia. *Manut.*

ambitioſum] tam cupidum eorum gratiam captandi.

inimiciſſimi] Vulgo addebatur *mei*, quod auctore Manutio, cui ſuffragatur Erneſtius, delevi.

nugas maximas
mos infimaeque c
homines. *Manut.*

*levitatis aſſentat
minum*] Vulgo *le
ſentationis animor*
de Erneſtii ſententi

e dimitti non oportuerit; conquiri vero, et elici tiis (ut tu scribis) ad iudicium, necesse non ɜum praesertim hominem, quem ego et ex suis ;, et ex multis aliis quotidie magis cognosco rem esse prope, quam civitatem suam.

: enim Graecis solis indulgeo. Quid? L. Cae- 3 nonne omni ratione placavi? quem hominem? ? quo spiritu? quem denique, praeter Tusce- cuius causa sanari non potest, non mitigavi? ıpra caput homo levis, ac sordidus, sed tamen i censu, Catienus: etiam is lenietur. Cuius atrem quod fuisti asperior, non reprehendo: nim scio te fecisse cum causa. Sed quid opus ısmodi literis, quas ad ipsum misisti? illum . sibi ipsum constituere, ex qua tu eum ante sses: te curaturum, fumo ut combureretur, ıte tota provincia. Quid vero ad C. Fabium, quem? (nam eam quoque epistolam T. Catie-

---

us causa sanari non sc. quia in eum iam animadverterat ut 7. *Ernesti.*

tri censu] non ex ordine, cuius cen- , quadringenta mil- mum: sed eo censu et- ei per domesti- n equestrem adipisci em. Nam quorum infra quadringenta sset, iis non licebat.

ut combureretur] *fumo* esse vitiosum ıen placet Ursini coniectura *furno*. *Ernesti.* Sed verum est, ut opinor, *fumo*. Lipsius enim de cruce lib. III. c. 10. docuit, Quinti minas eo spectasse, ut ille cruci affixus fumo ustularetur. Hanc supplicii crudelitatem haud inauditam fuisse Lipsius compluribus exemplis monstravit; ut ex Lampridio, qui narrat Alexandrum Imp. quempiam qui fumum vendiderat ad stipitem ligari praecepisse, et fumo apposito, quem ex stipulis et humidis lignis fieri iusserit, necasse.

nus circumgestat) renuntiari tibi, Licinium
rium cum suo pullo milvino tributa exigere? I
rogas Fabium, ut et patrem, et filium vivos c
rat, si possit: sin minus, ad te mittat, uti iudici
burantur. Hae literae abs te per iocum missae
Fabium, si modo sunt tuae, quum leguntur, i
sam atrocitatem verborum habent.

4 Ac, si omnium mearum literarum praece
petes; intelliges, nihil esse a me, nisi orationi
bitatem, et iracundiam, et, si forte, raro lite
missarum indiligentiam reprehensam. Quibus c
in rebus si apud te plus auctoritas mea, quam t
natura paullo acrior, sive quaedam dulcedo iraci
sive dicendi sal, facetiaeque, valuisset, nihil sani
quod nos poeniteret. Et mediocri me dolore
affici, quum audiam, qua sit existimatione Vir
qua tuus vicinus Cn. Octavius? Nam si te int
bus vicinis tuis, Ciliciensi, et Syriaco anteponi
de magnum facis. Atque is dolor est, quod qu

---

plagiarium] nempe quaestum faciebat ex emendis vendendisque mancipiis. Eiusmodi negotiatores mangones, et si liberos homines vendebant, quod vetitum erat legibus, *plagiarii* vocabantur.

cum suo pullo milvino] videtur fuisse Licinii servulus, aut certe comes in rapinis hoc nomine; addit pullo, per iocum, ad rapacitatem indicandam, quia milvii rapaces. *Manut.* Rectius autem Ernestius *pullum* intelligit Licinii filium, quia mox pater et filius iunguntur de iisde dubio.

4. *indiligentiam*] negligentiam, et in in literis scribendis tionem.

valuisset] Optime sic edidit Ernestius tioso *valuissent.* enim verbum ex *au* *mea.*

Ciliciensi et Syriac liciensis qui fuerit ig Syriacus fuit L. I Phil. XI. 12. *Ernesti*

valde magnum] c nia.

s nominavi, te innocentia non vincant, vincunt en artificio benivolentiae colligendae, qui neque ım Xenophontis, neque Agesilaum noverint: um regum summo in imperio nemo umquam ım ullum asperius audivit.

Sed haec a principio tibi praecipiens, quantum cerim, non ignoro. Nunc tamen decedens (id mihi iam facere videris) relinque, quaeso, quam dissimam memoriam tui. Successorem habes ındum: cetera valde illius adventu tua requiren-In literis mittendis (ut saepe ad te scripsi) ni-te exorabilem praebuisti. Tolle omnes, si po-ıiquas, tolle inusitatas, tolle contrarias. Statius ıarravit, scriptas ad te solere afferri, ab se legi: iniquae sint, fieri te certiorem. Antequam vero d te venisset, nullum delectum literarum fuisse: esse volumina selectarum epistolarum, quae re-ndi solerent. Hoc de genere nihil te nunc qui-noneo: sero est enim, ac scire potes, multa, rie, diligenterque monuisse. Illud tamen, quod pompo mandavi, quum essem admonitus ab ipso, ıer homines amantes tui, quod est facile, ut enera tollantur epistolarum, primum iniquarum: : contrariarum: tum absurde, et inusitate scri-n: postremo in aliquem contumeliosarum. At-ço haec tam esse, quam audio, non puto: et si ıccupationibus tuis minus animadversa, nunc ;e, et purga. Legi epistolam, quam ipse scri-Sulla nomenclator dictus est, non probandam; onnullas iracundas.

ıntrarias] in quibus tuis epistolis repu-et a te ipso discedere ita ut cum dignitate prae-toris et consuetudine conci-liari nequeat scribendi ge-nus.

·de et inusitate] h. e.

quam ipse scripsisse Sulla

6 Sed tempore ipſo de epiſtolis. Nam quu paginam tenerem, L. Flavius, praetor deſignat me venit, homo mihi valde familiaris. Is mi ad procuratores ſuos literas miſiſſe, quae mil ſunt iniquiſſimae, ne quid de bonis, quae L. Naſonis fuiſſent, cui L. Flavius heres eſt, d rent ante, quam C. Fundanio pecuniam ſol Itemque miſiſſe ad Apollonidienſes, ne de quae Octavii fuiſſent, deminui paterentur, pri Fundanio debitum ſolutum eſſet. Haec mihi v lia non videntur. Sunt enim a prudentia tua ı ſima. Ne deminuat heres? Quid ſi infitiatur? omnino non debetur? Quid? praetor ſolet i deberi? Quid? ego Fundanio non cupio? non ſum? non misericordia moveor? nemo magis: iuris eiusmodi eſt quibusdam in rebus, ut nihil gratiae. Atque ita mihi dicebat Flavius ſcrip ea epiſtola, quam tuam eſſe dicebat, te aut qu

---

nomenclator] de miniſtris Quinti, a quo ſcriptam epiſtolam Quinti annulo obſignatam Cicero legerat, minime probandam. *Manut.* Erneſtius negat ſe videre cur *ipſe* hic additum ſit. Arbitror autem ſignificari hanc epiſtolam a Sulla nomenclatore Quinto ſuppoſitam, non Quinto dictante ſcriptam.

6. *ſed tempore ipſo de epiſtolis*] opportune haec de epiſtolis a te paullo conſideratius ſcribendis. *Manut.*

L. Flavius] idem eſt, qui Afrānio et Metello Celere Coſſ. tribunus plebi et a quo Dio Caſ XXXVII. narrat c Metellum in carce ctum, omnesque c adire velleret, adit bitos eſſe, qui agris inter Pompei dividendis acerrim poſuiſſet.

praetor ſolet iud. beri] Praetor ut in legibus oſtendimus dicabat ſed ius dic dicabant autem i praetore dati, qu de cauſis, tum etia in quibus petita pe

s gratias acturum, aut quasi inimicis incommom. Quid multa? ferebat graviter, et vehemen-:cum querebatur, orabatque, ut ad te quam diſſime ſcriberem: quod facio, et te prorſus veter etiam atque etiam rogo, ut et procuratoriıvii remittas de diminuendo, et Apollonidien-nequid perſcribas, quod contra Flavium ſit: s, et Flavii cauſa, et ſcilicet Pompeii, facias Nolo mediusfidius ex tua iniuria in illum, tibi :m me videri. Sed te oro, ut ipſe auctoritat monumentum aliquod decreti, aut literarum ı relinquas, quod ſit ad Flavii rem, et ad cau-:ommodatum. Fert enim graviter homo et mei ıntiſſimus, et ſui iuris, dignitatisque retinens; l te neque amicitia, neque iure valuiſſe: et, ut , Flavii aliquando rem et Pompeius, et Caeſar nmendarunt: et ipſe ad te ſcripſerat Flavius, et rte. Quare ſi ulla res eſt, quam tibi me facienetente putes, haec ea ſit. Si me amas, cura,

---

, nec ne, iudicari ɔat. Monet igitur m contra conſuetueum feciſſe, qui iuit deberi. *Manut.*

ımodaturum] Sic aue cod. Palat. IV. laudat Gruterus re- Vulgo *incommoda* ı. Sed alia quoque erbis corrupta viden-:t res ipſa habet alibſcuritatis.

ehementer] Ita ſcrin eſſe pro *id vehe-* monuit Erneſtius.

ttas de diminuendo] permittas ut de bonis Octavii deminuere poſſint. *Manut.*

Nolo mediusfidius] noli credere, me hac de re propterea tecum agere, quia liberalitatis laudem quaeram ex eo facto, quod iniurioſum eſt. Ego tuam iniuriam tolli volo, exiſtimationis tuae cauſa; non id ago, ut videor in Flavium liberalis. *Manut.*

ſed te oro ut ipſe] Vulgo *ſed et te oro ut tu ipſe.* Quod recepi, Erneſtio poſt Faernum placuit.

elabora, perfice, ut Flavius et tibi, et mihi qu: ximas gratias agat. Hoc te ita rogo, ut mai(dio rogare non possim.

7. Quod ad me de Hermia scribis, mihi mel valde molestum fuit. Literas ad te parum f scripseram: quas oratione Diodoti, Luculli commotus, de pactione statim quod audieran cundius scripseram, et revocare cupiebam. I epistolae non fraterne scriptae, fraterne debes ign De Censorino, Antonio, Cassio, Scaevola, te diligi (ut scribis) vehementer gaudeo. Cetera fue eadem epistola graviora, quam vellem, ὀρθὰν τ(

---

7. *literas ad te parum fraterne scripseram*] Non placet *literas* — *scripseram* *quas* — *scripseram*. Fortasse igitur Cicero sic exaravit: *literas ad te oratione Diodoti Luculli liberti commotus* — *iracundius scripseram.*

revocare cupiebam] volebam eam iam tabellario datam, si fieri posset retrahere, eamque abolere, ne tibi in manus veniret.

cetera fuerunt in eadem epistola graviora] Fluctuant hic interpretes; et sane locus est difficilis. Nam non satis apparet, utrum *in eadem epistola* referatur ad epistolam Marci ad Quintum fratrem scriptam, quam paulo ante ait iracundius et parum fraterne scriptam, an potius ad Quinti literas quibus illi Marci epistolae responderat. Equidem prorsus assentior Wielanc hoc ingeniose et s(expedivit, haec om Quinti epistolam pe(qua se Marco fratri rit, et obiurgation sibi molestissimas fuiss dens graecis quoq(versiculis usus fueri(igitur Cicero illum reprehensiones suas easque gravioribus ve tudisse, quam vellet.

'Ορθὰν τὰν ναῦν] verba sunt e Graeca tia εὖ ἴσθι, Ποσειδᾶν, θὰν τὰν ναῦν κατ(quae latine est etiam Senecam ep. 85. N *nunquam hanc nave rectam.* Haec Vi(Lipsius autem ad Sen(laudat etiam veteren ptorem Teletem, ex (sententia eadem ap(baeum c. 106. *Ernesti.*

ἐξ θανεῖν. Maiora ista erunt. Meae obiurga-
fuerunt amoris plenissimae, quae sunt nonnul-
d tamen mediocres, et parvae potius. Ego te
am ulla in re dignum minima reprehensione pu-
quum te sanctissime gereres, nisi inimicos mul-
eremus. Quae ad te aliqua admonitione, aut
atione scripsi, scripsi propter diligentiam cau-
meae, in qua et maneo, et manebo, et, idem
ts, non desistam rogare.
talus Iphemenus mecum egit, ut se ne impedi- 8
uo minus, quod ad Q. Publiceni statuam de-
est, erogaretur: quod ego te et rogo, et ad-
, ne talis viri, tamque nostri necessarii, hono-
nui per te, aut impediri velis. Praeterea Ae-
agoedi, nostri familiaris, Licinius servus, tibi
aufugit. Is Athenis apud Patronem Epicureum
ero fuit. Inde in Asiam venit. Postea Plato
Sardianus, Epicureus, qui Athenis solet esse
a, et qui tum Athenis fuerat, quum Licinius eo

---

verba sunt boni gu-
ris; qui Neptuno de-
, se etiam in maxima
ate navem recte gu-
rum; eoque dicto uti
Quintus, ut quicquid
alevoli mentiantur, se
provinciam recte ad-
turum profiteretur.

θανεῖν] Ex Aeschyli
h. vincto v. 749. Κρεῖσ-
εἰς ἅπαξ θανεῖν ἢ τὰς
ἡμέρας πάσχειν κακῶς.
to Quintus significasse
, sibi adeo caram esse
ationem suam, ut vel
otius cupiat, quam
e male audire.

maiora ista erunt] haec verba quoquo de vertas, nec autecedentibus nec consequentibus conveniunt, eaque vel corrupta, vel insititia esse arbitror.

Q. Publiceni] *Publiceni* quidem nomen vitiosum est, nec aliae lectiones prolatae adhuc satisfaciunt, ut *publicam*, quod in Ms. Gruterus reperit estque et in ed. Iens. Nomen hominis clari requiritur. *Ernesti.*

apud Patronem] de quo agitur ep. 1. lib. XIII. ad Fam.

veniſſet, quum eum fugitivum eſſe poſtea ex literis cognoſſet, hominem comprehendit, et ſtodiam Epheſi tradidit: ſed in publicam, an ir num, non ſatis ex literis eius intelligere pot Tu, quoquo modo, quoniam Epheſi eſt, homi veſtiges velim, ſummaque diligentia vel tecum cas. Noli ſpectare, quanti homo ſit: parvi en tii eſt, qui iam nihili ſit: ſed tanto dolore Aeſo affectus propter ſervi ſcelus, et audaciam, ut gratius facere poſſis, quam ſi illum per te rarit.

9 Nunc ea cognoſce, quae maxime exoptas. publicam funditus amiſimus: adeo ut Cato, ſcens nullius conſilii, ſed tamen civis Roman Cato, vix vivus effugerit; quod, quum Gabin ambitu vellet poſtulare, neque praetores diel quot adiri poſſent, vel poteſtatem ſui facerent, cionem adſcendit, et Pompeium privatum dict appellavit. Propius nihil eſt factum, quam ut

---

eſſe poſtea] Vulgo male *poſtea eſſe.*

in publicam an in piſtrinum] Sic Erneſtius recte edidit ex ed Rom. Vulgo *ſed in publicam vel in piſtrinum.*

9. *Cato adoleſcens*] C. Cato, is qui triennio poſt tribunus pl. rogationem promulgavit de abrogando Lentulo imperio lib. I. ad Fam. ep. 5. *Manut.*

effugerit] Sic Erneſtius recte. Vulg. *effugerat.*

concionem] ab aliquo magiſtratu datam. Nam alioqui privatus quum eſſet, concionari non p *Manut.*

privatum dictator pellavit] Lectionem tum quam Wouwerit enotavit et ed. Rom. unice veram, recipe dubitavi. Nam quod legitur *privatus dic appellavit*, et quod piunt, ac ſi Cato ac erit privatus Pompei ctatorem dicere ſ hoc adeo abſurdum miror id cuiquam potuiſſe. Nam furio ne et mente captum oporteret Catonem,

Ex hoc, qui sit status totius rei publicae, videtes. Nostrae tamen causae non videntur homiefuturi. Mirandum in modum profitentur, oft se, pollicentur: et quidem quum spe sum maxium maiore etiam animo; ut in hac re ne casum n ullum pertimescam. Sed tamen res sic se ha- Si diem nobis Clodius dixerit: tota Italia con-:, ut multiplicata gloria discedamus. Sin aui agere conabitur: spero fore, studiis non sonicorum, sed etiam alienorum, ut vi resistamus. s et se, et suos liberos, amicos, clientes, liber-:rvos, pecunias denique suas pollicentur. Nostra a manus bonorum ardet studio nostri, atque amo-ii qui antea aut alieniores fuerunt, aut languidionunc horum regum odio se cum bonis coniun-

---

ivatus arrogasset. Ne-:ro id cum huius Ca- animo ac voluntate ari potest, qui quum ieliorum partium, non to is erat, qui Pomotentiam augere vel-enique *dictatorem ap-* dictum esse pro *di-m dicere* aut *creare* emini. Itaque legen-*Pompeium privatum di-m appellavit;* i. e. ira-uod quum Gabinium bitu vellet postulare, ietores diebus aliquot possent vel potestatem erent, in concione in-est in Pompeium, ie privatum dictato-ppellavit, h. e. eum, um esset privatus tamen sibi vel dictatoris potentiam in re publica arrogaret.

tum maiore etiam animo] Hic vulgo adduntur ista: *spero superiores fore nos, confido animo*, quae iam Ursinus comprobante etiam aliqua ex parte veteri scriptura delenda censuerat. Nam sunt inficeta et glossatoris manum manifeste produnt.

in hac re] Ita erat auctoribus Manutio et Lambino legendum; non *in hac re publica.*

discedamus] ex iudicio.

horum regum] Pompeii, Caesaris consulis et Crassi qui perniciosam rei publ. societatem iniverant. Sic supra ep. 34.

gunt. Pompeius omnia pollicetur, et Caesar: (ego ita credo, ut nihil de mea comparatione nuam. Tribuni plebis designati sunt nobis amici. ſules se optime ostendunt. Praetores habemus a ſimos, et acerrimos cives, Domitium, Nigidium, mium, Lentulum; bonos etiam alios: sed h(gulares. Quare magnum fac animum habeas, e(bonam. De singulis tamen rebus, quae quotid rantur, faciam te crebro certiorem.

---

de mea comparatione] ita credo, ut nihilo me languidius comparem et muniam.

tribuni plebis — amici] designati autem erant praeter Clodium hi: L. Mummius, L. Antistius, P. Aelius Ligus, Cn. Manlius, L. Novius, C. Claudius, C. F. M. N. Marcellus, Q. Terentius Q. F. Q. N. Culeo, C. Alfius, Cn. Domitius L. F. Cn. N. Ahenobarbus.

Domitium] L. Domitium Ahenobarbum, Caesaris inimicissimum, quem praetorem cum C. Memmio collega, quem hic Cicero nominat, de eius actis ad senatum retulisse Suetonius prodidit.

Nigidium] P. Nigidium Figulum, Romanorum omnium, uno excepto M. Varrone, doctissimum, ad quam est epistola lib. IV. ad *Manut.*

Memmium] C. mium, eum qui sacris tatis, quibus ipse pr(M. Luculli uxorem, cero ep. 23. 5. iocatur, vit; quique Cn. Pompe rem, per Curtium l grammaticum codicil stupro sollicitavit, ut libro de claris gramn *Manut.*

Lentulum] Recte tius et Pighius in anr h. a. docuerunt hun se L. Cornelium Le(Crus.

alios] nempe reliqu tores in annum sequ designati fuerunt L. F T. Ampius Balbus, l rentius Varro, M. l Suffenas.

EPISTOLA LIII. (Att. III. 3.)

Scr. in itinere initio mensis Aprilis A. U. C. 695.

L. Calpurnio Pisone Caesonino A. Gabinio Coss.

Rogat Atticum ut Vibonem ad se statim veniat.

CICERO ATTICO, S.

Utinam illum diem videam, quum tibi agam gratias, quod me vivere coëgisti! adhuc quidem valde me poenitet. Sed te oro, ut ad me Vibonem statim venias, quo ego multis de causis converti iter meum. Sed eo si veneris, de toto itinere, ac fuga mea consilium capere potero. Si id non feceris, mirabor, sed confido te esse facturum.

EPISTOLA LIV. (Att. II. 2.)

Scr. in oris Lucaniae VI. Id. Apr. A. U. C. 695.

Itineris causam exponit, et si Atticus venerit, se consilium totius rei capturum significat.

CICERO ATTICO, S.

Itineris nostri causa fuit, quod non habebam lo-

Epist. LIII. *Vibonem*] Vibon oppidum Bruttiorum perantiquum, quod etiam Vibo, Vibo Valentia et Valentia simpliciter dicebatur: olim Graecis Hippo et Hipponium. Fuit postea eo ducta colonia Romanorum. Hodie *Monte Leone*, eius navale *Bevona*. *Graev.*

multis de causis] praesertim ut Siciliam peterem. Orat. pro Planc. c. 40. *Corr.*

cum, ubi pro meo iure diutius esse possem, qua fundum Sicae; praesertim nondum rogatione c cta: et simul intelligebam, ex eo loco, si te habe posse me Brundisium referre; sine te autem non nobis illas partes tenendas propter Autronium. N ut ad te antea scripsi, si ad nos veneris, consilium tius rei capiemus. Iter esse molestum scio, sed calamitas omnes molestias habet. Plura scribere possum, ita sum animo perculso et abiecto. Cu valeas. Dat. VI id. Apr. in oris Luc.

EPISTOLA LV. (Att. III. 4.)

Scr. in itinere a Vibone Brundisium versus V. id. A. U. C. 695.

Cur subito a Vibone discesserit exponit, Atticumque, u se properet, rogat.

Epist. LIV. *in fundum Sicae*] eadem orationis figura dixit in Divinatione c. 20. *exteris nationibus quae in amicitiam populi Rom. ditionemque essent* et in Verr. Act. II. or. 5. c. 38. *qui illam partem urbis tenerent in eorum potestatem portum futurum intelligebant;* quod Gellius notavit N. A. l. 7. *Manut.* Fundus hic Sicae erat prope Vibonem, quo Cicero ibat eo consilio, ut inde in Siciliam aut Meliten pergeret, ibique maneret, si sibi per legem Clodiam liceret. Sin minus, decreverat Brundisium se referre; et inde navi Graeciam petere; cui navigationi non audebat se committere propter inimicum suum Autronium, in Graecia exsulabat. scribit sibi tenendas no se partes illas sine A *Bosius.*

Autronium] P. A nium e coniuratis unum lust. in Catil. nunc exsu et ob id mihi inimicum, sertim quum in eum test nium dixerim. Orat. Sulla c. 6. Sane e coniuncti Ciceroni in parabant. Orat. pro P c. 41. *Corr.*

in oris Luc.] i. e. caniae e correctione I In edd. pr. *in Naris* quod Tunstallus p. 89. *in Naris fluminis luco* egressurus hanc epist scripserit. *Ernesti.*

CICERO ATTICO. S.

Miseriae nostrae potius velim quam inconstantiae tribuas, quod a Vibone, quo te arcessebamus, subito discessimus. Allata est enim nobis rogatio de pernicie mea; in qua, quod correctum esse audieramus, erat eiusmodi, ut mihi ultra quadringenta millia liceret esse. Illo quum pervenire non liceret, statim iter Brundisium versus contuli ante diem rogationis; ne et Sica, apud quem eram, periret; et quod Melitae esse non licebat. Nunc tu propera, ut nos consequare, si modo recipiemur. Adhuc invitamur benigne. Sed quod superest timemus. Me, mi Pomponi, valde poenitet vivere. Qua in re apud me tu plurimum valuisti. Sed haec coram. Fac modo, ut venias.

EPISTOLA LVI. (Att. III. 1.)

Scr. VI. id. April. A. U. C. 695.

Iterum orat, ut Atticus se quam primum consequatur.

CICERO ATTICO, S.

Quum ante maxime nostra interesse arbitrabar, te

Epist. LV. *discessimus*] Nam Sicilia prohibitus a C. Virgilio repente consilium mutavi, et iter Vibone Brundisium terra petere decrevi. Orat. pro Planc. c. *Corr.*

illo] ultra quadringenta millia passuum. Petieram Vibonem eo consilio, ut vel in Siciliam transiicerem; vel Melitam adnavigarem. Postea rogatione lecta intellexi, si peterem Siciliam progredi ultra quadringenta millia ante rogationis diem non posse; de Melita vero non esse cogitandum; si quidem ultra quadringenta millia non esset; iter igitur pedibus Brundisium versus contuli, ut inde Macedoniam navigarem. *Manut.*

periret] ne poenam subiret, quam Clodius irrogabat ei, qui Ciceronem intra quadringenta millia tecto recepisset. *Manut.*

esse nobiscum; tum vero, ut legi rogationem, lexi, ad iter id, quod constitui, nihil mihi op cadere posse, quam ut tu me quam primum con re; ut, quum ex Italia profecti essemus, sive pe rum iter esset faciendum, tuo tuorumque pr uteremur; sive aliud quid agendum esset, certu silium de tua sententia capere possemus. Quam te oro, des operam, ut me statim consequare. lius potes; quoniam de provincia Macedonia lex est. Pluribus verbis tecum agerem, nisi p apud te res ipsa loqueretur.

EPISTOLA LVII. (Att. III. 5.

Scr. Thurii IV. id. Apr. A. U. C. 695.

Gratissima sibi esse Attici in Terentiam officia scribit se ipsum, quem semper amaverit, miserum quoque amore complectatur, rogat.

CICERO ATTICO, S.

Terentia tibi et saepe, et maximas agit g id est mihi gratissimum. Ego vivo miserrimus, ximo dolore conficior. Ad te quid scribam Si enim es Romae, iam me assequi non pote es in via, quum eris me assequutus, coran mus, quae erunt agenda. Tantum te oro, ut niam me ipsum semper amasti, eodem amo Ego enim idem sum. Inimici mea mihi, n

---

Epist. LVI. *perlata lex est*] qua L. Pisoni provincia data fuit; propter quam scil. consultum erat, Atticum exire ex urbe et in provinciam proficisci. *Ern.*

Epist. LVII. *me* i. e. non splendorem gratiam etc. sed a *Ernesti.*

inimici mea mihi] *inimici mei mea mi*

ı ademerunt. Cura, ut valeas. Dat. IV. id. Thurii.

ƎPISTOLA LVIII. (Att. III. 6.)

r. de Tarentino VIII. Kal. Maii. A. U. C. 695.

n se non vidisse dolet, sibique iter esse in Asiam iat.

CICERO ATTICO, S.

on fuerat mihi dubium, quin te Tarenti, aut isii visurus essem: 'idque ad multa pertinuit; in t ut in Epiro consisteremus, et de reliquis rebus nsilio uteremur. Quoniam id non contigit, erit uoque in magno numero nostrorum malorum. iter est in Asiam maxime Cyzicum. Meos tibi endo. Me vix misereque sustento. Dat. VIII. ai. De Tarentino.

ISTOLA LIX. (ad Div. XIV. 4.)

Scr. Brundisii prid. Kal. Maii. A. U. C. 695.

·um infrequentiam excusat 1. Brundisio se profectum Macedoniam Cyzicum petere. 2. Sollicitum se esse niugis et liberorum fortuna. 3. De servis manumit- is 4. de malorum suorum consolatione ex conscien-

---

ei delendum esse vidit .

id. Apr.] Hoc die, x. id. Apr. ut vulgo hanc epistolam scri- esse oportuit.

t. LVIII. *in Asiam e Cyzicum*] Junius uorundam. auctorita- te delendum censebat *maxime.*

d. VIII. Kal. Maii] Sic bene cod. Helmst. quem secutus est Graevius. Vulgo d. XIV. Kal. Mai, quod non consentit cum sequentis epistolae initio.

tia virtutis 5. *De libertorum quorundam fide ficio*. 6.

TULLIUS TERENTIAE, ET TULLIOLA ET CICERONI SUIS, S. P. D.

Ego minus saepe ad vos do literas, quam pc propterea, quod quum omnia mihi tempora sunt ra, tum vero quum aut scribo ad vos, aut vestı go, conficior lacrimis, sic, ut ferre non p Quod utinam minus vitae cupidi fuissemus! cer hil, aut non multum in vita mali vidissemus. si nos ad aliquam alicuius commodi aliquando r randi spem fortuna reservavit, minus est erratum bis. Sin haec mala fixa sunt, ego vero te quaı mum, mea vita, cupio videre, et in tuo com emori: quando neque dii, quos tu castissime co neque homines, quibus ego servivi, nobis gratia tulerunt.

2 Nos Brundisii apud M. Laenium Flaccum XIII fuimus, virum optimum; qui periculum foı rum, et capitis sui prae mea salute neglexit, neq gis improbissimae poena deductus est, quo minu spitii, et amicitiae ius, officiumque praestaret. utinam aliquando gratiam referre possimus! H mus quidem semper. Brundisio profecti sumus kalendas Maii. Per Macedoniam Cyzicum petebaı

3 O me perditum! O afflictum! quid nunc r te, ut venias, mulierem aegram, et corpore, et

---

Epist. LIX. 2. *M. Laenium Flaccum*] Vide lib. XIII. ad Div. ep. 63. Orat. pro Plancio c. 41. pro Sextio c. 67.

legis improbissimae] Clodiae, quae poenam irrogabat iis, qui Ciceronem recepissent intra cccc passuum. *Manut.*

prid. Kal. Mai] gendum esse constat extremae epistolae pta et ex ep. 60.

tam? non rogem? sine te igitur sim? Opinor, im. Si est spes nostri reditus, eam confirmes, n adiuves. Sin, ut ego metuo, transactum est, io modo potes, ad me fac venias. Unum hoc si te habebo, non mihi videbor plane perisse. juid de Tulliola mea fiet? iam id vos videte: mi-st consilium. Sed certe, quoquo modo se res it, illius misellae et matrimonio, et famae ser-im est. Quid? Cicero meus quid aget? Iste t in sinu semper, et complexu meo. Non queo iam scribere: impedit maeror. Tu quid ege-escio: utrum aliquid teneas, an, quod metuo, sis spoliata. Pisonem, ut scribis, spero fore r nostrum.

e familia liberata, nihil est, quod te moveat. 3
m, tuis ita promissum est, te facturum esse, ut ie esset meritus. Est autem in officio adhuc Or-: praeterea magnopere nemo. Ceterorum ser-ı ea causa est, ut, si res a nobis abisset, liber-ri essent, si obtinere potuissent; sin ad nos per-t, servirent, praeterquam oppido pauci. Sed ninora sunt.

u quod me hortaris, ut animo sim magno, et 4
habeam recuperandae salutis: id velim sit eius-

---

familia liberata] Te- audiverat Ciceronem suos et Terentiae manumisisse, eiusque ısa sollicitam se esse erat.
et] Vulg. *abesset* ni-t. Recte Lambinus it *abisset*. *Ernesti.*
tinere potuissent] h. e. uissent defendere li-ım a nobis datam, ne ea adimeretur, quod a nobis in fraudem legis liberati di-cerentur. *Ern.*

sin ad nos pertineret] Vulg. *pertinerent*. Quod Graevius ita explicabat: *sin;* (scil. a nobis res abesset) *ad nos per-tinerent*, nostri manerent. Sed hoc exprimitur vocabu-lo *servirent*. Itaque *perti-neret* reposui scil. res fami-liaris nostra.

modi, ut recte sperare possimus. Nunc, miser, q do tuas iam literas accipiam? quis ad me perfe quas ego exspectassem Brundisii, si esset licitum nautas, qui tempestatem praetermittere noluer Quod reliquum est, sustenta te, mea Terentia ut tes. Honestissime viximus; floruimus. Non vi nostrum, sed virtus nostra nos afflixit. Peccatum nullum, nisi quod non una animam cum orname amisimus. Sed si hoc fuit liberis nostris gratius, vivere: cetera, quamquam ferenda non sunt, mus. Atque ego, qui te confirmo, ipse me non sum.

6 Clodium Philetaerum, quod valitudine oc rum impediebatur, hominem fidelem, remisi. lustius officio vincit omnes. Pescennius est pe nivolus nobis: quem semper spero tui fore ob vantem. Sica dixerat se mecum fore; sed B disio discessit. Cura, quoad potes, ut valeas, sic existimes, me vehementius tua miseria, q mea commoveri. Mea Terentia, fidissima, at optima uxor, et mea carissima filiola, et spes liqua nostra, Cicero, valete. Pridie kalendas M Brundisio.

EPISTOLA LX. (Att. III. 7.)

Scr. Brundisii prid. Kal. Mai. A. U. C. 695.

Cur invitatus ab Attico ut apud se in Epiro sit, eo venire n exponit. 1. *Calamitatis suae magnitudinem queritur se nescire ubi fratrem visurus sit, Atticum vero v valde cupere scribit.* 3.

---

5. *tempestatem*] ventum secundum ad facultatem navigandi.

6. *Sica*] cuius in fi Vibonensi fuerat. Vid pra ep. 55.

CICERO ATTICO, S.

rundifium veni a. d. xiv kal. Maii; eo die pueri hi a te literas reddiderunt; et alii pueri post ertium eius diei alias literas attulerunt. Quod gas et hortaris, ut apud te in Epiro sim, volun- mihi valde grata est, et minime nova: sed et um mihi quidem optatum, si liceret ibi omne s consumere. Odi enim celebritatem; fugio ho- ; lucem aspicere vix possum. Esset mihi ista so- , praesertim tam familiari in loco, non amara- neris causa, ut devorterem, primum et devium; ab Autronio, et ceteris quatridui; deinde sine am castellum munitum habitanti mihi prodesset: unti, non est necessarium. Quod si auderem ım petere: sane ita cadebat, ut vellem. Nunc ri hostes ibi sunt; et te non habemus; et vere- ne interpretentur, illud quoque oppidum ab

---

. LX. 1. *sin itineris t devorterem*] Vulgo ii *sed;* illud ineptum, erum satis convenit. igitur *sin;* quod re- ad *si liceret.*

llum munitum] vel ti, vel in praedio At- ope Buthrotum.

si auderem Achaiam] fidenter sic edidi, lg. *quod si auderem,* s *peterem.* Emenda- confirmat initium ep. ait: *Brundisio profi- scripseram ad te, quas as in Eprium non esse- ofecti, quod et Acha- e plena esset audacis- simorum inimicorum.* Ergo in hac epistola Achaiam nominaverit necesse est. Praeterea Athenas *oppidum* dicere non poterat; nec vereri ne Athenae ab Italia non satis abessent, quum ei liceret esse Thessalonicae, quod oppidum certe propius aberat ab Italia. Id vidit Malaspina; neque tamen quomodo corrigendum esset, intelligebat. Ursinus autem frustra suspicatur *Athenas* hic esse nomen oppidi alicuius ignobilis.

illud quoque oppidum] Buthrotum tuum.

Italia non satis abesse: nec scribis, quam ad d
exspectemus.

2 Quod me ad vitam vocas, unum efficis, ut manus abstineam; alterum non potes, ut me n stri consilii vitaeque poeniteat. Quid enim est, me retineat, praesertim si spes ea non est, qu proficiscentes prosequebatur? non faciam, ut e rem miserias omnes, in quas incidi per summar riam, et scelus non tam inimicorum meorum, invidorum, ne et meum maerorem exagitem, e eundem luctum vocem. Hoc affirmo, nemin tem magis optandam fuisse: cuius oppetendae t honestissimum praetermissum est. Reliqua te non sunt iam ad medicinam, sed ad finem doloris

3 De re publica video te colligere omnia, quae aliquam spem mihi posse afferre mutandarum r quae quamquam exigua sunt, tamen, quoniam p exspectemus. Tu nihilo minus, si properaris consequere. Nam aut accedemus in Epirum; a de per Candaviam ibimus. Dubitationem aut Epiro non inconstantia nostra afferebat, sed qu fratre, ubi eum visuri essemus, nesciebamus. quidem ego nec quo modo visurus, nec quî di rus sim, scio. Id est maximum et miserrimum

---

cuius oppetendae tempus honestissimum praetermissum est] nempe ut Clodii furores vi repellerem, etiam cum mortis periculo; honestum enim erat aut vincere, aut saltem fortiter pugnantem occumbere.

reliqua tempora] i. e. si nunc velim mortem oppetere, non iam medicina malorum quaeritur, sed finis dolorum, quos ex trist casu et miseria capio.

quem quidem — sci emendavi vulgatum: *quidem ego nec quomo* *surus*, *nec ubi dimissur* *nescio.* Quod nos edi firmatur loco epist. 6 fratri se purgans, quo non viderit: *deinde* i *congressus nostri la* *tionem pertimui; dig*

rum omnium miferiarum. Ego et saepius ad te, et plura fcriberem, nifi mihi dolor meus quum omnes partes mentis, tum maxime huius generis facultatem ademiffet. Videre te cupio. Cura ut valeas. Dat. prid. kal. Maii Brundifii.

EPISTOLA LXI. (ad Att. III. 8.)

Scr. Theffalonicae IV. Kal. Jun. A. U. C. 695.

ollicitudinem fuam fratris periculo augeri fcribit 1. *Attici epiftolae refpondet*, 2. *fe malorum fuorum memoria et metu de fratre in fcribendo impediri fatetur* 3.

CICERO ATTICO, S.

Brundifii proficifcens fcripferam ad te, quas ob aufas in Epirum non effemus profecti; quod et Achaa prope effet plena audaciffimorum inimicorum, et exitus difficiles haberet, quum inde proficifceremur. Acceffit, quum Dyrrhachii effemus, ut duo nuntii afferrentur; unus, claffe fratrem Ephefo Athenas; alter, pedibus per Macedoniam venire. Itaque illi obviam mifimus Athenas, ut inde Theffalonicam veniret. Ipfi proceffimus, et Theffalonicam a. d. x kal. Jun. venimus; neque de illius itinere quicquam certi habebamus, nifi eum ab Ephefo ante aliquanto profectum. Nunc, iftic quid agatur, magno opere timeo; quamquam tu altera epiftola fcribis id. Mai. audiri,

---

vero tuum non tuliffem. Idem ep. 62. aliis verbis exprimitur. Ceterum *fcio* pro *nefcio* iam Erneftius et edd. pr. Rom. Jenf. aliis reftituit.

Epift. LXI. 1. *pedibus*] terreftri itinere.

iftic] Romae.

magno opere timeo] timebat, ne quis accufaret repetundarum Q. fratrem ex provincia redeuntem ep. 62, 1. *Manut.*

fore, ut acrius postularetur; altera, iam esse n
Sed haec est pridie data, quam illa; quo con
magis. Itaque, quum meus me maeror quot
lacerat et conficit, tum vero haec addita cura
hi vitam reliquam facit. Sed et navigatio perd
fuit: et ille incertus, ubi ego essem, fortasse
cursum petivit. Nam Phaëtho libertus eum no
vento reiectus ab illo in Macedoniam, Pella
praesto fuit. Reliqua quam mihi timenda sint
nec, quid scribam, habeo, et omnia timeo; nec
serum est quicquam, quod non in nostram fortu
dere videatur. Equidem adhuc miser in maxim
aerumnis et luctibus, hoc metu adiecto, mane
salonicae suspensus. Nec audeo quicquam.

2 Nunc ad ea, quae scripsisti. Tryphonem
lium non vidi. Sermonem tuum, et Pompeii
vi ex tuis literis. Motum in re publica non
ego impendere video, quantum tu aut vides,
me consolandum affers. Tigrane enim n
sublata sunt omnia. Varroni me iubes agere g

---

ut acrius postularetur] accusaretur frater. Accusatorem Atticus in epistola sua nominarat; Cicero nomen omittit. *Manut.*

sed et navigatio] Q. fratris.

2. *Tigrane*] „Pompeius post triumphum Mithridaticum Tigranis filium in catenis deposuerat apud Flavium senatorem; qui postea quum esset praetor eodem anno, quo tribunus plebis Clodius; petit ab eo Clodius super coenam, ut Tigranem adduci iuberet, ut eum videret, adductum collo convivium; dein Fla reddidit; Tigranem et habuit extra cater repetenti Pompeio r postea in navem d et quum profugeret, state delatus est Ilico, ut deduceret Clodius, Sex. Clodi quo supra dixi, mi eum reduceret. Flav que, re cognita, piendum Tigranem ctus est. Ad quar pidem ab urbe pug est; in quo multi

; item Hypsaeo. Quod suades, ne longius dis-
ıs, dum acta mensis Maii ad nos perferantur:
e ita esse facturum; sed ubi, nondum statui. At-
perturbato sum animo de Quinto, ut nihil queam
e. Sed tamen statim te faciam certiorem.
: epistolarum mearum inconstantia puto te men- 3
ae motum videre; qui, etsi incredibili et singu-
lamitate adflictus sum, tamen non tam est ex
ı, quam ex culpae nostrae recordatione, com-
Cuius enim scelere impulsi, ac proditi simus,
·osecto vides: atque utinam iam ante vidisses!
totum animum tuum maerori mecum simul de-
Quare quum me adflictum, et confectum luctu
, existimato me stultitiae meae poenam ferre
s, quam eventi; quod ei crediderim, quem esse
ım non putarim. Me et meorum malorum me-
, et metus de fratre in scribendo impedit. Tu
ınia vide et guberna. Terentia tibi maximas gra-
;it. Literarum exemplum, quas ad Pompeium
, misi tibi. Dat. IIII kal. Iun. Thessalonicae.

:PISTOLA LXII. (Att. III. 9.)

Scr. Thessalonicae Idib. Iun. A. U. C. 695.

ıtris videndi occasione consulto vitata, 1. *de spe me-*
's fortunae ab Attico facta, 2. *de causis quae ipsum*
'salonicae teneant. 3.

---

arte ceciderunt; plu-
men ex Flavii, inter
:t M. Papirius, eques
nus, publicanus, fa-
is Pompeio. Flavius
›mite vix Romam per-
Haec Asconius nar-
. Cic. Orat. pro Milo-
Cicero autem, quod
eius illud Clodii faci-
nus inultum neglexerit non
sine causa suspicatur nihil
sibi esse ab eius in Clodium
ira sperandum.

3. *impulsi*] impulsi ad
agendum quod egerant, ac
deinde deserti. Pompeium
intelligit. *Ernesti*. Forsan
hic quoque simul Hortensium; ut ep. 62, 2.

3 Terentia tibi saepe agit gratias. Mihi etiam unum de malis in metu est, fratris miseri negotium: quod, si sciam, cuiusmodi sit; sciam, quid agendum mihi sit. Me etiam nunc illorum beneficiorum, et literarum exspectatio, ut tibi placet, Thessalonicae tenet. Si quid erit novi allatum, sciam de reliquo, quid agendum sit. Tu si, ut scribis, kal. Iun. Roma profectus es, propediem nos videbis. Literas, quas ad Pompeium scripsi, tibi misi. Dat. id. Iun. Thessalonicae.

EPISTOLA LXIII. (ad Q. Fr. I. 3.)

Scr. Thessalonicae Id. Iun. A. U. C. 695.

Quod pueros ad Quintum sine literis miserit, id se non iracundia adductum fecisse, nec quod fratrem videre noluerit. 1. *Hortatur ut se erigat et confirmet, si qua ei subeunda dimicatio fuerit.* 2. *Denique gratias fratri pro oblatis facultatibus agit;* 3. *et quibus potentium fidendum, aut non credendum sit monet,* 4. *suosque fratris amori commendat.* 5.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Mi frater, mi frater, mi frater, tune id veritus es, ne ego iracundia aliqua adductus pueros ad te sine literis miserim? aut etiam ne te videre noluerim? Ego tibi irascerer? tibi ego possem irasci? scilicet: tu enim me afflixisti: tui me inimici, tua me invidia, ac non ego te misere perdidi. Meus ille laudatus consu-

---

mihi auctores vivendi fuissis, quum ego interitum gloriosum aerumnosae vitae anteferrem ep. 60. *Manut.*

3. *negotium*] metus accusationis ep. 61. *Manut.*

Epist. XIII. 1. *noluerim*] Sic edd. pr. Male Lambin. et Gruterus *voluerim.*

mihi te, liberos, patriam, fortunas; tibi ve- quid eripuerit, praeter unum me. Sed certe ihi omnia semper honesta, et iucunda cecide- me tibi luctus meae calamitatis, metus tuae, um, maeror, solitudo. Ego te videre nolue- nmo vero me a te videri nolui. Non enim vi- atrem tuum; non eum, quem reliqueras; non juem noras; non eum, quem flens flentem, entem proficiscens dimiseras; ne vestigium eius, nec simulacrum; sed quandam effigiem s mortui. Atque utinam me mortuum prius, aut audisses! Utinam te non solum vitae, sed gnitatis meae superstitem reliquissem! Sed te- nes deos, me hac una voce a morte esse revo- quod omnes in mea vita partem aliquam tuae positam esse dicebant. Quare peccavi, scele- feci. Nam si cecidissem, mors ipsa meam ı, amoremque in te facile defenderet. Nunc, ut vivo me careres, vivo me aliis indigeres; c in domesticis periculis potissimum occideret, pe alienissimis praesidio fuisset. Nam quod ad sine literis venerunt, quoniam vides non fuis- adiam in causa, certe pigritia fuit, et quaedam

---

n te non solum vitae] res et sententia vi- r postulare, ut esset *um dignitatis sed tae.* Quod cur illi :, non assequor. Im- m Cicero dixisset: *ne mortuum prius* recte poterat adde- *ue utinam me non ortuum, sed cum di- mortuum vidisses;* idque ipsum exprimitur ser- vato verborum ordine, quem MSS. et edd. tenent consensu.

iracundiam in causa] Hanc lectionem praetuli, ut se- quentibus aptissimam, quum alii habeant *iracundiae cau- sa*, Lambinus *iracundiam causam.* Gruterus delen- dum censebat *causa*, et tantum *non fuisse iracundiae* legendum.

infinita vis lacrimarum, et dolorum. Haec ipl quo fletu putas scripsisse? eodem, quo te legere scio. An ego possum aut non cogitare aliquan te, aut umquam sine lacrimis cogitare? Quum te desidero, fratrem solum desidero? Ego vero tate aequalem, obsequio filium, consilio par(Quid mihi sine te umquam, aut tibi sine me dum fuit? Quid, quod eodem tempore desidero l qua pietate, qua modestia, quo ingenio? effigie sermonis, animi mei? Quid filium venustissimun hique dulcissimum? quem ego ferus, ac fer complexu dimisi meo, sapientiorem puerum qua lem; sentiebat enim miser iam, quid ageretur. vero tuum filium? quid imaginem tuam, quam

---

suavitate aequalem] Sic recte Manutius, ut Petrarca quoque ep. 107. in codice suo legerat, nec erat cur repugnaret Ernestius. Vulgo *ego vero suavitate prope fratrem prope aequalem.* Ernestius edidit *suavitate fratrem prope aequalem.* Sed quum antea iam Cicero negasset, se, quum Quintum desideret, fratrem solum desiderare, cur hic *fratrem* repeteret? Inter adolescentes aequalium familiaritas suavissima solet esse, et eiusmodi amicitia fere constans ac perpetua. Itaque quum Cornelius Nepos amicitiae inter Brutum et Atticum summam necessitudinem significare vellet, ait nullo illum adolescentem aequali familiarius quam hoc sene usum esse; Att. c. 8.). Ceterui adverbium *prope* ex accessit; quum scriptu *fratrem aequalem*, ali didit *prope*, ut Marc quot annis maiorem moneret.

sapientiorem quam i sapientiorem, quia gebat plus, quam *Quam vellem*, quia n pater filium non int(magnitudinem mali, nus doleret. *Ernesti*

quid imaginem omnes libri *imaginem* At ego non dubitavi *tuam*, ut Manutio e bino placuit. Nam i sic iubet. In blandi liberos parentibus mos dicere. *Ernesti*

et amabat, ut fratrem, et iam, ut maiorem n, verebatur? Quid? quod mulierem miserri- fidelissimam coniugem, me prosequi non sum , ut esset quae reliquias communis calamitatis, mes liberos tueretur? Sed tamen, quoquo potui, scripsi, et dedi literas ad te Philogono, tuo, quas credo tibi postea redditas esse: in idem te hortor, et rogo, quod pueri tibi ver- eis nuntiarunt, ut Romam protinus pergas, et es. Primum enim te praesidio esse volui, si ent inimioi, quorum crudelitas nondum esset calamitate satiata. Deinde congressus nostri ationem pertimui; digressum vero non tulis- atque etiam id ipsum, quod tu scribis, metue- ne a me distrahi non posses. His de causis hoc um malum, quod te non vidi, quo nihil aman- s, et coniunctissimis fratribus acerbius; ac mi- videtur accidere potuisse, minus acerbum, mi- iserum fuit, quam fuisset quum congressio, tum igressio nostra.

unc, si potes, id quod ego, qui fortis tibi sem- debar, non possum, erige te, et confirma, si beunda dimicatio erit. Spero, si quid mea spes auctoritatis, tibi et integritatem tuam, et amo- n te civitatis, et aliquid etiam misericordiam no- raesidii laturam. Sin eris ab isto periculo va- ages scilicet, si quid agi posse de nobis putabis. o scribunt ad me quidem multi multa, et se spe- lemonstrant: sed ego, quid sperem, non dispi- quum inimici plurimum valeant, amici partim

sidio] Volui te Romae nquam in praesidio, s. ipse posses praesidio quis te accusaret.
catio] scil. si repetun- accusaretur.

si — spes habet auctorita- tis] si modo spes mea tibi non vana videbitur.
ab isto periculo] accusa- tionis.

deſeruerint me, partim etiam prodiderint; qui in meo reditu fortaſſe reprehenſionem ſui ſceleris pertimeſcant. Sed iſta qualia ſint, tu velim perſpicias, mihique declares. Ego tamen, quamdiu tibi opus erit, ſi quid periculi ſubeundum videbis, vivam. Diutius in hac vita eſſe non poſſum. Neque enim tantum virium habet ulla aut prudentia, aut doctrina, ut tantum dolorem poſſit ſuſtinere. Scio fuiſſe et honeſtius moriendi tempus et utilius; ſed non hoc ſolum, multa alia praetermiſi: quae ſi queri velim praeterita, nihil agam, niſi ut augeam dolorem tuum; indicem ſtultitiam meam. Illud quidem nec faciendum eſt, nec fieri poteſt, me diutius, quam aut tuum tempus, aut firma ſpes poſtulabit, in tam miſera, tamque turpi vita commorari: ut, qui modo fratre fuerim, liberis, coniuge, copiis, genere ipſo pecuniae beatiſſimus; dignitate, auctoritate, exiſtimatione, gratia non inferior, quam qui umquam fuerunt ampliſſimi; is nunc in hac tam afflicta, perditaque fortuna, neque me, neque meos lugere diutius poſſim.

3 Quare quid ad me ſcripſiſti de permutatione? quaſi vero nunc me non tuae facultates ſuſtineant. Qua in re ipſa video miſer, et ſentio, quid ſceleris admiſerim, quum de viſceribus tuis, et filii tui, ſatisfacturus ſis, quibus debes: ego acceptam ex aerario pecu-

---

2. *copiis, genere ipſo pecuniae*] Manutius malebat, *genero ipſo, pecunia*, ut ad Piſonem pertineret. Sed locus verbi eſt ab ea coniectura alienus. Dixiſſet *coniuge, genere, copiis*. Tum *pecunia* frigeret, quae in copiis intelligitur. *genere ipſo pecuniae* dicit, quod copias non malis artibus compararat, ſed parſimonia et hereditatibus, quae ei a viris bonis venerant, benivolentiae cauſa et honoris. *Erneſti.*

3. *de permutatione*] te, quum ad urbem perveneris, pecuniam, permutatione ſumptam, ſi ego vellem, curaturum. *Manut.*

acceptam — tuo nomine] quae ei ex aerario debebatur, ut praetori Aſiae decreta a ſenatu. *Erneſti.*

niam tuo nomine frustra dissiparim. Sed tamen et M. Antonio, quantum tu scripseras, et Caepioni tantumdem solutum est: mihi ad id, quod cogito, hoc, quod habeo, satis est. Sive enim restituimur, sive desperamur, nihil amplius opus est.

Tu si forte quid erit molestiae, te ad Crassum, et 4
ad Calidium conferas, censeo. Quantum Hortensio credendum sit, nescio. Me summa simulatione amoris, summaque assiduitate quotidiana sceleratissime, insidiosissimeque tractavit, adiuncto quoque Arrio: quorum ego consiliis, promissis, praeceptis destitutus, in hanc calamitatem incidi. Sed haec occultabis, ne quid obsint. Illud caveto, et eo puto per Pomponium fovendum tibi esse ipsum Hortensium, ne ille versus, qui in te erat collatus, quum aedilitatem pete-

---

et M. Antonio — et Caepioni] duobus Quinti creditoribus, quibus Cicero de pecunia ex aerario soluta, fratris nomine satis fecerat, antequam Roma discederet.

4. *molestiae*] ut aliquis nostris malis non contentus negotium tibi facessat. Sic ep. 69. *si te satis innocentia tua et misericordia hominum vindicat a molestia.* — *Manut.* Et hoc quidem verius, quam, quod Ernestio visum, de molestia a creditoribus Quinto forte metuenda, capere. Nam si Quintus aere alieno fuisset obrutus, profecto non potuisset Marco fratri pecuniam offerre, permutatione aut collybo ei, si uti vellet, tradendam.

conferas] auxilii causa; nec dubium est, de M. Crasso dici, qui a Parthis caesus est; et de M. Calidio, qui fuit orator dulcis potius, quam vehemens; et praetor anno proximo de reditu Ciceronis legem promulgavit. *Manut.*

versus, qui in te erat collatus] Ignoratur, sed res docet, in eo fuisse obiectum Quinto ambitum pecuniarium. *Versus de lege Aurelia* indicat in eo legem *Aureliam* commemoratam fuisse. Suspicatus sum interdum *de lege Aurelia* esse e glossa. Nam quum versus in aliquem collatus dicitur, indicatur applicatio versus, qui erat de alio proprie scriptus, in versu igitur qui

bas, de lège Aurelia, falso testimonio confirn
Nihil enim tam timeo, quam ne, quum intelliga
mines, quantum misericordiae nobis tuae prec
tua salus allatura sit, oppugnent te veheme

---

in Quintum conferebatur, non poterat lex Aurelia commemorari. Sed potest esse interpretatio Ciceronis ipsius. — *falso testimonio* Hortensii scil. *Ernesti.* Si *versum in aliquem conferre* significaret, applicare versum ad aliquem, qui esset de alio proprie scriptus, Ernestii sententiae subscriberem. At enim *conferre in aliquem* significat aliquid alicui tanquam auctori tribuere, sive sit ab eo sive ab alio profectum. Sic orat. pro Planc. c. 14. *permulta in Plancium, quae ab eo nunquam dicta sunt, conferuntur* i. e. ei tribuuntur. Ibid. paulo post: *stomachor vero, quum aliorum non me digna in me conferuntur.* Epist. ad Fam. VII. 32. *Ais omnia omnium dicta — in me conferri*, i. e. mihi tribui. Sic supra ep. 17. *quod abs te aiunt false in me solere conferri.* Itaque mihi Cicero vereri videtur, ne versus quidam, quo Hortensius aut alius quis hominum potentium illo tempore, quo Quintus aedilitatem petebat, laesus aut irrisus esset,

et qui iam tum esset (
auctori tributus, nun
testimonio confirmeti
eaque re offensio Hc
recrudescat. In ver
lege Aurelia non o
quaerere illam *de a*
de qua liquido non c
sed potest intelligi .
iudiciaria, etsi nullo
definiri potest, quid
versiculis in Quintum
tis, h. e. ad eum ad
relatis de lege Aure
ctum esset, quod h
sium aut alium qu
potentiorum homin
fendere posset.

quantum misericc
vereor ne inimici
quum intelligant q
tu si absolutus fueri
bus tuis pro me inte
misericordiae nobis
turus, te vehementi
pugnent, ne possis,
ipse condemnatus si
me deprecari. Qua
sus inutilis est Ernes
iectura, qui Ciceron
miseriae scripsisse opir
tua salus] liberati
dicio repetundarum
ei quidam minabant

Messalam tui studiosum esse arbitror: Pompeium etiam imulatorem puto. Sed haec utinam non experiare! uod precarer deos, nisi meas preces audire desissent. 'erumtamen precor, ut his infinitis nostris malis ontenti sint: in quibus non modo tamen nullius inest ccati infamia; sed omnis dolor est, quod optime fais poena est maxima constituta.

Filiam meam, et tuam, Ciceronemque nostrum, 5 id ego, mi frater, tibi commendem? quin illud ereo, quod tibi non minorem dolorem illorum oras afferet, quam mihi. Sed, te incolumi, orbi n erunt. Reliqua, ita mihi salus aliqua detur, potasque in patria moriendi, ut me lacrimae non unt scribere. Etiam Terentiam velim tueare, mihie de omnibus rebus rescribas. Sis fortis, quoad natura patiatur. Idibus Iuniis, Thessalonicae.

EPISTOLA LXIV. (Att. III. 10.)

Scr. Thessalonicae XIV. Kal. Quint. A. U. C. 695.

ibit, se, quoniam amici velint, bene de fortuna sua spe-aturum 1. suam tamen calamitatem ita magnam esse, ut b Attico potius relevandus, quam ob animi infirmitatem, biurgandus sit 2.

CICERO ATTICO, S.

Acta quae essent usque ad VIII kal. Iun. cognovi tuis literis. Reliqua exspectabam, ut tibi placebat, essalonicae: quibus allatis, facilius statuere potero sim. Nam, si erit causa, si quid agetur, si spem

---

. *afferet*] Sic edidi pro *rt*, ut vulgo editur. Ed. n. habet *afferat* ed. Iens. *ret*. MSS. Paris. *afferet*. *Ernesti*.

Epist. LXIV. 1. *si erit — ad te conferam, ut tu scribis; sin ista evanuerint*] Restitui lectionem veterum aliquot editionum iam Corrado proba-

videro, aut ibidem opperiar, aut me ad te conferam, ut tu fcribis: fin ifta evanuerint, aliquid aliud videbimus, Omnino adhuc nihil mihi fignificatis, nifi discordiam iftorum: quae tamen inter eos de omnibus potius rebus eft, quam de me. Itaque, quid ea mihi profit, nefcio. Sed tamen, quoad me vos fperare vultis, vobis obtemperabo.

2 Nam quod me tam faepe, et tam vehementer obiurgas, et animo infirmo effe dicis: quaefo, ecquod tantum malum eft, quod in mea calamitate non fit? ecquis umquam tam ex amplo ftatu, tam in bona caufa, tantis facultatibus ingenii, confilii, gratiae, tantis praefidiis bonorum omnium concidit? poffum oblivifci, qui fuerim? non fentire, qui fim? quo caream honore? qua gloria? quibus liberis? quibus fortunis? quo fratre? quem ego (ut novum calamitatis genus attendas) quum pluris facerem, quam me ipfum femperque feciffem, vitavi, ne viderem, ne aut illius luctum, fqualoremque afpicerem, aut me, quem ille florentiffimum reliquerat, perditum illi, adflictumque offerrem. Mitto cetera intolerabilia. Etenim fletu impedior. Hic utrum tandem fum accufandus, quod doleo; an, quod commifi, ut haec aut non retinerem, (quod facile fuiffet, nifi intra parietes meos de mea

---

tam. Plurimi enim habent: *ad te conferam, fin ut tu fcribis, evanuerint.* Quum enim Atticus omnia colligeret, quae Ciceroni fpem facere poterant, non poterat fane ei fcribere, fe vereri ne omnis ifta fpes evanefceret. Sed verba, *ut tu fcribis*, aptiffime transponuntur ad priora illa *me ad te conferam.* Atticus enim Ciceronem invitarat, ut in fundum fuum quem habebat in Epiro commigraret.

iftorum] Pompeii, Clodii et Gabinii cuius fafces in tumultu funt fracti, et ictus ipfe Orat. in Pif. c. 7. *Corrad.*

2. *nifi intra parietes*] fcil. ab amicis et familiaribus ut Hortenfio, Arrio etc. ut

ie consilia inirentur) aut certe vivus amitterem? eo scripsi, ut potius relevares me, quod facis, aut castigatione, aut obiurgatione dignum putaoque ad te minus multa scribo, quod et maerore ior; et quod exspectem istinc, magis habeo, quod ipse scribam. Quae si erunt allata, faciam nsilii nostri certiorem. Tu, ut adhuc fecisti, plurimis de rebus ad me velim scribas; ut pror- quid ignorem. Dat. XIIII kal. Quint. Thessae.

EPISTOLA LXV. (Att. III. 11.)

Thessalonicae IV. Kal. Quint. A. U. C. 695.

se adhuc Thessalonicae retineri, Attici operam in sa ndo implorat, obiurgationem deprecatur.

CICERO ATTICO, S.

le et tuae literae, et quidam boni nuntii, non is tamen auctoribus, et exspectatio vestrarum um, et quod tibi ita placuerat, adhuc Thessalotenebant. Si accepero literas, quas exspecto; erit ea, quae rumoribus afferebatur: ad te me ram; si non erit, faciam te certiorem, quid ege-

---

ad Qu. fr. ep. 63, 4. n consilia secutus ad em venerat, ut ep. ixit. *Ernesti.*

certe vivus amitterem] erat *aut certe vivus nitterem* sensu repu-. Negationem tolı esse viderunt Mala- Popma, Bosius. Hic scripsit *aut certe vivus nunc amitterem*, in quo tamen particulam *nunc* parum apte inculcavit.

quod exspectem — quam quod] Vulgati *quid — quid.* Male. In altero Mss. Balliol. habet *quod;* utroque loco ed. Rom. *Ernesti.*

Epist. LXV. 1. *ad te me conferam*] h. e. in praedia tua in Epiro. *Ursin.*

rim. Tu me, ut facis, opera, confilio, gratia iuva; confolari iam define; obiurgare vero noli; quod quum facis, ut ego tuum amorem, et dolorem defidero! quem ita adfectum mea aerumna effe arbitror, ut te ipfum confolari nemo poffit. Quintum fratrem optimum humaniffimumque fuftenta. Ad me, obfecro te, ut omnia certa perfcribas. Dat. IIII kal. Quint.

EPISTOLA LXVI. (Att. III. 12.)

Dat. Theffalonicae XVI. Kal. Sext. A. U. C. 695.

De incerta fpe recuperandae falutis 1. de fua in Curionem oratione iniquo tempore prolata. 2. fua magis intereffe ut Atticus Romae maneat, quam ut ad fe veniat. 3.

CICERO ATTICO, S.

Tu quidem fedulo argumentaris, quid fit fperandum, et maxime per fenatum: idemque caput rogationis proponi fcribis, quare in fenatu dici nihil liceat.

---

ut ego — defidero!] ut pro *quam* dixit, ficut fupra de Pompeio: *ut ille tum humilis ut demiffus erat.* Eft autem hic eo venuftior fententia, quo minus aperta. Quum me, inquit, obiurgas; quia meo cafu nimis excrucier, facis, ut neque me videaris amare, neque dolere dolorem meum; quem tamen ita affectum mea aerumna effe arbitror, ut te ipfum confolari nemo poffit. In hoc inquam, tuum amorem et dolorem non agnofco. Qui enim amat, aeque dolet; et qui aeque dolet, non obiurgat. *Manut.*

Epift. LXVI. 1. *per fenatum*] nam per populum minus fperandum videbatur, Clodio tribuno. *Manut.*

idemque] qui me fperare vis per fenatum, idem fcribis caput proponi rogationis Clodianae, quo capite cautum erat, ne quis referret ad fenatum de Cicerone reftituendo. Vid. infra ep. 70. *Manut.*

proponi fcribis] Hic locus varie editur et eft in libris fcriptis. Edd. pr. habent *proponis. Scribis* etc. Ed. Ienf. etiam omittit *dici*. Pro *filetur* Malafpina malebat *fileri*. Senfus quidem Cice-

filetur. Hic tu me accufas, quod me adflictem; ita fim adflictus, ut nemo umquam: quod tute gis. Spem oftendis fecundum comitia. Quae t, eodem tribuno plebis, et inimico confule de- ?

ercuffifti autem me etiam de oratione prolata. 2
ulneri, ut fcribis, medere, fi quid potes. Scri- uidem olim iratus, quod ille prior fcripferat; a compreſſeram, ut numquam manaturam puta- Quo modo exciderit, nefcio. Sed quia num- accidit, ut cum eo verbo uno concertarem; et fcripta mihi videtur negligentius, quam ceterae; poffe probari, non effe meam. Id, fi putas me fanari, cures velim: fin plane perii, minus .

go etiam nunc eodem in loco iaceo, fine fermo- 3
o, fine cogitatione ulla. Licet tibi fignificarim, me venires; id omittam tamen; intelligo te ut s, re iftic prodeffe, hic ne verbo quidem levare

---

in promptu eft. *Pro-* oteft intelligi ab ad- iis Ciceronis: fed po- le Clodio eft. Res ur infra ep. 71. *Ita- etur* eft Ciceronis At- irridentis. *Ernefti.*

em tribuno plebis] nem- ia Clodius tribunatum at ultra comitia usque nfem Decembrem.

ico confule defignato] lo Nepote, qui etiamfi demum Ian. confula- nibat, tamen iam de- as multum valebat, rimus rogabatur fen- m.

2. *de oratione prolata*] oratione in Curionem, ut patet ex ep. 70. *Ernefti.*

3. *Licet tibi fignificarim*] Vulgo; *licet tibi, ut fcribis, fignificarim.* At ridiculum effet Ciceronem ita loqui, quafi quid Attico fignificaffet, demum ex Attici literis refciret. Iterum ut fupra ep. 64. haec verba tranfpofita funt, et poft *intelligo te*, quod fecimus, ponenda.

id omittam tamen] Vulgo: *ut ad me venires Dodona; tamen;* in Mff. plerisque *ut ad me venires Sidonatum;* unde nonnulli *Sidona*

me posse. Non queo plura scribere; nec est, quod scribam; vestra magis exspecto. Dat. xvi kal. Sext. Thessalonicae.

EPISTOLA LXVII. (Att. III. 13.)

Dat. XII. Kal. Sext. A. U. C. 695. Thessalonicae.

Nondum se Thessalonica discessisse; nisi tamen novi aliquid acciderit in Asiam profecturum esse.

CICERO ATTICO, S.

Ex tuis literis plenus sum exspectatione de Pompeio, quidnam de nobis velit, aut ostendat. Comitia enim credo esse habita: quibus absolutis, scribis illi placuisse, agi de nobis. Si tibi stultus esse videor, qui sperem, facio tuo iussu; etsi scio te me iis epistolis potius et meas spes solitum esse remorari. Nunc velim mihi plane perscribas, quid videas. Scio nos nostris multis peccatis in hanc aerumnam incidisse. Ea si qui casus aliqua ex parte correxerit, minus mo-

---

fecerunt. Sed in MSS. Bessarionis erat: *Dodomitam* unde Tunstallus p. 90. ingeniose eruit: *id omittam tamen;* quod sane optimum est, et iure a nobis receptum. Nam *Sidona* nihili est; et Dodona quamquam in Epiro est, nullibi tamen Cicero in antecedentibus epistolis rogavit Atticum, ut Dodonam ad se veniret. Cicero in fine ep. 64. significarat se Atticum videre cupere; locum autem certum non praescripserat.

Epist. LXVII. 1. *remorari*] Nempe Atticus omnibus quidem epistolis Ciceronem sperare iusserat; simul tamen ea narraverat, quae facerent, ut Cicero non multum rebus suis fideret. *Spes remorari* igitur est, *impedire*, *retardare*.

correxerit] Vulgo *correxerint*. Singularis aptior visus est Ernestio, praesertim quum Cicero dicat, *aliqua ex parte*.

'eremus nos vixisse, et adhuc vivere. Ego, pro'iae celebritatem, et quotidianam exspectatioerum novarum, non commovi me adhuc Thessa. Sed iam extrudimur, non a Plancio, (nam is m retinet) verum ab ipso loco, minime apposito erandam in tanto luctu calamitatem. In Epirum ut scripseram, non veni, quod subito mihi uniauntii venerant et literae, quare nihil esset necesse proxime Italiam esse. Hinc, nisi aliquid a comiadierimus, nos in Asiam convertemus: neque : stabat, quo potissimum; sed scies. Dat. XII Sext. Thessalonicae.

PISTOLA LXVIII. (Att. III. 13.)

Scr. Thessalonicae non. Sext. A. U. C. 695.

e Thessalonica non commoverit exponit 1. dolorem n excusat 2. et quoniam Cyzicum sibi eundum sit, cum rogat ut diligenter, quae opus sint, scribat, et ntum fratrem commendat 3.

CICERO ATTICO, S.

'uod ad te scripseram, me in Epiro futurum:

'*lancio*] apud quem erat, Quaestorem in lonia.
ime apposito] ut nilebri, quum celebrihi odio sit. cf. ep. 74 Imitatus est Sophontig. v. 137. sq.
aliquid] Ita Manutio e scripsimus sensu poe. Vulg. *si aliquid.*
mitiis] post comitia actum sit. *Ernesti.*
siam] ut aliquo loco imus apposito ad tolerandam in hoc luctu calamitatem. Nam hic me celebritas offendit. In oratione tamen pro Plancio, in Asiam non ivisse, legimus. *Quum ad me*, inquit, *L. Tubero, meus necessarius, ex Asia venisset, easque insidias, quas mihi paratas ab exsulibus coniuratis audierat, animo amicissimo detulisset, in Asiam me ire Plancius, propter eius provinciae metum non est passus.* — *Manut.*

postea quam extenuari spem nostram, et evanescere vidi, mutavi consilium; nec me Thessalonica commovi, ubi esse statueram, quoad aliquid ad me de eo scriberes, quod proximis literis scripseras, fore, uti secundum comitia aliquid de nobis in senatu ageretur; id tibi Pompeium dixisse. Qua de re, quoniam comitia habita sunt, tuque nihil ad me scribis, proinde habebo, ac si scripsisses nihil esse; neque, me temporis non longinqui spe ductum esse, moleste feram. Quem autem motum te videre scripseras, qui nobis utilis fore videretur, eum nuntiant, qui veniunt, nullum fore. In tribunis plebis designatis reliqua spes est: quam si exspectaro, non erit, quod putes me causae meae, ac voluntati meorum defuisse.

2 Quod me saepe accusas, cur hunc meum casum tam graviter feram, debes ignoscere; quum ita me adflictum videas, ut neminem umquam nec videris, nec audieris. Nam quod scribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici: mihi vero mens integra est; atque utinam tam in periculo fuisset! quum ego iis, quibus meam salutem carissimam esse arbitrabar, inimicissimis crudelissimisque usus sum: qui, ut me paululum inclinari timore viderunt, sic impulerunt, ut omni suo scelere et perfidia abuterentur ad exitium meum.

Epist. LXVIII. 1. *secundum comitia*] post comitia consularia. cf. ep. 67.

neque me temporis] edd. pr. *meque temporis:* Bosius e libris scriptis *neque temporis*. Optimum erat de Ernestii sententia scribere *neque me temporis.*

ac voluntati] Vulgo aberat *ac*, quod recte restituit Graevius.

2. *videas*] Ernestius reposuit *vides;* quia *videas* sit contra latinitatem; quasi h. l. *quum* tempus notet, ut paulo post; at hic potius caussam aut rationem affert cur Atticus debeat ignoscere.

Nunc, quoniam est Cyzicum nobis eundum, quo 3
rarius ad me literae perferentur, hoc velim diligentius omnia, quae putaris me scire opus esse, perscribas. Quintum fratrem meum fac diligas: quem ego miser si incolumem relinquo, non me totum periisse arbitrabor. Dat. non. Sext.

EPISTOLA LXIX. (ad Q. Fr. I. 4.)

Scr. Thessalonicae mense Sextili A. U. C. 695.

Dolet sibi fidem amicorum cautumque consilium defuisse. 1. *incertam spem salutis esse* 2. *etsi noui tribuni plebis partim sibi faveant* 3. *petit ut Quintus, quid sperandum sit, perspiciat, et ad se vere perscribat.* 4. *hortatur ut si eum quoque inimici vexare coeperint, fortiter resistat.* 5.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Amabo te, mi frater, ne, si uno meo facto et tu, et omnes mei corruistis, improbitati, et sceleri meo potius, quam imprudentiae, miseriaeque assignes. Nullum est meum peccatum, nisi quod iis credidi, a quibus nefas putabam esse me decipi, aut etiam quibus ne id expedire quidem arbitrabar. Intimus, proximus, familiarissimus quisque aut sibi pertimuit, aut mihi invidit. Ita mihi nihil misero praeter fidem amicorum, cautum meum consilium defuit.

Quod si te satis innocentia tua, et misericordia 2
hominum vindicat hoc tempore a molestia: perspicis profecto, ecquaenam nobis spes salutis relinquatur.

Epist. LXIX. 1. *putabam*] Sic auctore Ernestio rescripsi, pro *putaram*, quia sequitur *arbitrabar*, neque hic ulla fingi potest diversitas temporum.

defuit] Hoc Malaspina verum esse vidit. Male vulgo *fuit*.

2. *a molestia*] ne in iudicium voceris.

perspicis profecto] quia

Nam me Pomponius, et Sextius, et Piso noster adhuc Thessalonicae retinuerunt, quum longius discedere, propter nescio quos motus, vetarent; verum ego magis exitum illorum literis, quam spe certa exspectabam. Nam quid sperem, potentissimo inimico, dominatione obtrectatorum, infidelibus amicis, pluribus invidis?

3 De novis autem tribunis plebis est ille quidem in me officiosissimus Sextius, et spero, Curius, Milo, Fadius, Fabricius; sed valde adversante Clodio: qui etiam privatus eadem manu poterit conciones concitare: deinde etiam intercessor parabitur.

4 Haec mihi proficiscenti non proponebantur: sed saepe triduo summa cum gloria dicebar esse rediturus. Quid tu igitur? inquies. Quid? multa convenerunt, quae mentem exturbarent meam: subita defectio Pom-

---

tibi otium est, de rebus nostris cogitandi.

Sextius] P. Sextius trib. pl. designatus. *Manut.*

Piso] gener Ciceronis, qui obiit ante reditum illius *Manut.*

motus] urbanos, propter quos Ciceronem revocatum iri sperandum erat.

potentissimo inimico] Clodio.

dominatione obtrectatorum] Pompeii, Caesaris, ex Crassi, qui meae dignitati obtrectantes, inimicum meum foverunt. *Manut.*

de novis — tribunis pl.] i. e. designatis.

Curius] Recte Pighius, ad a. 696. hunc fuisse docuit *M. Curium*, qui fuerat quaestor urbanus Silano et Murena Coss. Vulgo *Curtius*. Male Ernestius in Clave Curtium posuit tribunum pl. Gabinio et Pisone Coss. qui nullus fuit.

Fabricius] Bene Manutius, Pighius et Lambinus hoc nomen reposuerunt quum vulgo ederetur *Gratidius*. Nam Q. Fabricius etiam in orat. pro Sextio c. 35. inter tribunos plebis memoratur, qui rogationem tulerunt de Cicerone revocando.

eii, alienatio consulum, etiam praetorum, timor ublicanorum, arma. Lacrimae meorum me ad morem ire prohibuerunt; quod certe et ad honestatem, t ad effugiendos intolerabiles dolores fuit aptissimum. Sed de hoc scripsi ad te in ea epistola, quam Phaëthonti dedi. Nunc tu, quoniam in tantum luctum, et laborem detrusus es, in quantum nemo umquam: si relevare potes communem casum misericordia hominum, scilicet incredibile quiddam assequeris. Sin plane occidimus; (me miserum!) ego omnibus meis exitio fuero, quibus ante dedecori non eram. Sed tu, ut ante ad te scripsi, perspice rem, et pertenta; et ad me, ut tempora nostra, non ut amor tuus fert, vere perscribe. Ego vitam, quoad putabo tua interesse, aut ad spem servandam esse, retinebo. Tu nobis amicissimum Sextium cognosces; credo tua causa velle Lentulum, qui erit consul. Quamquam sunt facta verbis difficiliora.

Tu et quid opus sit, et quid sit, videbis. Omnino 5
in tuam solitudinem, communemque calamitatem nemo despexerit; aut per te confici aliquid, aut nullo modo

---

4. *alienatio consulum*] Pisonis et Gabinii, qui antea se videbantur optime ostendere. cf. ep. 52.

etiam praetorum, timor publicanorum, arma] Vulgo sic interpungitur: *etiam praetorum timor, publicanorum arma.* Meliorem interpunctionem suasit Manutius: qui tamen erravit quum hic de consulibus et praetoribus anni proxime sequentis agi putavit.

ad mortem ire] per vim resistendo Clodianis. *Ern.*

velle Lentulum] Optime sic Lallemandus e Mſ. Parif. edidit. Vulgo *vel Lentulum.*

5. *et quid sit*] quid de me futurum vel sperandum sit.

videbis. Omnino] Sic interpungi melius erat: quam ut vulgo *videbis omnino.*

poterit. Sin te quoque inimici vexare coeperint, ne cessaris. Non enim gladiis, ut mecum, sed litibus agetur. Verum haec absint velim. Te oro, ut ad me de omnibus rebus scribas, et in me animi aut potius consilii putes minus esse, quam antea; amoris vero, et officii non minus.

EPISTOLA LXX. (Att. III. 5.)

Data Thessalonicae XIV. Kal. Sept. A. U. C. 695.

Epistolas ab Attico acceptas recenset. 1. *dolorem suum ex calamitate excusat* 2. *de purgatis ab Attico, quos sibi scripserat invidisse, respondet* 3. *de causa sua in senatu acta* 4. *Attico si restitutus fuerit, summa officia et studia promittit, suaque culpa accidisse ostendit, quod Atticus quaedam ante casum suum, quae servare eum potuerint, neglexerit* 5. *qua cautione opus sit in abroganda lege Clodii exponit* 6. *Pomponio res suas commendat* 7.

CICERO ATTICO, S.

Accepi id. Sext. quatuor epistolas a te missas; unam, qua me obiurgas, ut sim firmior; alteram, qua Crassi libertum ais tibi de mea sollicitudine macieque narrasse; tertiam, qua demonstras acta in senatu; quartam de eo, quod a Varrone scribis tibi esse confirmatum de voluntate Pompeii.

2 Ad primam tibi hoc scribo: me ita dolere, ut non modo a mente non deferar, sed id ipsum doleam, me tam firma mente ubi utar, et quibuscum, non habere. Nam si tu me uno non sine maerore cares,

---

vexare coeperint] accusando.

ne cessaris] ne sis languidior, sed strenue resistas. *M.*

ut mecum] Ita sensu postulante rescripsi pro vulg. *mecum;* et paulo post, auctore Gulielmo, *aut potius,* pro *potius aut.*

ne censes, qui et te, et omnibus? et si tu inco-
me requiris, ecquo modo a me ipsam incolumi-
desiderari putas? nolo commemorare, quibus
sim spoliatus, non solum quia non ignoras, sed
ne scindam ipse dolorem meum. Hoc confirmo,
: tantis bonis esse privatum quemquam, neque in
; miserias incidisse. Dies autem non modo non
luctum hunc, sed etiam auget. Nam ceteri do-
mitigantur vetustate; hic non potest non et sensu
entis miseriae, et recordatione praeteritae vitae
lie augeri. Desidero enim non mea solum, ne-
neos, sed me ipsum. Quid enim sum? sed non
n, ut aut tuum animum angam querelis, aut meis
ribus saepius manus adferam.

[am quod purgas eos, quos ego mihi scripsi invi- 3
et in eis Catonem: ego vero tantum illum pu-
isto scelere abfuisse, ut maxime doleam, plus
me simulationem aliorum, quam istius fidem, va-
. Ceteri, quos purgas, debent mihi purgati esse,
i sunt. Sed haec sero agimus. Crassi libertum
puto sincere locutum.

---

ne scindam] Nihil opus Graevio reponere *re-m.* Nam *scindere vul-*t ei *manus admovere*, ulo post dicit, quum : novum et crudum est, *dere* est illud exulce- quum iam cicatricem

d enim sum] Ernestius :it legendum esse *qui sum*, ut in fine episto- [t, *me esse aliquem, an qui fui, et qui esse iam esse non possum.*

3. *simulationem aliorum*] Notat maxime Hortensium et Arrium. *Manut.*

istius fidem] *fidem* Catoni tribuit, qui palam invidit Ciceroni, nec eum specie amicitiae fefellit. *Ernesti.*

ceteri quos purgas] Sic ed. Rom. Ald. Asc. P. Manut. Vict. Idque e Mss. Helmst. restituit Graevius. Ed. Jens. vitiose *ceteris* et *probati.* Alii libri *ceteros*, quod recentiores inde a Bo-

4 In ſenatu rem probe ſcribis actam. Sed quid Curio? an illam orationem non legit? quae unde ſit prolata, neſcio. Sed Axius, eiusdem diei ſcribens ad me acta, non ita laudat Curionem. At potuit ille aliquid praetermittere: tu, niſi quod erat, profecto non ſcripſiſti. Varronis ſermo facit exſpectationem Caeſaris: atque utinam ipſe Varro incumbat in cauſam! quod profecto quum ſua ſponte, tum te inſtante faciet.

5 Ego, ſi me aliquando veſtri et patriae compotem fortuna fecerit, certe efficiam, ut maxime laetere unus ex omnibus amicis; meaque officia, et ſtudia, quae parum antea luxerunt, (fatendum eſt enim) ſic exſequar, ut me aeque tibi, ac fratri, et liberis noſtris reſtitutum putes. Si quid in te peccavi, ac potius quoniam peccavi, ignoſce. In me enim ipſum peccavi vehementius. Neque haec eo ſcribo, quo te non meo caſu maximo dolore eſſe affectum ſciam: ſed profecto, ſi, quantum me amas et amaſti, tantum amare

---

ſio ſecuti ſunt. Item *probati* Crat. Hervag. *Erneſti.*

ſed quid Curio] Placet, ut de Curione patre potius accipiatur, quam de filio; utpote cuius ſententiam auctoritatemque in ſenatu pluris Cicero debeat aeſtimare. Praeterea, quum loquitur Cicero de filio, ſemper aliquid apponit, ut quum dicit Curio adoleſcens ep. 44. Curio meus ep. 36. Curio filius ep. 45. De patre quum loquitur, nihil adſcribit ut ep. 19. De hac oratione in Curionem ſimul et Clodium mentionem faciunt Quintilianus, V. 10. 92.. Nonius, p. 465. Rufinianus I. Menut.

4. *illam orationem*] de qua ſupra ep. 66.

non legit?] nempe qui illum bene de Cicerone dixiſſe ſcripſerat Atticus.

at potuit] Hoc dedi pro vulg. *at poteſt.* Vidit etiam Erneſtius aut *potuit*, aut *praetermiſiſſe* legendum.

5. *ac potius*] Erneſtius coniicit *aut potius* quod haud ſcio an opus non ſit.

ſi — debuiſſes] Mirum

es, ac debuisses, numquam esses passus me, quo undabas, egere consilio; nec esses passus mihi aderi, utile nobis esse legem de collegiis perferri. u tantum lacrimarum praebuisti dolori meo, quod amoris, quantum ipse ego: quod meritis meis ctum esse potuit, ut dies et noctes, quid mihi

---

b doloris impotentiam parum sibi constet Ci- Vellet Attico partem tribuere; ac tamen se inique agere; ita- torquet, ut aliquid ico reprehendere pos- t id ipsum tamen sta- it mollit, aut revocat.

m de collegiis] qua- leges tulit Clodius in atu reip. perniciosas; ariam, ut frumentum o gratis daretur; alte- ne quis, per eos dies, cum populo agi lice- e coelo servaret; ter- le collegiis restituen- iovisque instituendis; m, ne quem censores atu legendo praeteri- neve qua ignominia ent, nisi qui apud eos tus, et utriusque cen- ententia damnatus es- Haec Asconius in Piso- n. Leges autem eas passus est a Clodio ri, hac conditione, ne ille mox contra se tur. Quam pactio- Clodius, perlatis legi- ion servavit. Dio lib. XXXVIII. *Manut.* Colle- gia, i. e. sodalitates plebis cur Clodius restituerit, (quod factum esse etiam Dio Cass. XXXVIII. 15. testatur) ex Ciceronis orat pro Sextio c. 15. perspicitur; ubi, *iisdem*, inquit, *consulibus inspectantibus servorum delectus habebatur pro tribunali Aurelio, nomine collegiorum, quum vicatim homines conscriberentur, decuriarentur; ad vim, ad manus, ad caedem, ad direptionem incitarentur.*

sed tu tantum lacrimarum — quantum ipsi ego] Sic Graevius putabat legendum esse; nam in cod. Balliol. et Helmst. erat: *quantum tamquam ipse ego.* Vulgo ed.: *sed tu tantum lacrimas praebuisti dolori meo, — tamquam ipse ego:* quod profecto iniquius esset dictum in Atticum, quam ut ita scripsisse Ciceronem credibile sit; quasi Atticus nihil praeter lacrimas amico dedisset.

meritis meis] quae in te conferre debueram. *Corrad.*

faciendum esset, cogitares, id abs te, meo, non tuo scelere praetermissum est. Quod si non modo tu, sed quisquam fuisset, qui me Pompeii minus liberali responso perterritum a turpissimo consilio revocaret, quod unus tu facere maxime potuisti: aut occubuissem honeste, aut victores hodie viveremus. Hic mihi ignosces. Me enim ipsum multo magis accuso; deinde te, quasi me alterum; et simul meae culpae socium quaero; ac si restituor, etiam minus videbimur deliquisse; abs teque certe, quoniam nullo nostro, tuo ipsius beneficio diligemur.

6 Quod te cum Culeone scribis de privilegio locutum, est aliquid; sed multo est melius abrogari. Si enim nemo impediet, quid erit firmius? sin erit, qui ferri non sinat; idem senatus consulto intercedet.

---

minus liberali responso] nempe se contra Caesarem nil facere posse, nec contra tribunum plebis sine consilio publico certare; ut in orat. in Pisonem c. 31. narrat, et ad Att. X. 4. *Ernest.*

aut victores hodie vivere-remus] Mutavit numerum, quia hoc ipsi cum aliis optimatibus commune esset. Similiter mox: *ac si restituor, etiam minus videbimur deliquisse;* quod hoc cum Attico commune futurum erat; ubi Graevius malebat *ut.* — *Ernesti.*

6 *cum Culeone de privilegio*] scil. mihi sic posse consuli, si doceatur legem Clodii contra me esse non legem, sed privilegium, atque adeo ex legibus XII. tabularum, ipso iure non valere. *Culeo* amicus Pompeii fuit. Cum eo igitur de hac re locutus est Atticus, ut id Pompeio demonstraret etc. Corradus coniicit etiam *Aculeone*, Ciceronis consobrino et iuris perito e disciplina paterna, eodemque Caesaris amico. Ed. Jens. et aliae habent *Curione.* — *Ernesti.*

abrogari] nempe lege alia, non SCto ex illa iuris causa. *Ernesti.*

si enim nemo impediet] rogationem de abroganda Clodii lege in Ciceronem.

quid erit] coniectura Ernestii. Vulgo *quid est.*

quicquam aliud opus est abrogari. Nam prior ιos nihil laedebat. Quam si, ut erat promulgata, ıre voluissemus, aut, ut erat negligenda, negli-, nocere omnino nobis non potuisset. Hic mihi um meum consilium defuit, sed etiam obfuit. Cae- :aeci, inquam, fuimus, in vestitu mutando, in ılo rogando. Quod, nisi nominatim mecum agi tum esset, fieri perniciosum fuit. Sed pergo prae- a. Verumtamen ob hanc causam, ut, si quid age- legem illam, in qua popularia multa sunt, ne atis. Verum est stultum, me praecipere, quid

---

ud opus est abrogari] egendum esse monuit :allus p. 71. Sic enim ıntibus aptius, quam lebatur: *nec quidquam opus est quam abrogari.* l autem Tunstallus post *est*, insercit *inquam*, ex librarii *quam* fecerint, l. superfluum videtur.

or lex] in qua univer- ›dius tulerat de iis, qui indicta causa occidis- *Ern.*

erat promulgata] Sic :nestii sententia edidi. › *ut est promulgata.*

lare voluissemus] quia ıd nos pertinebat.

mihi primum meum um] Sic Victorius ex ıo exemplari se edere ›ro *hic mihi primum non consilium defuit* quod Rom. fluxit. Sed sic ım in ed. Ienfoni. An ıcat antiquum exemplar? *Sed etiam*, non praecedente *non modo* non rarum est. *Ernesti.*

defuit] i. e. nihil profuit.

sed pergo praeterita] i. e. commemorare, reprehendere. *Ern.*

verumtamen ob hanc causam] sc. ista praeterita repeto.

si quid agetur] Vulgo: *Si quid ageretur* quod ferri non potest, quum sequatur praesens *ne tangatis.*

legem illam] priorem Clodii legem, qua universe tantum agebatur de iis qui civem indicta causa occidissent.

ne tangatis] primum, quia nominatim in ea contra me nihil est; deinde quia popularem legem abrogare aut infirmare si vultis, populus offendetur. Alteram igitur date operam ut abrogetis, quando et minus popularis,

agatis, aut quo modo. Utinam modo agatur aliquid! in quo ipso multa occultant tuae literae, credo, ne vehementius desperatione perturber. Quid enim vides agi posse, aut quo modo? per senatumne? ast tute scripsisti ad me, caput legis Clodium in curiae poste fixisse, ne referri, neve dici liceret. Quo modo igitur Domitius se dixit relaturum? quo modo autem iis, quos tu scribis, et de re dicentibus, et, ut referretur, postulantibus, Clodius tacuit? ac, si per populum, poteritne, nisi de omnium tribunorum plebis sententia? quid de bonis? quid de domo? poteritne restitui? aut, si non poterit, egomet quo modo potero? haec nisi vides expediri, quam in spem me vocas? sin autem spei nihil est, quae est mihi vita? itaque exspecto Thessalonicae acta kal. Sext. ex quibus statuam, in tuosne agros confugiam, ut neque videam homines, quos nolim, et te, ut scribis, videam, et propius sim, si quid agatur; (idque intellexi quum tibi, tum Quinto fratri placere;) an abeam Cyzicum.

7 Nunc Pomponi, quoniam nihil impertisti tuae prudentiae ad salutem meam, quod aut in me ipso satis esse consilii decreras, aut te nihil plus mihi debere, quam ut praesto esses; quoniamque ego proditus, inductus, coniectus in fraudem, omnia mea praesidia neglexi; totam Italiam erectam ad me defendendum,

---

et nominatim contra me est; priorem ne tangite. *Manut.*

tute scripsisti ad me] vid. supra ep. 66.

caput legis] Vulgo *quoddam caput legis*. Sed *quoddam* verum esse non posse vidit Ernesti, quia deinde illud caput quod fuerit diserte dicit. Et supra ep. 66. de eadem re dixerat: *idemque caput rogationis proponi scribis*.

in tuosne agros] Epiroticos.

7. *erectam ad me defendendum*] Male vulgo *in me erectam*.

titui et reliqui; me, meos meis tradidi inimicis, inctante et tacente te, qui si non plus ingenio vale-, quam ego, certe timebas minus: si potes, erige lictos, et in eo nos iuva; sin omnia sunt obstructa, ipsum fac ut sciamus; et nos aliquando aut obiurre, aut comiter consolari desine. Ego si tuam fidem cusarem, non me potissimum tuis tectis crederem; eam amentiam accuso, quod a te tantum amari, quanm ego vellem, putavi: quod si fuisset, fidem eanm, curam maiorem adhibuisses; me certe ad exim praecipitantem retinuisses; istos labores, quos nc in naufragiis nostris suscipis, non subisses. Quafac, ut omnia ad me perspecta et explorata perscris; meque, ut facis, velis esse aliquem; quoniam, ui fui, et qui esse potui, iam esse non possum; et ut s literis non te, sed me ipsum a me esse accusatum ites. Si qui erunt, quibus putes opus esse meo noine literas dari, velim conscribas, curesque dandas. it. XIV kal. Sept.

EPISTOLA LXXI. (Att. III. 16.)

Dat. Thessalonicae XII. Kal. Sept. A. U. C. 695.

r suum incertum fieri exspectatione literarum Kal. Sext. ab amicis datarum.

CICERO ATTICO, S.

Totum iter mihi incertum facit exspectatio literam vestrarum kal. Sext. datarum, non aliud aliquid.

Epist. LXXI. *Kal. Sext. tarum*] quas a te, ut opir, eo die datas exspecto. Kal. Sext. scripsisse Attim putabat, quod quum ex teri consuetudine senatus Kalendis haberetur, statim, senatu dimisso, quid actum esset, eo die de Ciceronis re, scripturus Atticus videbatur. *Manut.*

Si ſpes erit, Epirum; ſin minus, Cyzicum; aut aliud quid ſequemur. Tuae quidem literae, quo ſaepius a me leguntur, hoc ſpem faciunt mihi minorem; quod quum laetae ſunt, tum id, quod attulerunt ad ſpem, infirmant; ut facile appareat, te et conſolationi ſervire et veritati; idque te rogo plane, ut ad me, quae ſcis, ut erunt, quae putabis, ita ſcribas, ut putabis. Dat. XII kal. Sept.

EPISTOLA LXXII. (Att. III. 17.)

Dat. Theſſalonicae prid. Non. Sept. A. U. C. 695.

Sollicitudinem ſuam de Q. fratris periculo fatetur. 1. De ſuis rebus certiora ſe exſpectare oſtendit. 2. Attici offi-

---

quod quum laetae ſunt] Haec lectio, cuius veſtigia ſunt in cod. Tornaeſiano, dudum praeferri debebat vulgatae *quum lectae ſunt.* Cicero enim ait, Attici epiſtolas partim laetas eſſe, partim, quod attulerint ad ſpem, infirmare; illis nimirum laetis nuntiis eum conſolationi, his vero dubitandi cauſis veritati ſervire. Si cum edd. legas *quum lectae ſunt*, nihil aliud his verbis ineſt, quam frigida repetitio ſententiae antecedentis; nec intelligi poteſt, quomodo aliquis conſolationi ſervire poſſit, ſi nihil aliud agat, quam ut ea quae ad ſpem attulerit, infirmet. Ceterum illa quam recepimus lectio his quoque verbis confirmatur ep. 71. *tuae autem literae ſunt variae* (h. e. partim laetae, partim dubitanter ſcriptae); *neque enim me deſperare vis, nec temere ſperare.*

infirmant] atqui hoc non Attici culpa accidit, ſed ipſius Ciceronis, qui quamcumque bene de rerum ſuarum commutatione ſperandi cauſam in Attici literis invenisſet, eam ipſe, ut erat fracto et abiecto animo, convellere et infirmare ſtudebat; cuius prolubii exempla ſunt ep. 64. 68.

idque] Erneſtio videbatur legendum *itaque*, quod iam olim fuit in quibusdam edd. quia ſit concluſio ex ſuperiori. Sed hoc ipſum quaeritur an ſit. Facilior eſt ſenſus: idque ipſum quod adhuc feciſti rogo te ut porro facias. Ms. Urſin. *id quod.*

in fratrem laudat, eiusque se literas exspectare signi-
·. 3. 4.

CICERO ATTICO, S.

De Quinto fratre nuntii nobis tristes, nec varii ant ex ante diem Non. Jun. usque ad prid. Kal. eo autem die Livineius, L. Reguli libertus ad Regulo missus venit. Is omnino mentionem nul- ıctam esse nuntiavit: sed fuisse tamen sermonem Clodii filio, isque mihi tum a fratre literas attu- Sed postridie Sexti pueri venerunt, qui a te lite- ttulerunt, non tam exploratas a timore, quam › Livineii fuerat. Sane sum in meo infinito mae- 'ollicitus, et eo magis, quod Appii quaestio est.

---

ft. LXXII. 1. *tristes*] ıbatur enim reversum ia provincia repetun- ı accusatum iri. *Ma-*

'ineius] Sic rectius, ut olim edebatur, *Li-* Nam et in antiquis ı Livineius Regulorum gnomen; ut omittam, Fam. lib. XIII. ep. 60. teribus libris legitur *L. eius Trypho, L. Regu- rtus;* qui est idem, de ıunc agimus. *Manut.*

C. Clodii filio] Accu- ım fore Q. fratris C. i filium eum, qui post- lilonem accusavit, C. i Publii fratre, natum. enim fratres habuit odius, Appium et Ca- quorum Caius perie-rat. Eius duo filii Milonem accusarunt, ob necem P. Clodii, qui Appii Claudii ambo appellabantur, teste Asconio Pediano. *Manut.*

non tam exploratas a timore] quae me non tam timore periculi quod fratri meo intenditur, liberarent quam Livineii sermo. *Manut.*

quod Appii quaestio est] Sic habet cod. Tornaes. et Memmiani, quo modo et vulgati, et placet. Nam hic Appius praetor erat designatus, et quaesitor futurus erat anno proximo certa lege. *Spectio*, quod sequitur Victorius h. l. nihil ad rem. *Lambin.* Omnino legendum est *quaestio*, ut est in priscis nostris. Nam publicis iudi-

2 Cetera, quae ad me eisdem literis ſcribis de noſtra ſpe, intelligo eſſe languidiora, quam alii oſtendunt. Ego autem, quoniam non longe ab eo tempore abſumus, in quo res diiudicabitur, aut ad te conferam me, aut etiam nunc circum haec loca commorabor.

3 Scribit ad me frater, omnia ſua per te unum ſuſtineri. Quid te aut horter, quod facis? aut agam gratias, quod non exſpectas? tantum velim, fortuna det nobis poteſtatem, ut incolumes amore noſtro perfruamur.

4 Tuas literas ſemper maxime exſpecto; in quibus cave vereri, ne aut diligentia tua mihi moleſta, aut veritas acerba ſit. Dat. prid. Non. Septemb.

EPISTOLA LXXIII. (Att. III. 18.)

Scr. Theſſalonicae medio Sept. A. U. C. 695.

Petit, ut ſibi omnia, quae de ſalute ſua ſperanda ſint, perſcribat.

CICERO ATTICO, S.

Exſpectationem nobis non parvam attuleras, quum ſcripſeras, Varronem tibi pro amicitia confirmaſſe, cauſam noſtram Pompeium certe ſuſcepturum: et,

---

ciis exercendis, quae quaeſtiones dicebantur, praeficiebantur quotannis praetores, qui et quaeſitores inde vocabantur. Quum autem haec Cicero ſcribebat, Appius Claudius deſignatus erat Praetor, ut docet Dio, eique obtigerat, ut hinc coniicimus, quaeſtio de pecuniis repetundis. Itaque verebatur Cicero, ne valde periculoſum eſſet Q. fratri, cauſam dicere de pecuniis repetundis, quarum audierat eum poſtulatum iri, Appio Claudio Praetore, qui erat Quinto propter ipſum Ciceronem inimiciſſimus. *Beſius.*

a Caesare literae, quas exspectaret, remissae es- auctorem etiam daturum. Utrum id nihil fuit, versatae sunt Caesaris literae? an est aliquid in etiam illud scripseras, eundem, secundum comi- lixisse. Tu, si vides, quantis in malis iaceam, et, as esse humanitatis tuae, me fac de tota causa no- certiorem. Nam Quintus frater, homo mirus, ne tam valde amat, omnia mittit spei plena, me- , credo, defectionem animi mei. Tuae autem e sunt variae. Neque enim me desperare vis, nec te sperare. Fac obsecro te, ut omnia, quae per- a te possunt, sciamus.

---

ist. LXXIII. *simul*] *Si-* saepe ponitur pro *simul-* haedrus: *quo facto, si- ihil est repertum, mul- erant laudibus.* Sic sae- icero, Horatius, Ovi- et alii. Res est trita. Bal- tamen et Helmst. *si-* :. — *Graev.*

Caesare] Vulg. addi- *i*, quod auctoritate cod. ol. et Helmst. delendum recte Graevius censuit.

ctorem etiam daturum] ionis et salutis meae. . in Pis. qui contra ca- legis Clodiae referre ret, et ita sententiam ui praestiturum. *Corr.* ol. et Helmst. cum vul- legunt *auctorem*, quod est (ut ab Lambino fa- ,) in *actorem* mutan- , etsi id in Tornaes. usell. legitur. Nam au- etiam est, qui primus in senatu aliquid propo- nit, et cuius in sententiam postea id decernitur Cic. ad Fam. XV. 4. *Regem* Ario- barzanem, *cuius salutem a senatu, de auctore, commen- datam habebam.* Id. in Pison. c. 32. *de me senatus ita de- crevit*, Cn. *Pompeio auctore et eius sententiae principe.* Ex quo loco videmus ipsum Pompeium fuisse auctorem h. e. ad senatum retulisse, ut Cicero revocaretur. Hic au- tem promittit se auctorem daturum, h. e. incitaturum, qui senatui persuaderet, ut Cicero restitueretur patriae et dignitati, sive nunc ipse futurus esset auctor huius rei, ut fuit, sive alius, cuius opera uteretur. *Graevius.*

Tu si vides — tuae me fac] Perperam vulgo: *Fac si vi- des — tuae, me fac.*

EPISTOLA LXXIV. (Att. III. 19.)

Scr. Thessalonicae d. XVI. Kal. Oct. A. U. C. 695.

Nuntiat se in Epirum iturum. 1. *nec quamvis exigua in spe suorum preces et promissa deserturum.* 2. *Denique Attico suos commendat.* 3.

CICERO ATTICO, S.

Quoad eiusmodi mihi literae a vobis adferebantur, ut aliquid ex iis esset exspectandum; spe et cupiditate Thessalonicae retentus sum; postea quam omnis actio huius anni confecta nobis videbatur, in Asiam ire nolui: quod et celebritas mihi odio est; et, si fieret aliquid a novis magistratibus, abesse longe nolebam. Itaque in Epirum ad te statui me conferre; non quo mea interesset loci natura, qui lucem omnino fugerem: sed et ad salutem libentissime ex tuo portu proficiscar, et, si ea praecisa erit, nusquam facilius hanc miserrimam vitam vel sustentabo, vel, quod multo est melius, abiecero. Ero cum paucis; multitudinem dimittam.

2 Me tuae literae numquam in tantam spem adduxerunt, in quantam aliorum. Attamen mea spes etiam tenuior semper fuit, quam tuae literae. Sed tamen, quoniam, coeptum est agi, quoquo modo coeptum

---

Epist. LXXIV. 1. *omnis actio huius anni confecta*] Quia finis anni aderat, neque adeo legislatio suscipi poterat a magistratibus. *Confecta est*, ad finem venit. *Ernesti.*

2. *in quantam*] Vulg. *quantam.* Sed praepositionem abesse non posse recte monuit Ernesti.

tamen quoniam coeptum est agi] Plerique sic edidere: *tamen quoniam coeptum est, ego.* Sed Balliol. Helmst. aliique Mss. habent: *tamen quoniam coeptum est age.* Ex quo colligo Ciceronem scripsisse, ut edidi, *quoniam coeptum est agi.* Verbo *agere* in hac re saepius usus est ut supra ep. 70, 6. Et nisi hoc

est, et qualicumque de causa, non deseram neque optimi, atque unici fratris miseras ac luctuosas preces; nec Sextii, ceterorumque promissa; nec spem aerumnosissimae mulieris Terentiae; nec miserrimae filiolae obsecrationem, et fideles literas tuas. Mihi Epirus aut iter ad salutem dabit; aut, quod scripsi supra.

Te oro et obsecro, T. Pomponi, si me omnibus amplissimis, carissimis, iucundissimisque rebus perfidia hominum spoliatum; si me a meis consiliariis proditum et proiectum vides; si intelligis me coactum, ut ipse me, et meos perderem: ut me tua misericordia iuves; et Quintum fratrem, qui potest esse salvus, sustentes; Terentiam, liberosque meos tueare; me, si putas te istic visurum, exspectes; si minus invisas, si potes, mihique ex agro tuo tantum assignes, quantum meo corpore occupari potest; et pueros ad me cum literis quamprimum, et quam saepissime mittas. Dat. XVI kal. Octob.

EPISTOLA LXXV. (Att. III. 20.)

Dat. IV. Non. Oct. Thessalonicae. A. U, C. 695.

Attico hereditatem ab avunculo gratulatur, 1. *se mutato consilio Thessalonicae mansurum scribit.* 2. *Attico salutem suam commendat, et quantum ei debeat ostendit.* 3.

CICERO S. D. Q. CAECILIO Q. F. POMPONIANO ATTICO,

Quod quidem ita esse, et avunculum tuum fun-

---

addatur, obscurius dicitur, quoniam coeptum est.

qualicumque de causa] Vulgatum *quacumque de causa* bene se haberet, si de pluribus causis ageretur. At h. l. significatur utcunque mea causa comparata fuerit; ergo rescripsi *qualicunque de causa.*

miserrimae filiolae] Vulgo *miserrimae mulieris Tulliolae.*

Epist. LXXV. 1. *Quod quidem ita esse*] Coniungi-

ctum esse officio, vehementissime probo: gaudere me tum dicam, si mihi hoc verbo licebit uti. Me miserum! quam omnia essent ex sententia, si nobis animus, si consilium, si fides eorum, quibus credidimus, non defuisset: quae colligere nolo, ne augeam maerorem. Sed tibi venire in mentem certo scio, quae vita esset nostra, quae suavitas, quae dignitas. Ad quae recuperanda, per fortunas! incumbe, ut facis, diemque natalem reditus mei, cura, ut in tuis aedibus amoenissimis agam tecum et cum meis.

2 Ego huic spei et exspectationi, quae nobis proponitur cum maxime, volui praestolari apud te in Epiro: sed ita ad me scribitur, ut putem esse commodius, nos eisdem in locis esse.

3 De domo et Curionis oratione, ut scribis, ita est. In universa salute, si ea modo nobis restituetur, inerunt omnia; ex quibus nihil malo, quam domum. Sed tibi nihil mando nominatim: totum me tuo amo-

---

tur hoc cum inscriptione, qua Cicero in his literis primum usus est; *ita esse* scil. ut tu sis filius Q. Caecilii Metelli avunculi tui et heres. *Ern.* Nimirum Atticus ab avunculo Caecilio testamento adoptatus erat, simulque heres eius ex dodrante scriptus.

in tuis aedibus amoenissimis] Pamphilianis, tibi ab avunculo relictis, in Quirinali colle. Nepos in vita. Publ. Victor cap. 6. Amoenissimae vero erant, quia earum amoenitas non aedificio sed silva constitit. Nepos ibid. *Corr.*

2. *quae nobis proponitur cum maxime, volui praestolari*] Recepi Graevii emendationem, Ernestio quoque probatum. In edd. erat: *quae nobis proponitur, maxime tamen volui praestolari.*

eisdem in locis esse] nempe Thessalonicae aut certe in vicinia.

3. *Curionis oratione*] Quia Clodius Ciceronis domum Libertati consecraverat, ideo Atticus cum Curione qui pontifex erat, sermones habuerat, de domo liberanda.

eique commendo. Quod te, in tanta hereditate, mni occupatione expedisti, valde mihi gratum Quod facultates tuas ad meam salutem polliceris, nnibus rebus a te praeter ceteros iuver: id quan-sit praesidium, video; intelligoque, te multas :s meae salutis et suscipere, et posse sustinere, e, ut ita facias, rogandum esse. Quod me vetas juam suspicari accidisse ad animum tuum, quod ; a me erga te commissum, aut praetermissum vi-:ur, geram tibi morem, et liberabor ista cura: ti-men eo plus debeo, quo tua in me humanitas fuit lsior, quam in te mea. Velim, quid videas, quid ligas, quid agatur, ad me scribas: tuosque omnes ›stram salutem adhortere. Rogatio Sextii neque :tatis satis habet, nec cautionis. Nam et nomi-ı ferri oportet, et de bonis diligentius scribi: et ıimadvertas velim. Dat. IIII non. Octob. Thes-icae.

---

tanta hereditate] ex ıccepit circiter centies Nepos in vita. *Manut.*

t] Vulgo *fuerit*; sed ndicativus requiritur.

ninatim] Cicero nimi-exemplum legerat ro-nis de abroganda lege ia a Sextio ferendae, dum enim lata erat) videtur ita concepta , ut neque Clodium ne-Ciceronem nominaret, ıntum universe iuberet legem abrogari, quae esset in privum hominem data, (quod privilegium vocabatur) nec centuriatis sed tributis comitiis perlata. Id Cicero negat dignitatis satis habere, quod suspicionem metus cuiusdam ne Clodius offenderetur, prodere videbatur.

ferri] Sic melius, quam ut vulgo editur *ferre*.

de bonis] Ciceroni restituendis.

EPISTOLA LXXVI. (ad Div. XIV. 2.)

Scr. Thessalonicae III. non. Oct. A. U. C. 695.

Moestitiam suam et curam, luctumque ex magnis uxoris molestiis ob casum suum susceptis declarat, et ut suis facultatum reliquiis parcat, valetudinemque curet, hortatur.

TULLIUS TERENTIAE SUAE, TULLIOLAE, ET CICERONI SUIS, S. D.

Noli putare, me ad quemquam longiores epistolas scribere, nisi, si qui ad me plura scripsit, cui puto rescribi oportere. Nec enim habeo, quod scribam: nec hoc tempore quidquam difficilius facio. Ad te vero, et ad nostram Tulliolam non queo sine plurimis lacrimis scribere. Vos enim video esse miserrimas, quas ego beatissimas semper esse volui idque praestare debui: et, nisi tam timidi fuissemus, praestitissem. Pisonem nostrum merito eius amo plurimum. Eum, ut potui, per literas cohortatus sum, gratiasque egi, ut debui. In novis tribunis plebis intelligo spem te habere. Id erit firmum, si Pompeii voluntas erit. Sed Crassum tamen metuo. A te quidem omnia fieri fortissime, et amantissime video, nec miror; sed maereo casum eiusmodi, ut tantis tuis miseriis meae miseriae subleventur. Nam ad me P. Valerius, homo officiosus, scripsit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum a Vestae ad tabulam Valeriam ducta esses.

Epist. LXXVI. *nec enim habeo quod scribam*] Sic Ms. meus, Guelf. 2. et edd. pr. Recentiores *quid*, male, ut prope semper. *Ernesti.*

casum eiusmodi] Est hic aliquid duri. Suspicatus sum *casum esse eius modi.* — *Ernesti.*

ad tabulam Valeriam] Locus in foro fuit, quo tribuni plebis convenire soliti sunt. In Vatin. c. 9. *quum eum tu consulem in vincula*

mea lux, meum desiderium, unde omnes opem
e solebant! te nunc, mea Terentia, sic vexari,
cere in lacrimis, et sordibus! idque fieri mea
, qui ceteros servavi, ut nos periremus! Quod
mo scribis, hoc est, de area: ego vero tum de-
mihi videbor restitutus, si illa nobis erit restitu-
Verum haec non sunt in nostra manu. Illud do-
quae impensa facienda est, in eius partem, te
am, et despoliatam venire. Quod si conficitur
ium, omnia consequemur. Sin eadem nos for-
premet, etiamne reliquias tuas misera proiicies?

---

es et a tabula Valeria
ae tui mitti iuberent.
t. Videtur potius ta-
Valeria vel argentaria
a, vel auctionaria (ut
mannus putabat ad
orat. pro Caecina) fuis-
d quam illi tribuni ple-
quorum orat. in Vati-
mentio fit, non sole-
more, sed tum forte
tii alicuius causa con-
sent. Et quod Teren-
l hanc tabulam rapere
videtur eo consilio fa-
esse, ut de pecunia
eranda per argenta-
caveret.

em petere solebant] nem-
er eam Ciceronem sibi
iliari posse sperabant.
sti.

eius partem] nempe ut
ropriis bonis depende-
Impensa autem, de qua
igitur, videtur pecunia
, qua suffragia ad re-
stituendum Ciceronem redi-
mebantur.

*Quod si conficitur nego-
tium*] scil. de me revocan-
do. Id intelligitur ex oppo-
sitione: *sin eadem nos fortu-
na* (scil. in qua nunc sumus)
premet, ut semper exsulari
cogamur.

reliquias tuas] quae ex do-
te Terentiae et propriis eius
bonis supererant.

misera] Sic legendum
non *miseras* ut edd. pr. quae-
dam habent et MSS. unde
Gebhardus recepit. Latini-
tas non patitur. *Misera* ha-
bet et Mediol. *Reliquias*
vocat *aream* illam domus
suae, quae Terentiae e nau-
fragiis bonorum restabat.
Ernesti. Aliud agebat Er-
nestius, quum hic de area
domus Ciceronianae in Pa-
latio cogitabat. Nam haec
area a Clodio erat consecra-
ta, nec eam vendere Te-

Obfecro te, mea vita, quod ad fumptum attinet, fine alios, qui poffunt, fi modo volunt, fustinere: et valitudinem iftam infirmam, fi me amas, noli vexare. Nam mihi ante oculos dies noctesque verfaris. Omnes labores te excipere video. Timeo, ut fustineas. Sed video in te effe omnia. Quare, ut id, quod fperas, et quod agis, confequamur, fervi valitudini. Ego, ad quos fcribam, nefcio, nifi ad eos, qui ad me fcribunt, aut ad eos, de quibus ad me vos aliquid fcribitis. Longius, quum ita vobis placet, non discedam: fed velim, quam facpiffime literas mittatis, praefertim fi quid eft firmius, quod fperemus. Valete, mea defideria, valete. a. d. III nonas Octobr. Theffalonica.

EPISTOLA LXXVII. (Att. III. 21.)

Scr. Theffalonicae V. Kal. Nov. A. U. C. 695.

Rogat Atticum, ut omnia, quae de revocatione fua perfpiciat, quamcumque in partem, planiffime ad fe fcribat.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Triginta dies erant ipfi, quum has dabam literas, per quos nullas a vobis acceperam. Mihi autem erat in animo, iam, ut antea ad te fcripfi, ire in Epirum: et ibi omnem cafum potiffimum exfpectare. Te oro,

---

rentia poterat. Immo agitur de propriis Terentiae vel fundis, (ut de faltu illo, quem habebat ep. 30, 6. vel de vico quam eam vendere voluiffe ex ep. 79. intelligitur) vel pecuniis foenore collocatis.

Epift. LXXVII. *potiffimum exfpectare*] *potiffimum* pertinet ad *ibi* non ad *exfpectare.* Fortaffe transpofitum eft per negligentiam. Ed. Jenf. habet *potiffime*, et quaedam fequaces ut Cratandr. *Ern.*

ſi quid erit, quod perſpicias, quamcumque in
:m, quam planiſſime ad me ſcribas: et meo no-
:, ut ſcribis, literas, quibus putabis opus eſſe, ut
Dat. V kal. Novemb.

PISTOLA LXXVIII. (Att. III. 22.)

partim Theſſalonicae, partim Dyrrhachii VI. Kal. Dec. A. U. C. 695.

Plancii liberalitate, de Lentuli officio, de Metello ſibi ıcato. 1. *Quibus cauſis commotus ſe Dyrrhachium ıtulerit.* 2.

CICERO ATTICO, S.

Etſi diligenter ad me Quintus frater et Piſo, quae ıt acta, ſcripſerant: tamen vellem, tua te occu-) non impediſſet, quo minus, ut conſueſti, ad me, ageretur et quid intelligeres, perſcriberes. Me ıc Plancius liberalitate ſua retinet, iam aliquoties ıtum ire in Epirum. Spes homini eſt iniecta, non :m, quae mihi, poſſe nos una decedere: quam ſibi magno honori ſperat fore. Sed iam, quum :ntare milites dicuntur, faciendum nobis erit, ut

---

ıamcumque in partem] mala ſunt, ſive bona.

ıibus putabis opus eſſe] d eos, ad quos utile pu- ı ſcribi, epiſtolas meo ıine ſ. tamquam a me ıtas perferendas cures.

piſt. LXXVIII. 1. Piſo] :ronis gener.

ıſſe nos una decedere] eſtor enim erat Plancius Iacedonia; praetore L. Appuleio. Cic. or. pro Planc. c. 41. *Manut.*

milites] quos L. Piſo, proconſul Appuleio praetori Macedoniae ſucceſſurus praemiſerat. Ab iis autem ideo timebat, quod ſibi Piſonem inimiciſſimum cognoverat. *Manut.*

dicuntur] Hoc revocavi ex edd. Rom. Ald. Hervag. Cetera inde a Jenſono *di-*

ut ab eo discedamus. Quod quum faciemus, ad te ſtatim mittemus; ut ſcias, ubi ſimus. Lentulus ſuo in nos officio, quod et re, et promiſſis, et literis declarat, ſpem nobis nonnullam affert Pompeii voluntatis. Saepe enim tu ad me ſcripſiſti, eum totum eſſe in illius poteſtate. De Metello ſcripſit ad me frater, quantum ſperarit, perfectum eſſe per te. Mi Pomponi, pugna, ut tecum et cum meis mihi liceat vivere: et ſcribe ad me omnia. Premor luctu et deſiderio tum meorum omnium, tum eorum, qui mihi me cariores ſemper fuerunt. Cura, ut valeas.

2 Ego, quod, per Theſſaliam ſi irem in Epirum, perdiu nihil eram auditurus, et quod mei ſtudioſos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi, quum illa ſuperiora Theſſalonicae ſcripſiſſem. Inde quum ad te me convertam, faciam ut ſcias. Tuque ad me velim

---

cantur; denique e Faërni libro *dicerentur;* quod miror arreptum eſſe a Grutero, etiam Graevio; quum ei repugnare ſequentia *erit*, et *discedamus*, etiam tiro ſentire poſſit; nam pro his deberet eſſe *erat*, et *discederemus*. Ita ſaepe occaecavit criticos libri ſcripti nomen. Malaſpina coniiciebat *dicuntur;* quod et mihi olim videbatur, antequam veteres libros videram. In ſignificatione temporis *dicuntur* nihil vitii haberet. *Erneſti.*

quantum ſperarit, perfectum eſſe per te] De Metello conſule deſignato Ciceroni inimico, ſed placato hactenus, ut reſtitutionem eius non impediret. Ed. Rom. habet *perfectum*. Ienſ. *profectum*. Vulgati plerique ſecuti ſunt hanc lectionem; ego edidi illam; nam *quantum ſperarit* non convenit huic, nec *per te*. Sed vulgatum *ſperaret* vitioſum eſt manifeſte, debetque eſſe aut *ſperarit*, aut *ſperaſſet*. Sed illud praetuli. Quintus ſcripſerat: *quantum ſperavi, perfectum eſt per Atticum*. Hinc in narratione Ciceronis fit *quantum ſperarit*. — *Ern.*

premor luctu et deſiderio, tum meorum] Sic concinnius legitur, quam ut vulgo: *premor quum luctu tum deſiderio meorum.*

omnia quam diligentissime, cuicuimodi sunt, scribas. Ego iam aut rem, aut ne spem quidem exspecto. Dat. VI kal. Decemb. Dyrrhachii.

EPISTOLA LXXIX. (ad Div. XIV. 1.)

Inchoata Thessalonicae, finita Dyrrhachii a. d. VI. Kal. Dec. A. U. C. 695.

De calamitatis suae magnitudine 1. *de spe restitutionis*, 2. *de familia.* 3. *Plancum se adhuc retinere* 4. *de Pisonis humanitate* 5. *se uxorem de Q. fratre nihil accusasse*, *et quibus voluerit gratias agi*, *egisse* 6. *rogat filii causa*, *ne vicum suum vendat* 7. *cur Dyrrhachium profectus sit*, *ostendit.* 8.

TULLIUS TERENTIAE SUAE, TULLIOLAE SUAE, CICERONI SUO S. D.

Et literis multorum, et sermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem, et fortitudinem esse: teque nec animi, nec corporis laboribus defatigari. Me miserum! te ista virtute, fide, probitate, humanitate, in tantas aerumnas propter me incidisse! Tulliolamque nostram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus! Nam quid ego de Cicerone dicam? qui quum primum sapere coepit, acerbissimos dolores, miseriasque percepit. Quae si, ut tu scribis, fato facta putarem, ferrem paullo facilius: sed omnia sunt mea culpa commissa, qui ab his me amari putabam, qui invidebant: eos non sequebar, qui petebant. Quod si nostris consiliis usi

---

Epist. LXXIX. 1. *qui petebant*] i. e. expetebant me et amicitiam meam. Sic et alibi est. *Ern.* Caesarem potissimum significat, a quo sibi oblatam legationem aspernatus erat.

usi essemus, neque apud nos tantum valuisset sermo aut stultorum amicorum, aut improborum; beatissimi viveremus.

2 Nunc, quum sperare nos amici iubent, dabo operam, ne mea valitudo tuo labori desit. Res quanta sit, intelligo; quantoque fuerit facilius manere domi, quam redire. Sed tamen, si omnes tribunos plebis habemus, si Lentulum tam studiosum quam videtur, si vero etiam Pompeium, et Caesarem: non est desperandum.

3 De familia, quomodo placuisse amicis scribis, faciemus.

4 De loco nunc quidem iam abiit pestilentia: sed quam diu fuit, me non attigit. Plancius, homo officiosissimus, me cupit esse secum; et adhuc retinet. Ego volebam loco magis deserto esse in Epiro, quo nec ipse veniret, nec milites: sed adhuc Plancius me retinet. Sperat posse fieri, ut mecum in Italiam de-

---

3. *de familia*] Servorum suorum de quibus, an manumittendi essent, interrogatus erat. Nam eos manumisisse, quod ad h. l. scribit Ernestius, nullibi apparet.

4. *de loco*] Terentiae nuntiatum erat Thessalonicae aut Dyrrhachii pestilentiam quandam coortam, ideoque valetudini mariti timuerat.

quo nec ipse veniret] Vulgo editur *quo neque Hispo veniret.* Nonnulli veteres libri habent, *ipso*; alii *ipse*, quinque nostri *Hipso.* Ex hac varietate legendum fortasse *Piso*, vel potius *ipse*; ut de eodem accipiatur; cuius nomen omitti potuit, quum Terentiae literis L. Pisonem Ciceronis inimicum, eius anni consulem ad Macedoniam regendam, propediem iturum significantibus, responderet; nominare enim, qui consul adhuc erat, non audebat. *Manut.* Nihil melius video, quam ut *ipse* legatur. Nam Pisonem consulem intelligi certum est. Ac si *Hispo* verum esset, fictum nomen transpositis literis esse crederem potius, pro *Pisonis* nomine, quam de centurione aliquo acciperem.

lat. Quem ego diem si videro, et si in vestrum mplexum venero, ac si et vos, et me ipsum recupero, satis magnum mihi fructum videbor percepisse, vestrae pietatis, et meae.

Pisonis humanitas, virtus, amor in omnes nos, 5 ntus est, ut nihil supra possit. Utinam ea res ei voptati sit! gloriae quidem video fore.

De Q. fratre nihil ego te accusavi: sed vos, quum 6 raesertim tam pauci sitis, volui esse quam coniunctissmos. Quibus me voluisti agere gratias, egi, et me te certiorem factum esse scripsi.

Quod ad me, mea Terentia, scribis, te vicum 7 endituram: quid obsecro te, (me miserum!) quid uturum est? Et, si nos premet eadem fortuna, quid uero misero fiet? Non queo reliqua scribere, (tanta is lacrimarum est) neque te in eundem fletum adduam. Tantum scribo: si erunt in officio amici, pecunia non deerit; si non erunt, tu efficere tua pecunia non poteris. Per fortunas miseras nostras, vide, ne puerum perditum perdamus. Cui si aliquid erit, ne leat: mediocri virtute opus est, et mediocri fortuna, ut cetera consequatur. Fac valeas, et ad me tabellarios mittas, ut sciam, quid agatur, et vos quid agatis. Mihi omnino iam brevis exspectatio est. Tulliolae, et Ciceroni salutem dic. Valete. D. a. d. VI kalendas Decembres, Dyrrhachii.

Dyrrhachium veni, quod et libera civitas est; et 8 in me officiosa, et proxima Italiae. Sed si me offendet loci celebritas, alio me conferam, ad te scribam.

---

efficere] ut restituar.

perditum perdamus] perditum calamitate nostra; perdamus vico vendito, et rei familiaris iactura. *Manut.*

libera civitas] sui iuris; ut in ea Romani exsules tuto esse possint.

in me officiosa] quia semper a me defensa. Vid. ep. 78. et orat. pro Planc. 1. *Manut.*

EPISTOLA LXXX. (ad Att. III. 23.)

Data Dyrrhachii prid. Kal. Dec. A. U. C. 695.

Nuntiat se tres ab Attico epistolas accepisse unam d. VIII kal. Nov. datam 1. alteram die non adscripto, cui sic respondet, ut quae in lege salutis suae causa a tribunis plebis promulgata desideret, exponat. 2. tertiam prid. id. Nov. datam, cuius occasione iterum suos Attico commendat. 3.

CICERO ATTICO, S.

A. d. v. kal. Decemb. tres epistolas a te accepi; unam datam a. d. VIII kal. Novemb. in qua me hortaris, ut forti animo mensem Ianuarium exspectem: eaque, quae ad spem putas pertinere, de Lentuli studio, de Metelli voluntate, de tota Pompeii ratione, perscribis. In altera epistola, praeter consuetudinem tuam, diem non adscribis: sed satis significas tempus. Lege enim ab octo tribunis plebis promulgata, te eas literas eo ipso die dedisse, id est, a. d. IIII kal. Novemb. et, quid putes utilitatis eam promulgationem attulisse, scribis. In quo si iam haec nostra salus cum hac lege

---

Epist. LXXX. 1. *mensem Ianuarium*] cuius mensis die primo Lentulus et Metellus Coss. magistratum inituri erant, acturumque se Lentulus in senatu de Ciceronis re promiserat, egitque. *Manut.*

de Metelli voluntate] a Cicerone non amplius aliena. *Manut.*

tota Pompeii ratione] qui ad conficiendum Ciceroni reditum omnia studia, omnes opes instituerat conferre, quod re ipsa praestitit. *Manut.*

te eas literas] Vulgo *scribis te eas literas:* at quum in fine huius sententiae positum sit *scribit*, h. l. ut superfluum, Ernestio auctore delevi.

desperata erit, velim pro tuo in me amore hanc inanem meam diligentiam, miserabilem potius, quam ineptam, putes: sin est aliquid spei, des operam, ut maiore diligentia posthac a novis magistratibus defendamur. Nam ea veterum tribunorum plebis rogatio tria capita habuit; unum de reditu meo, scriptum incaute. Nihil enim restituitur, praeter civitatem et ordinem: quod mihi pro meo casu satis est; sed, quae cavenda fuerint, et quo modo, te non fugit. Alterum caput est tralaticium de impunitate, si quid contra alias leges eius legis ergo factum sit. Tertium caput, mi Pomponi, quo consilio, et a quo sit inculcatum, vide. Scis enim Clodium sanxisse, ut vix, aut omnino non posset nec per senatum, nec per populum infirmari sua lex. Sed vides, numquam esse observatas sanctiones earum legum, quae abrogarentur. Nam si id esset, nulla fere abrogari posset: (neque enim ulla est, quae non ipsa se sepiat difficultate abrogationis) sed, quum lex abrogatur, illud ipsum abrogatur, quo non eam abrogari oporteat. Hoc quum ita sit; quum semper ita habitum observatumque

---

desperata erit] nempe quod rogatio tribunorum non perlata sit.

hanc inanem meam diligentiam] velim istam diligentiam, qua tibi in tribus rogationis tribunorum de mea causa capitibus, quae desideraverim, exponam, si inanis fuerit, propterea quod toti rogationi intercessum sit, misericordia potius dignam quam ineptam putes.

a novis] ita pro *a nostris* corrigendum esse viderunt Manutius, Malaspina, Ernestius. Opponuntur enim novi tribuni veteribus.

sed quae cavenda fuerint] scil. de domo reliquisque bonis restituendis.

quo non eam abrogari oporteat] Sic per coniecturam Malaspina, e libris Bosius correxit. *quomodo eam* ante Bosium erat ex ed. Iens. — Rom. per compendium habet *quo*. — *Ernesti.*

hoc quum ita sit] Vulgo

ſit, octo noſtri tribuni plebis caput poſuerunt hoc: SI QUID IN HAC ROGATIONE SCRIPTUM EST, QUOD PER LEGES, PLEBIS VE SCITA PROMULGARE, ABROGARE, DEROGARE, DEROGARE S. F. SUA NON LICEAT, NON LICUERIT; QUODVE EI QUI PROMULGAVIT, ABROGAVIT, DEROGAVIT, OBROGAVIT, OB EAM REM POENAE, MULTAEVE SIT E. H. L. N. R. Atque hoc in illis tribunis plebis non laedebat. Lege enim collegae ſui non tenebantur: quo maior eſt ſuſpicio malitiae alicuius; quum id, quod ad ipſos nihil pertinebat, erat autem contra me, ſcripſerunt: ut novi tribuni plebis, ſi eſſent timidiores, multo magis ſibi eo capite utendum putarent. Neque id a Clodio praetermiſſum eſt. Dixit enim in concione a. d. III non. Nov. hoc capite deſignatis tribunis plebis praeſcriptum eſſe, quid liceret: tamen, in lege nulla eſſe eiusmodi caput, te non fallit. Quod

---

hoc quum revera ita ſit. Erneſtius recte cenſuit delendum eſſe *revera;* quia *revera* numquam dicitur, niſi ubi *verbis*, *ſpecie*, aut ſimile aliquid praeceſſerit. Fortaſſe Cicero tantum ſcripſerat: *Hoc quum ſemper ita habitum obſervatumque ſit.*

PLEBIS VE SCITA] Hic in edd. additur: HOC EST QUOD PER LEGEM CLODIAM: in quibus iam Briſſonius gloſſatoris manum agnovit.

E. H. L. N. R] i. e. eius hac lege nihil rogatum.

atque non — laedebat] Legendum videtur: *atqui hoc illos tribunos plebis non laedebat;* nempe etiamſi Clodius poenam aut mulctam ei irrogaſſet, qui de lege ſua abroganda rogationem tuliſſet, tamen ea poena aut mulcta tribunos plebis laedere non poterat, quia lege collegae ſui non tenebantur. Itaque nihil opus erat hanc cautionem adiicere.

collegae] Sic legendum eſſe, non *collegii* ut edd. pr. et Victor. notavit Erneſti; *collegae ſui* eſt Clodii. Nam collegii lege tenebantur ſine dubio tribuni. Id iam ante eum viderat Corradus; et Ald. Crat. Hervag. recte habeat *collegae.*

ſi opus eſſet, omnes in abrogando uterentur. Ut Ninnium, aut ceteros fugerit, inveſtiges velim: et, quis attulerit; et quare octo tribuni plebis ad ſenatum de me referre non dubitarint; (quod obſervandum illud caput non putabant,) iidem in abrogando tam cauti fuerint, ut id metuerent, ſoluti quum eſſent; quod ne iis quidem, qui lege tenentur, eſt curandum. Id caput ſane nolim novos tribunos plebis ferre. Sed perferant modo quod licet. Uno capite, quo revocabor, (modo res conficiatur) ero contentus. Iam dudum pudet tam multa ſcribere. Vereor enim, ne re iam deſperata legas; ut haec mea diligentia miſerabilis tibi, aliis irridenda videatur. Sed ſi eſt aliquid in ſpe, vide legem, quam T. Fadio ſcripſit Viſellius: ea mihi perplacet. Nam Sextii noſtri, quam tu tibi probari ſcribis, mihi non placet.

Tertia eſt epiſtola prid. id. Novemb. data: in qua exponis prudenter et diligenter, quae ſint, quae rem diſtinere videantur, de Craſſo, de Pompeio, de ceteris. Quare oro te, ut, ſi qua ſpes erit, poſſe ſtudiis bonorum, auctoritate, multitudine comparata rem 2

---

quod obſervandum] Vulgo *ſitne quod obſervandum* — Sed illud *ſitne* delendum eſſe recte iudicavit Erneſti.

ſoluti quum eſſent] quum illa lege collegae ſui, Clodii, non tenerentur.

quod licet] Vulgo *quid libet* ſenſu inepto aut nullo. Praeferenda lectio, *quod licet;* nam Cicero, *ſed perferant modo*, inquit, legem de reditu meo, quam ferre certe licet.

T. Fadio] tribuno plebis deſignato.

T. Viſellius] Iuris Conſultus, opinor, et fortaſſe pro Titus, Caius; ut ſit *C. Viſellius Varro*, Ciceronis conſobrinus, qui iuris civilis a patre Aculeone traditam tenuit diſciplinam. Cic. Brut. *Manut.*

2. *multitudine comparata*] ut ex omni fere Italia Romam conveniant ad diem rogationis de Cicerone re-

confici, des operam, ut uno impetu perfungamur; in eam rem incumbas, ceterosque excites. Sin, ut ego perfpicio, quum tua coniectura, tum etiam mea, fpei nihil eft: oro obteftorque te, ut Quintum fratrem ames, quem ego miferum mifere perdidi; neve quid eum patiare gravius confulere de fe, quam expediat fororis tuae filio; meum Ciceronem, cui nihil mifello relinquo praeter invidiam et ignominiam nominis mei, tueare, quoad poteris; Terentiam, unam omnium aerumnofiffimam, fuftentes tuis officiis. Ego in Epirum proficifcar, quum primorum dierum nuntios excepero. Tu ad mevelim proximis literis, ut fe initia dederint, perfcribas. Dat. prid. kal. Decemb.

EPISTOLA LXXXI. (ad Div. XIV. 3.)

Data Dyrrhachii prid. kal. Dec. A. U. C. 695.

Queritur calamitatem fua culpa fibi contractam 1. *fe tuto effe Dyrrhachii, ubi velit eorum quae de falute fua agantur eventum exfpectare; quare ut uxor Romae maneat rogat.* 2.

TULLIUS TERENTIAE ET TULLIAE ET CICERONI SUIS, S. D.

Accepi ab Ariftocrito tris epiftolas, quas ego la-

---

ftituendo ferendae. *Manut.* Non erat quod Erneftius hic haereret; *comparata multitudo* h. l. apte dicitur, quia non folum preces amicorum Ciceronis, fed pecuniae quoque multis datae intercefferant.

uno impetu perfungamur] Vulgo *ut uno impetu perfringatur*, quod effet durius-cule pofitum pro: *uno impetu conficiatur.* Manutius et Mich. Brutus ediderunt *perfringantur*, fubintelligentes ea quae diftineant. In cod. Helmftad. eft *perfungatur*, inde Graevius coniecit fcribendum effe *perfungamur*, quod fane optimum eft.

crimis prope delevi. Conficior enim maerore, mea Terentia: nec meae me miseriae magis excruciant, quam tuae, vestraeque. Ego autem hoc miserior sum, quam tu, quae es miserrima, quod ipsa calamitas, communis est utriusque nostrum: sed culpa mea propria est. Meum fuit officium, vel legatione vitare periculum; vel diligentia, et copiis resistere; vel cadere fortiter. Hoc miserius, turpius, indignius nobis nihil fuit. Quare quum dolore conficior, tum etiam pudore. Pudet enim me uxori optimae, suavissimis liberis, virtutem, et diligentiam non praestitisse. Nam mi ante oculos dies noctesque versatur squalor vester, et maeror, et infirmitas valitudinis tuae: spes autem salutis pertenuis ostenditur. Inimici sunt multi: invidi paene omnes. Eiicere nos magnum fuit, excludere facile est. Sed tamen quamdiu vos eritis in spe, non deficiam, ne omnia mea culpa cecidisse videantur.

Ut tuto sim, quod laboras, id mihi nunc facilli- 2
mum est: quem etiam inimici volunt vivere in his tantis miseriis. Ego tamen faciam, quae praecipis. Amicis, quibus voluisti, egi gratias, et eas literas Dexippo dedi; meque de eorum officio scripsi a te certiorem esse factum. Pisonem nostrum mirifico esse studio in nos, et officio, et ego perspicio, et omnes praedicant. Dii faxint, ut tali genero mihi praesenti tecum simul, et cum liberis nostris frui liceat! Nunc spes reliqua est in novis tribunis plebis et in primis

---

Epist. LXXXI. 1. *quum dolore conficior*] Sic Ms. noster et Gu. 2. et edd. pr. *Conficiar*, quod est in recentioribus, sine dubio vitiosum est. *Quum* respondet particulae *tum*, nec est causale. *Ernesti.*

uxori] Quod hic addebatur *meae*, id recte delendum censuit Ernesti. Nam nec mox *suavissimis liberis* additur *meis*.

2. *ut tuto sim*] scil. ibi ubi sum

quidem diebus. Nam ſi inveterarit, actum eſt. Ea re ad te ſtatim Ariſtocritum miſi, ut ad me continuo initia rerum, et rationem totius negotii poſſes ſcribere; etſi Dexippo quoque ita imperavi, ſtatim ut recurreret; et ad fratrem miſi, ut crebro tabellarios mitteret. Nam ego eo nomine ſum Dyrrhachii hoc tempore, ut quam celerrime, quid agatur, audiam, et ſum tuto. Civitas enim haec ſemper a me defenſa eſt. Quum inimici noſtri venire dicentur, tum in Epirum ibo. Quod ſcribis, te, ſi velim, ad me venturam: ego vero, quum ſciam magnam partem iſtius oneris abs te ſuſtineri, te iſtic eſſe volo. Si perficitis quod agitis: me ad vos venire oportet. Sin autem — ſed nihil opus eſt reliqua ſcribere. Ex primis, aut ſummum ſecundis literis tuis conſtituere poterimus, quid nobis faciendum ſit. Tu modo ad me velim omnia diligentiſſime perſcribas: etſi magis iam rem, quam literas, debeo exſpectare. Cura, ut valeas, et ita tibi perſuadeas, mihi te carius nihil eſſe, nec umquam fuiſſe. Vale mea Terentia, quam ego videre videor. Itaque debilitor lacrimis. Vale. Pridie kalendas Decembr.

EPISTOLA LXXXII. (Att. III. 12.)

Scr. Dyrrhachii IV. id. Dec. A. U. C. 695.

Scribit ſibi non placere amicorum conſenſu provincias conſulum deſignatorum ornatas eſſe, quod vereatur ne ea res novorum tribunorum plebis animos alienet.

CICERO ATTICO, S.

Antea, quum ad me ſcripſiſſetis, veſtro conſenſu

---

exſpectare] Sic legendum eſſe dudum credidi. Reperi deinde in Mſ. meo, Gu. 1. 2. et edd. pr. Vulgg. *ſpectare* — *Erneſti.*

Epiſt. LXXXII. 1. *veſtro*

consulum provincias ornatas esse; etsi verebar, quorsum id casurum esset, tamen sperabam vos aliquid aliquando vidisse prudentius: posteaquam mihi et dictum est, et scriptum, vehementer consilium vestrum reprehendi, sum graviter commotus; quod illa ipsa spes exigua, quae erat, videbatur esse sublata. Nam si tribuni plebis nobis succensent, quae potest spes esse? at videntur iure succensere: quum et expertes consilii fuerint, qui causam nostram susceperant; et nostra concessione omnem vim sui iuris amiserint: praesertim quum ita dicant, se nostra causa voluisse suam potestatem esse de consulibus ornandis, non ut eos impedi-

---

consensu] consensistis, ut senatus provincias decerneret consulibus designatis Lentulo et Metello; quam rem novi tribuni pl. usque differri volebant, dum ipsi magistratum ingrederentur, non ut senatus consultum impedirent, sed ut non impedientes eo quasi beneficio consules ad nostram causam adiungerent. *Manut.*

ornatas esse] Verbum est saepe de provinciis usurpatum ab antiquis scriptoribus. Quod ita accipio, ut cum ipsis provinciis simul decernerentur eae res, quae provincias administrantibus necessariae putarentur, ut milites, pecunia et huiusmodi. Sic *ornare classem* orat. pro leg. Manilia c. 4. pro instruere. *Manut.*

videbatur] Ita scribendum esse monuit Ernesti; vulgo *videtur.*

at videntur] Sic pro *ac* legendum esse existimavi, nunc in ed. Rom. id reperi; ideoque recepi. *Ernesti.*

expertes consilii] hoc enim sine eorum consilio fecistis. *Manut.*

nostra concessione] nisi enim concessum a nobis esset, ut a senatu consulares provinciae ornarentur, dilata res a veteribus tribunis pl. ad novos devenisset. Quae quum nostra concessione ante confecta sit, quam ingressi magistratum sui iuris vi et potestate uti potuerint; iure nobis succensent. *Manut.*

de consulibus ornandis] i. e. de provinciis consulum ornandis. Ita locutus est lib. II. ad Q. fratrem: *refe-*

rent, ſed ut ad noſtram cauſam adiungerent. Nunc ſi conſules a nobis alieniores eſſe velint, poſſe id libere facere; ſin velint noſtra cauſa, nihil poſſe ſe invitis. Nam quod ſcribis: ni ita vobis placuiſſet, illos hoc idem per populum aſſecuturos fuiſſe; invitis tribunis plebis fieri nullo modo potuit. Ita vereor, ne et ſtudia tribunorum amiſerimus: et, ſi ſtudia maneant, vinclum illud adiungendorum conſulum amiſſum ſit. Accedit aliud non parvum incommodum, quod gra-

---

rebatur de provinciis quaeſtorum, et de ornandis praetoribus. Et Livius lib. XLII. *de ornandis magiſtratibus exeuntibus mentionem facit.* —

ſin velint] inepte vulgg. *vellent*, quum in eadem orationis ſerie ante ſit, *ſi velint*. *Erneſti.*

libere facere] quia nihil amplius a nobis exſpectent, quum iam ſui voti compotes facti ſint, provincias per ſenatum aſſecuti. *Manut.*

ni ita vobis placuiſſet] Recte Erneſtius *vobis* ex ed. Ienſ. et Aſcenſ. reſtituit. Vulgo *nobis*. Cicero enim non verba Attici repetit, ſed ſententiam narrando.

per populum] Saepe enim ad populum confugiebant, ut per eum provincias, a ſenatu negatas, obtinerent. Ideoque paulo ante, ut ſcribit Suetonius, quam Caeſari Galliam Ciſalpinam ſenatus dediſſet, mox et Comatam adiecit, veritis patribus, ne, ſi ipſi negaſſent populus et hanc daret. Et poſt Caeſaris interitum Celticam regionem quum deſperaret M. Antonius a ſenatu impetrari poſſe, a populo accepit. *Manut.*

nullo modo] quia tribuni plebis quum lex de provinciis conſularibus ad populum ferretur, intercedere potuiſſent. Quo metu conſules ad conciliandos ſibi tribunos omnia noſtra cauſa feciſſent, ſi de nobis prius in ſenatu, quam de provinciis ageretur. Nunc video veſtro conſenſu factum eſſe, prius ut ageretur de provinciis. Ita neque iam conſules tenemus; quibus nulla nunc neceſſitate obſtrictis, liberum eſt, quicquid volunt; et tribunos plebis, quum iure ſuccenſere poſſint, vereor ne amiſerimus. *Manut.* Omnem tamen hunc Ciceronis metum vanum fuiſſe eventus docuit.

vis illa opinio, ut quidem ad nos perferebatur, ſenatum nihil decernere ante, quam de nobis actum eſſet, amiſſa eſt; praeſertim in ea cauſa, quae non modo neceſſaria non fuit, ſed etiam inuſitata ac nova. Neque enim umquam arbitror ornatas eſſe provincias deſignatorum: ut, quum in hoc illa conſtantia, quae erat mea cauſa ſuſcepta, imminuta ſit, nihil iam poſſit non decerni. Iis, ad quos relatum eſt, amicis placuiſſe, non mirum. Erat enim difficile reperire, qui contra tanta commoda duorum conſulum palam ſententiam diceret. Fuit omnino difficile non obſequi, vel amiciſſimo homini, Lentulo, vel Metello, qui ſimultatem humaniſſime deponeret. Sed vereor, ne hos tamen tenere potuerimus; tribunos plebis amiſerimus. Haec res quemadmodum ceciderit, et tota res quo loco ſit, velim ad me ſcribas: et ita, ut inſtituiſti. Nam iſta veritas, etiam ſi iucunda non eſt, mihi tamen grata eſt. Dat. IIII id. Decembr.

EPISTOLA LXXXIII. (Att. III. 16.)

Scr. Dyrrhachii menſe Decembr. A. U. C. 695.

Attici diſceſſum ab urbe ſic interpretatur, ſibi in calamitate tabeſcendum eſſe.

CICERO ATTICO, S.

Poſt tuum a me diſceſſum literae mihi Roma alla-

---

ornatas eſſe provincias deſignatorum] Lege Sempronia provinciae decernebantur magiſtratibus, ante quam creati eſſent. Sed de ornandis provinciis in ſenatu referebatur demum, poſtquam conſules et praetores iam iniſſent magiſtratum.

nihil iam poſſit non decerni] nempe antequam de mea cauſa referatur. Cicero enim verebatur, ne tota cauſa de ſe in patriam revocando procraſtinata inveteraſceret.

tae ſunt: ex quibus perſpicio nobis in hac calamitate tabeſcendum eſſe: neque enim, (ſed bonam in partem accipies) ſi ulla ſpes ſalutis noſtrae ſubeſſet, tu, pro tuo amore in me, hoc tempore diſceſſiſſes. Sed ne ingrati, aut ne omnia velle nobiscum una interire videamur, hoc omitto: illud abs te peto, des operam, id quod mihi affirmaſti, ut te ante kal. Ian. ubicumque erimus, ſiſtas.

EPISTOLA LXXXIV. (Att. III. 18.)

Scr. Dyrrhachii menſe Dec. A. U. C. 695.

Scribit ſe legum lationem de ſe revocando exſpectaturum, et ſi obtrectatum fuerit, ſenatus auctoritate uſurum.

CICERO ATTICO, S.

Literae mihi a Quinto fratre cum ſenatus conſulto, quod de me eſt factum, allatae ſunt. Mihi in animo eſt, legum lationem exſpectare; et ſi obtrectabitur, utar auctoritate ſenatus, et potius vita, quam patria, carebo. Tu, quaeſo, feſtina ad nos venire.

Epiſt. LXXXIII. 1. *ſalutis noſtrae*] Edd. pr. et MſT. fere; *ſaluti noſtrae.* Primi *ſalutis noſtrae* dedere Victorius et Hervagius poſt P. Manut. etc. quod verum eſt. Illud revocavit Boſius, Gruterus. Illius conſtructionis exemplum nullum extat. *Erneſti.*

Epiſt. LXXXIV. 1. *ſenatus conſulto de me*] in patriam revocando. *Manut.*

legum lationem] in eo enim SCto ſcriptum erat, non ſolum ut lex de Cicerone, ſed ut aliae item leges aliis de rebus eodem tempore ferrentur. *Manut.*

ſi obtrectabitur] ſi quis tribunus pl. legum lationum impediet. *Manut.*

auctoritate ſenatus] in patriam redibo; etiam ſi mihi ob eam rem dimicatio cum inimicis impendeat.

EPISTOLA LXXXV. (Att. III. 10.)

Scr. Dyrrhachii exeunte Decembr. A. U. C. 695.

Iterum de salute sua prorsus desperat.

CICERO ATTICO, S.

Ex tuis literis, et ex re ipsa nos funditus perisse video. Te oro, ut, quibus in rebus mei tui indigebunt, nostris miseriis ne desis. Ego te, ut scribis, cito videbo.

EPISTOLA LXXXVI. (ad Div. V. 4.)

Scr. post initium anni ab U. C. 696.

P. Cornelio Lentulo Spinthere, C. Caecilio Metello Coss.

Consulis auxilium implorat, seque eo impetrato omnibus in rebus in eius potestate futurum promittit.

M. T. CICERO S. D. Q. METELLO NEPOTI COS.

Literae Quinti fratris, et T. Pomponii, necessarii mei, tantum spei dederant, ut in te non minus auxilii, quam in tuo collega mihi constitutum fuerit. Itaque literas ad te statim misi: per quas, et gratias tibi

---

Legum tamen lationem exspectavit. Rediit enim non ante pridie non. Sext. *Manut.*

Epist. LXXXV. 1. *funditus perisse*] quia ex Attici literis compererat legum lationem dilatam esse.

cito videbo] Nempe Atticus iam erat in itinere; et quum iret in Epirum Ciceronem Dyrrhachii se visurum promiserat.

Epist. LXXXVI. *Q. fratris*] cf. ep. 78.

Pomponii] de Metelli enim voluntate Atticum scripsisse supra dixerat ep. 80,

egi, et, ut fortuna postulabat, de reliquo tompore auxilium petii. Postea mihi non tam meorum literae, quam sermones eorum, qui hac iter faciebant, animum tuum immutatum significabant. Quae res fecit, ut tibi literis obstrepere non auderem. Nunc mihi Quintus frater meus mitissimam tuam orationem, quam in senatu habuisses, perscripsit; qua inductus ad te scribere sum conatus, et abs te, tua quantum fert voluntas, peto quaesoque, ut tuos mecum serves potius, quam propter arrogantem crudelitatem tuorum me oppugnes. Tu tuas inimicitias ut rei publicae donares, te vicisti: alienas ut contra rem publicam confirmes, adduceris? Quod si mihi tua clementia opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua potestate, tibi confirmo. Sin mihi neque magistratus, neque senatum, neque populum auxiliari, propter eam vim, quae me cum re publica vicit, licuerit: vide, ne, quum velis

---

ut fortuna postulabat] Haec verba huc aptissime transtulit Martyni-Laguna, quum vulgo legerentur ante illa *et gratias tibi egi.*

mitissimam] quae mihi antea diffidenti spem attulit auxilii tui. Fortasse oratio illa significatur, quam habuit primo consulatus die, referente de reditu Ciceronis collega eius P. Lentulo. Vid. or. pro Sext. 1. *Manut.*

crudelitatem tuorum] Clodiorum; quum esset frater P. Clodii. *Manut.*

tu tuas inimicitias] nempe quum Lentulum Cicerone ab exilio revocando referentem non impediret et id se rei publ. causa non facere diceret. *Donare*, pro usitatiori *condonare*, cuius et alia exempla sunt. *Ernesti* Exempla huius usus attulit Graevius. Martyni-Laguna tamen *condonare* in textu posuit.

magistratus] consulem Lentulum et tribunos plebis sibi faventes innuit. Itaque melius erat plurali hic uti, quem posuit Martyni-Laguna. Vulgo enim edebatur *magistratum.*

propter eam vim] tribunitiam Clodii et consularem Pisonis et Gabinii *Corr.*

revocare tempus omnium servandorum, quum, qui servetur, non erit, non possis. Vale.

---

omnium servandorum] Vulgo *reservandorum*. At in uno tantum vetere libro lectum testatur Manutius *conservandorum*. Ernestius malebat *servandorum*, idque ob sequens *qui servetur* praeferendum censui. Martyni-Laguna edidit: *vide ne quum velis revocare ipsum omnium conservatorem;* ita ut verba: *quum, qui servetur, non erit*, referantur ad consilium Ciceronis, nisi restitueretur, mortem oppetendi. Sed si Cicero hoc voluisset, scripsisset potius, ut opinor, *si revocare velis tempus mei conservandi*. Arrogantius enim, in epistola ad consulem, se ipsum omnium conservatorem appellasset. Itaque non video cur a vulgata recedendum sit, quae hanc vim habet, ut Cicero Metellum hortetur, ne differat tempus omnium servandorum, i. e. totius rei publicae servandae; si enim Clodius ita perrexerit, brevi futurum esse, ut omnia pereant, nec qui servetur, supersit.

Corrigenda.

Pag. 9. in not. ad §. 4. pro *nuper* leg. *noster.*
Pag. 39. lin. 1. pro *nostrum* leg. *nostrorum.*
Pag. 99. in not. lin. ult. pro *abierit* leg. *abierint.*
Pag. 126. lin. 13. pro *accuras* leg. *accurras.*
Pag. 138. lin. 3. pro II. 3. leg. II. 2.
Pag. 235. lin. 13. pro *cuidem* leg. *cui dem.*
Pag. 244. lin. 8. pro *in in* leg. *in.*

M. T. CICERONIS
EPISTOLAE
AD ATTICUM
AD QUINTUM FRATREM
ET QUAE VULGO
AD FAMILIARES
DICUNTUR
TEMPORIS ORDINE
DISPOSITAE

RECENSUIT
SELECTISQUE SUPERIORUM INTERPRETUM
SUISQUE ANNOTATIONIBUS
ILLUSTRAVIT
CHRISTIANUS GODOFR. SCHÜTZ

TOMUS II.

HALAE
IN LIBRARIA HEMMERDEANA
cIↃIↃCCCX.

Corrigenda.

Tomo I. pag. 117. lin. 8. pro *I.* 26. leg. *I.* 20.
pag. 122. lin. 13. pro *Att. I.* 17. leg. *Att. II.* 1.
pag. 138. lin 3. pro *II.* 3. leg. *II.* 2.
pag. 273. lin. 13. pro *II.* 2. leg. *III.* 2.
pag. 300. lin. 4. pro *III.* 13. leg. *III.* 14.
pag. 306. lin. 7. pro *III.* 5. leg. *III.* 15.
pag. 336. lin. 23. pro *III.* 12. leg. *III.* 24.
pag. 339. lin. 19. pro *III.* 16. leg. *III.* 25.
pag. 340. lin. 9. pro *III.* 18. leg. *III.* 26.
pag. 341. lin. 1. pro *III.* 10. leg. *III.* 27.

Der Buchbinder wird in diesem 2ten Bande die Blätter Seite 13. 14. und Seite 79. 80. ausschneiden, und die auf dem Quartblatt beyliegenden Cartons einheften.

M. T. CICERONIS

EPISTOLAE

POST REDITUM, USQUE AD PROCONSULATUM CILICIENSEM

AB A. U.C. DCXCVI. AD DCCII.

SCRIPTAE.

EPISTOLA LXXXVII. (Att. IV. 1.)

Scr. Romae non. Sext. A. U. C. 696.

Attico narrat, qualis reditus suus fuerit 1. et quid postea in senatu et in concione actum; et quo in statu res suae sint 2.

CICERO ATTICO, S.

Quum primum Romam veni, fuitque, cui recte ad te literas darem, nihil prius faciendum mihi putavi, quam ut tibi absenti de reditu nostro gratularer. Cognoram enim, (ut vere scribam) te in consiliis mihi dandis nec fortiorem, nec prudentiorem, quam me ipsum, nec etiam pro praeterita mea in te observantia, nimium in custodia salutis meae diligentem, eundemque te, qui primis temporibus erroris nostri, aut potius furoris particeps, et falsi timoris socius

Epist. LXXXVII. 1. *te in consiliis — diligentem*] Neminem esse arbitror, cui non molesta sit haec exprobratio, quasi neglecti ab Attico officii. In exsule vix ferendae erant eiusmodi querelae, sed tamen propter impotentiam doloris excusandae. Quis autem ferat hominem amico, qui tantum operae, studii, diligentiae, laboris ad conficiendum reditum suum contulisset, ista tam acerbis verbis obiicientem? Est enim, ut Wielandus ait, quasi quidam ructus inveteratae et male concoctae offensionis. Vellem, ista glossatori potius quam Ciceroni adscribere liceret, praesertim quum hic magna in libris Mss. olim deprehensa sit scripturae varietas. Certe iniqui et ingrati erga amicum animi macula a Cicerone abstergeretur, si sic ab eo scriptum esset: *Cognoram enim te, qui primis temporibus erroris nostri aut potius furoris particeps et falsi timoris socius fuisses, acerbissime discidium nostrum tulisse plurimumque — contulisse.*

fuisses, acerbissime discidium nostrum tulisse, plurimumque operae, studii, diligentiae, laboris ad conficiendum reditum meum contulisse. Itaque hoc tibi vere affirmo, in maxima laetitia, et exoptatissima gratulatione unum ad cumulandum gaudium conspectum, aut potius complexum mihi tuum defuisse; quem semel nactus numquam dimisero; ac, nisi etiam praetermissos fructus tuae suavitatis omnes exegero, profecto hac restitutione fortunae me ipse non satis dignum iudicabo. Nos adhuc in nostro statu, quod difficillime recuperari posse arbitrati sumus, splendorem nostrum illum forensem, et in senatu auctoritatem, et apud viros bonos gratiam magis, quam optaramus, consecuti sumus. In re autem familiari, quae quemadmodum fracta, dissipata, direpta sit, non ignoras, valde laboramus; tuarumque non tam facultatum, quas ego nostras esse iudico, quam consiliorum ad colligendas et constituendas reliquias nostras indigemus. Nunc, etsi omnia aut scripta esse a tuis arbitror, aut etiam nuntiis, ac rumore perlata: tamen ea scribam brevi, quae te puto potissimum ex meis literis

---

conspectum] Ex hoc loco suspicari aliquis posset Atticum inde ab eo tempore quo in exsilium abierat, a Cicerone visum non esse; quod tamen non est credibile, quum Atticus Roma in Epirum profectus Ciceronem Dyrrhachii tum versantem praeterire non potuerit, eique Atticus, quod ex epistola 85. intelligitur se ad eum venturum promisisset. Itaque his verbis hoc tantum significatur se in tanta reditus laetitia nihil aliud quam Attici conspectum et complexum desiderasse.

tuae suavitatis] Vulgo additur *praeteriti temporis*, quod recte Ernestius glossatori tribuebat, quia idem est in *praetermissis*.

magis quam optaramus] neque enim optandum putabamus, quod sperandum non videretur. *Manut.*

scribam] Sic Mſ. Helmst. et alii; recte. Vulgg. *inscribam*, quod nullo modo verum esse potest. *Ernesti.*

velle cognoſcere. Pridie nonas Sext. Dyrrhachio ſum profectus, illo ipſo die, quo lex eſt lata de nobis. Brundiſium veni nonis Sext.; ibi mihi Tulliola mea fuit praeſto natali ſuo ipſo die, qui caſu idem natalis erat et Brundiſinae coloniae, et tuae vicinae Salutis. Quae res animadverſa a multitudine, ſumma Brundiſinorum gratulatione celebrata eſt. Ante diem VI id. Sext. cognovi literis Quinti fratris, mirifico ſtudio omnium aetatum atque ordinum, incredibili concurſu Italiae, legem comitiis centuriatis eſſe perlatam. Inde, a Brundiſinis honeſtiſſime ornatus, iter ita feci, ut undique ad me cum gratulatione legati convenerint. Ad urbem ita veni, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obviam non venerit, praeter eos inimicos, quibus id ipſum non liceret aut diſſimulare, aut negare. Quum veniſſem ad portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe completi erant: a qua plauſu maximo quum eſſet mihi gratulatio ſignificata: ſimilis et frequentia, et plauſus me usque ad Capitolium celebravit; in foroque, et in ipſo Capitolio miranda multitudo fuit.

---

illo ipſo] Melius hoc, etiam Erneſtio iudice, quod eſt in Ms. Faerni. Vulgo *ipſo illo.*

et tuae vicinae Salutis] aedis Salutis, quae erat vicina aedibus Attici in monte Quirinali. *Erneſti.*

cognovi] Recentiores poſt Boſium addiderunt *quum Brundiſii eſſem*, quae verba Boſius e tribus codd. recepit, quum antea rectius in vulgg. abeſſent. Cur enim hoc Cicero adderet quod ex antecedentibus et conſequentibus verbis per ſe intelligebatur?

honeſtiſſime ornatus] Sic Faërnus legebat auctoribus veteribus libris, idque ſane melius vulgato *honeſtiſſimis.* Golielmus coniiciebat excidiſſe *SCtis;* eiusmodi autem oppidis *SCta* non tribuuntur, ſed potius *decreta.* Erneſtio venit in mentem *a Brundiſinis honeſtiſſimis comitatus.*

2 Postridie in senatu, qui fuit dies non. Septembr. senatui gratias egimus. Eo biduo quum esset annonae summa caritas, et homines ad theatrum primo, deinde ad senatum concurrissent, impulsu Clodii; mea opera frumenti inopiam esse clamarent; quum per eos dies senatus de annona haberetur, et ad eius procurationem sermone non solum plebis verum etiam bonorum Pompeius vocaretur, idque ipse cuperet; multitudoque a me nominatim, ut id decernerem, postularet: feci, et accurate sententiam dixi; quum abessent consulares, quod tuto se negarent posse sententiam dicere, praeter Messalam et Afranium. Factum est senatus consultum in meam sententiam, ut cum Pompeio ageretur, ut eam rem susciperet, lexque ferretur; quo in concione recitato quum populus, more hoc insulso et novo, plausum, meo nomine recitando, dedisset: habui concionem; omnes magistratus praesentes, praeter unum praetorem, et duos tribunos plebis, dederunt. Postridie senatus frequens, et omnes consulares nihil Pompeio postulanti negarunt. Ille legatos quindecim quum postularet, me principem nominavit; et ad omnia me alterum se fore dixit. Legem consules conscripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariae toto orbe terrarum daretur: alteram Messius, qui omnis pecuniae dat potestatem, et adiungit classem et exer-

---

2. *quo in concione recitato quum populus more — dedisset*] Vulgo: *quo senatus consulto recitato quum continuo more* etc. *dedisset*. Pro *continuo* alii olim ediderant *concio*, in aliis teste Corrado erat *populus* quod ideo praetuli, quia statim alio sensu recurrit vocabulum *concio*, pro *oratione*. Contra vocabulo *SCto* inter *quo* et *recitato* nihil opus erat, idque iam Ernestius ex glossa ortum esse putabat. Nobis ad sensum eius loco necessarium videtur, quod reposui *in concione*.

citum, et maius imperium in provinciis, quam fit eorum, qui eas obtineant. Illa noſtra lex conſularis nunc modeſta videtur, haec Meſſii non ferenda. Pompeius illam velle ſe dicit, familiares hanc. Conſulares, duce Favonio, fremunt; nos tacemus, et eo magis, quod de domo noſtra nihil adhuc pontifices reſponderunt. Qui ſi ſuſtulerint religionem, aream praeclaram habebimus; ſuperficiem conſules ex ſenatus conſulto aeſtimabunt: ſin aliter, demolientur; ſuo nomine locabunt; rem totam aeſtimabunt. Ita ſunt res noſtrae; ut in ſecundis, fluxae; ut in adverſis, bonae. In re familiari valde ſumus, ut ſcis, perturbati. Praeterea ſunt quaedam domeſtica, quae literis non committo. Quintum fratrem, inſigni pietate, virtute, fide praeditum, ſic amo, ut debeo. Te exſpecto, et oro, ut matures venire; eoque animo venias, ut me tuo conſilio egere non ſinas. Alterius vitae quoddam initium ordimur. Iam quidam, qui nos abſentes defenderunt, incipiunt praeſentibus occulte iraſci, aperte invidere. Vehementer te requirimus.

---

noſtra lex conſularis] *Suam* vocat, quia e SCto in eius ſententiam facta erat.

reſponderunt] Sic Mſſ. Faërni Helmſt. pro *reſponderant*, quod et ſine libris corrigendum erat, ediditque et Graevius. *Erneſti.*

ſin aliter — aeſtimabunt] Tunſtallus p. 77. *demolientur — aeſtimabunt* ſpuria iudicat; et *ſin aliter* κατ' ἀποσιώπησιν accipit: *actum eſt de nobis.* Sane non placent iſta. Primum ea ſine pontificum decreto facere conſules non poterant, et partim ſunt in ſuperiori. *Erneſti.* Mihi vero ne illa quidem verba *ſin aliter* genuina videntur. Certe iſta ἀποσιώπησις hic valde incommoda eſt.

EPISTOLA LXXXVIII. (Att. IV. 2.)

Scr. Romae menſe Octobri A. U. C. 696.

Literarum raritatem excuſat. 1. contentionem de domo ſibi reſtituenda, quam Clodius incenderat, exponit 2. de ſuis forenſium rerum conſiliis 3. ac de ſtatu domeſtico Atticum certiorem facit 4.

CICERO ATTICO, S.

Si forte rarius tibi a me, quam a ceteris, literae redduntur, peto a te, ut id non modo negligentiae meae, ſed ne occupationi quidem tribuas; quae etſi ſumma eſt, tamen nulla eſſe poteſt tanta, ut interrumpat iter amoris noſtri et officii mei. Nam ut veni Romam, iterum nunc ſum certior factus, eſſe, cui darem literas. Itaque has alteras dedi. Prioribus tibi declaravi, adventus noſter qualis fuiſſet, et quis eſſet ſtatus, atque omnes res noſtrae quemadmodum eſſent, ut in ſecundis, fluxae, ut in adverſis, bonae. Poſt illas datas literas, ſecuta eſt ſumma contentio de domo. Diximus apud pontifices pridie kal. Octobres. Acta res eſt accurate a nobis; et ſi umquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam ſi umquam alias fuimus, tum profecto dolor et magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit. Itaque oratio iuventuti noſtrae deberi non poteſt: quam tibi, etiam ſi non deſideras, tamen mittam cito. Quum pontifices decreſſent ita, SI NEQUE POPULI IUSSU, NEQUE PLEBIS SCITU, IS QUI SE DEDICASSE DICERET, NOMINATIM EI REI PRAEFECTUS

Epiſt. LXXXVIII. 1. *itaque oratio*] quae periit. Nam illam quae inter Ciceronis orationes extat *pro domo*, illo prorſus indignam eſſe poſt Marklandum egregie demonſtravit Wolfius.

qui ſe dedicaſſe diceret] is erat P. Clodius. *Manut.*

ESSET, NEQUE POPULI IUSSU, AUT PLEBIS SCITU ID FACERE IUSSUS ESSET; VIDERI, POSSE SINE RELIGIONE EAM PARTEM AREAE MI RESTITUI; mihi facta ſtatim eſt gratulatio. Nemo enim dubitabat, quin domus nobis eſſet adiudicata. Tum ſubito ille in concionem aſcendit, quam Appius ei dedit. Nuntiat populo, pontifices ſecundum ſe decreviſſe; me autem vi conari in poſſeſſionem venire. Hortatur, ut ſe, et Appium ſequantur, et ſuam Libertatem ut defendant. Hic quum etiam illi infimi partim admirarentur, partim irriderent hominis amentiam: ego ſtatueram illuc non accedere, niſi quum conſules ex ſenatus conſulto porticum Catuli reſtituendam locaſſent. Kal. Octob. habetur ſenatus frequens. Adhibentur omnes pontifices, qui erant ſenatores: a quibus Marcellinus,

---

eam partem areae] intelligitur ea pars, in qua Clodius Libertatis atrium aedificaſſet. Neque enim totam domum, ſed eam partem ſolum, quae cum Catuli porticu iuncta erat dedicaverat, reliquam everterat. *Manut.*

ille] P. Clodius.

dedit] quia praetor erat. Alioqui non licuiſſet privato Clodio concionem habere. *Manut.*

nuntiat] Vulgo *nuntiat iam;* ſed particulam, quae iam Erneſtio diſplicebat, expunxi, ut hic prorſus otioſam. Edd. pr. *nuntiant iam.* Tunſtallus coni. *nuntiat in omni populo;* neutrum admittendum.

Libertatem] atrium Libertatis a ſe exſtructum dirui ne patiantur. *Manut.*

illuc] ad aream. *Manut.*

porticum Catuli] quam in domo M. Fulvii Flacci everſa de Cimbricis manubiis a Q. Lutatio Catulo factam P. Clodius cum Ciceronis domo everterat. Valer. VI. 3. *Manut.*

qui erant ſenatores] iis enim, qui ſenatores non erant ingredi ſenatum non licebat. Et pontificum collegium apparet non fuiſſe totum ordinis ſenatorii, quum pontificiam dignitatem, etiam qui ſenator non eſſet, conſequi poſſet. Orat. de haruſp. reſp. c. 7. *Manut.*

Marcellinus] Gn. Corne-

qui erat cupidiſſimus mei, ſententiam primus rogatus, quaeſivit, quid eſſent in decernendo ſecuti. Tum M. Lucullus de omnium collegarum ſententia reſpondit, religionis iudices pontifices fuiſſe, legis ſenatum: ſe, et collegas ſuos de religione ſtatuiſſe, in ſenatu de lege ſtatuturos. Itaque ſuo quisque horum loco ſententiam rogatus, multa ſecundum cauſam disputavit. Quum ad Clodium ventum eſt, cupiit diem conſumere; neque ei finis eſt factus: ſed tamen, quum horas tris fere dixiſſet, odio et ſtrepitu ſenatus coactus eſt aliquando perorare. Quum fieret ſenatus conſultum in ſententiam Marcellini; omnibus praeter unum aſſentientibus, Serranus interceſſit. De interceſſione ſtatim ambo conſules referre coeperunt. Quum ſententiae

---

lius Lentulus Marcellinus, ordinis patricii, h. a. conſul deſignatus cum L. Marcio Philippo qui Caeſaris Auguſti vitricus fuit. *Manut.*

primus rogatus] deſignati enim conſules primi ſententias rogabantur. *Manut.*

in ſenatu de lege ſtatuturos] Tunſtallus p. 88. addit *cum ſenatoribus* e libro, qui haberet *cum ſenatu.* Sed id frigide redundat. *Erneſti.*

itaque ſuo quisque horum loco] ordine: ut quisque honoribus antecedebat. Manifeſtum in ſenatu nullam pontificatus habitam rationem in rogandis ſententiis, ſed ſingulos pontifices ſuo loco, quem in ordine ſenatorio obtinebant rogatos eſſe. *Manut.* Vulgo edebatur: *quisque horum loco.* Sed iam Corradus ex vet. libro laudavit lectionem: *itaque ſuo quisque horum loco*, et ſic poſtea Tunſtallus corrigendum cenſuit.

diem conſumere] Ne SCtum fieret. Licebat enim ſenatori et quam diu vellet, et qua de re vellet dicere. Gell. lib. IV. c. 10. *Manut.*

praeter unum] praeter ipſum Clodium. *Manut.*

Serranus] Sex. Atilius Serranus tribunus plebis. *Manut.*

referre] eſſet interceſſio e re publica necne. Quum enim non eſſe ſtatuitur, agit ſenatus cum eo, qui interceſſit, ut tollatur interceſſio. *Manut.*

gravissimae dicerentur: senatui placere, mihi domum restitui, porticum Catuli locari, auctoritatem ordinis ab omnibus magistratibus defendi; si quae vis esset facta, senatum existimaturum, eius opera factum esse, qui senatus consulto intercessisset: Serranus pertimuit; et Cornicinus ad suam veterem fabulam rediit; abiecta toga, se ad generi pedes abiecit. Ille noctem sibi postulavit: non concedebant. Reminiscebantur enim kal. Ianuar. Vix tamen de mea voluntate concessum est. Postridie senatus consultum factum est id, quod ad te misi. Deinde consules porticum Catuli restituendam locarunt: illam porticum redemptores statim sunt de-

---

auctoritatem ordinis] Voluntatem senatus de Ciceronis domo, et Catuli porticu; quam appellat auctoritatem ordinis quia senatus consultum fieri non potuerat, intercedente tribuno plebis. Sic in ep. ad Lentulum Senatus auctoritas dicitur, quum SCtum ob intercessionem tribuniciam fieri non potuisset. *Manut.*

si quae vis esset facta] quo minus posset Ciceronis domus, Catulique porticus restitui. *Manut.*

Cornicinus] Gn. Oppium significat. Nam Cornicen Oppiorum cognomen fuit, ut ap. Livium lib. III. *Ad veterem fabulam* autem ideo dicit, quod etiam antea idem Oppius hunc ipsum generum suum Serranum Kalendis Ianuariis, quo die P. Lentulus cos. retulit de restitutione Ciceronis intercedentem suppliciter rogarat, ut desisteret; quod tamen non impetravit; idque omnino causae fuit, serius ut Cicero restitueretur. Orat. pro Sext. c. 34. *Manut.*

reminiscebantur Kal. Ian.] quibus eodem modo, velut soceri precibus commotus, quum spatium cogitandi petisset, et impetrasset, tamen intercessionem non retractavit. *Ernesti.*

vix tamen] Vulgo additur *sibi*, quod delevi, ut voluit Faërnus. Est enim contra latinitatem, deberetque esse *illi*. Est repetitum e proxime superioribus. *Ernesti.*

illam porticum] Necesse erat, ut redemptores, si eversam Catuli porticum restituere vellent, prius par-

moliti libentissimis omnibus. Nobis superficiem aedium consules de consilii sententia aestimarunt H-S vicies; cetera valde illiberaliter; Tusculanam villam quingentis millibus; Formianum H-S ducentis quinquaginta millibus. Quae aestimatio non modo vehementer ab optimo quoque, sed etiam a plebe reprehenditur. Dices, quid igitur causae fuit? dicunt illi quidem, pudorem meum; quod neque negarim, neque vehementius postularim. Sed non est id. Nam hoc quidem etiam profuisset. Verum iidem, mi T. Pomponi, iidem inquam illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pinnas inciderant, nolunt easdem renasci: sed, ut spero, iam renascuntur. Tu modo ad nos veni: quod vereor ne tardius interventu Varronis tui nostrique facias.

2 Quoniam acta quae sint, habes: de reliqua nostra cogitatione cognosce. Ego me a Pompeio legari ita sum passus, ut nulla re impedirer, quin, si vellem, mihi esset integrum, aut, si comitia censorum proximi consules haberent, petere, aut votivam legationem sumere. Sic enim nostrae rationes postulabant. Sed volui

---

tem atrii Libertatis demolirentur. Nam in ea porticu, quae Ciceronis aedibus continens erat, itemque in ipsius Ciceronis aedium parte atrium Libertatis Clodius aedificarent. *Manut.*

2. *quin si vellem*] Vulgo *quod ne si vellem.* Sed restitui lectionem quam sequuntur Manutius, Lambinus, alii. In margine Lambinus notavit alios legere, *quo minus, si vellem.*

petere] Male vulgo additur *posse* quod iam Ernestius uncis inclusit. Nam id est in *integrum esset*, et nuspiam in hac formula additur.

sumere] Sic Manut. Lambin. Recte. Plerique *sumpsisse.* Sed post hoc verbum additur vulgo *prope omnium fanorum lucrorum;* pro quo nonnulli habent: *prope omnium fanorum ac sacrorum locorum.*

meam poteſtatem eſſe vel petendi, vel ineunte aeſtate exeundi: et, interea me eſſe in oculis civium, de me optime meritorum, non alienum putavi. Ac forenſium quidem rerum haec noſtra conſilia ſunt: domeſticarum autem valde impedita. Domus aedificatur. Scis, quo ſumptu, qua moleſtia reficiatur Formianum; quod ego nec relinquere poſſum, nec videre. Tuſculanum proſcripſi: ſuburbano non facile careo. Amicorum benignitas exhauſta eſt in ea re, quae nihil habuit praeter dedecus; quorum ſtudiis ego, et copiis,

---

Aſſentior autem Erneſtio, qui haec verba a gloſſatore profecta eſſe ſuſpicatus eſt, legationem votivam explicare volente. Nam nuſpiam tale quid additur votivae aut liberae legationi. Eius coniecturam firmat varietas ſcripturae, et adiectum adverbium *prope*, quod hic prorſus alienum et incommodum eſt.

exeundi] ſcil. per legationem votivam, quo vellem. *Erneſti.*

nec relinquere poſſum, nec videre] non relinquere, propter amorem iſtius villae, nec videre, propter dolorem e ruina. *Erneſti.*

Tuſculanum proſcripſi] Nempe proſcripſerat ſe venditurum, non tamen poſtea vendidit.

exhauſta] in exſilio meo, quum me tua pecunia ſuſtentarunt. Itaque nunc ab iisdem mutuari non licet. *Manut*

quae nihil habuit praeter dedecus] nempe conſilium ſuum notat Roma exeundi, cuius eum ſtatim poſtquam Clodii lege eiectus eſſet, adeo poenitebat ut ep. 8. illo nihil miſerius, turpius, indignius eſſe diceret. Poſt haec verba vulgo addebantur iſta: *quod ſenſiſti tu abſens, praeſentes,* quae iam Manutio ſuſpecta fuerunt; et vocabulum *praeſentes* Erneſtius delevit. Non magis tamen genuina ſunt illa: *quae ſenſiſti tu abſens;* nam Cicerone exſulante Atticus Romae fuit, usque ad exitum anni 695. nec exputari poteſt, cur illum Cicero *hoc ſenſiſſe* dicat. Itaque hoc quoque expunxi.

ſi eſſet per meos defenſores licitum, facile eſſem omnia conſecutus. Quo in genere nunc vehementer laboratur. Cetera, quae me ſollicitant, μυστικώτερα ſunt. Amamur a fratre, et a filia. Te exſpectamus.

EPISTOLA LXXXIX. (Att. IV. 3.)

Scr. Romae d. VIII. Kal. Decembr. A. U. C. 696.

Narrat furioſas ac turbulentas Clodii actiones, et quomodo ei a Milone aliisque repugnatum ſit. 1. *deinde breviter de ſtatu ſuo domeſtico refert.* 2.

ſi eſſet per meos defenſores licitum] Senſus eſt: non poſſum amicorum copiis in reſtituendis villis uti, nam iis iam abunde uſus ſum in exſilio tolerando: nec eorum mihi iam benignitate tali opus eſſet, ſi ii, quorum opera revocatus ſum, non impediſſent, quo minus liberalis in meis iacturis ſarciendis ſenatus eſſet. *Copiis* accipio pro *opibus*; et fortaſſe ſic legendum. Nam de divitiis intelligere, res non ſinit *Erneſti*. Manutius *copias* recte de omnibus praeſidiis intellexit, quae ſive auctoritate, ſive gratia continentur. Itaque Cicero ſignificat, ſi per amicos ſuos ſtetiſſet, ſe omnia quae vellet, h. e. liberaliorem damnorum ſuorum aeſtimationem, eorum ſtudiis, et copiis conſecuturum fuiſſe; in hoc negotio autem ab illis potentioribus ſalutis ſuae defenſoribus impeditum, qui invidia adducti nollent ſibi pennas renaſci. Sic ad Lentulum (infra ep. 140.) ſcribit: *qui me homines quod ſalvum eſſe voluerunt, eſt mihi gratiſſimum. Sed vellem non ſolum ſalutis meae, quemadmodum medici, ſed, ut aliptae, etiam virium et coloris rationem habere voluiſſent.*

quo in genere nunc vehementer laboratur] i. q. ſupra ep. 87. ſic enuntiaverat: *in re familiari valde ſumus ut ſcis, perturbati.*

μυστικώτερα] ſunt quae iam ſuperiore epiſtola ſe *literis committere* negabat. Nempe habere ſibi videbatur quod Terentiae uxori ſucceſeret.

et a filia] Sic legendum, non ut eſt in multis edd. *a filio*. Tulliam enim Terentiae opponit, cuius amorem a ſe deſiderari ſignificat.

CICERO ATTICO, S.

Avere te certo scio, quum scire, quid hic agatur, tum mea a me scire; non quo certiora sint ea, quae in oculis omnium geruntur, si a me scribantur, quam quum ab aliis aut scribuntur tibi, aut nuntiantur; verum ut perspicias ex meis literis, quo animo ea feram, quae geruntur: et qui sit hoc tempore aut mentis meae sensus, aut omnino vitae status. Armatis hominibus ante diem tertium non. Novemb. expulsi sunt fabri de area nostra, disturbata porticus Catuli, quae ex senatus consulto consulum locatione reficiebatur, et ad tectum paene pervenerat. Quinti fratris domus primo fracta coniectu lapidum ex area nostra; deinde inflammata iussu Clodii, inspectante urbe, coniectis ignibus, magna querela et gemitu, non dicam bonorum, qui, nescio, an nulli sint, sed plane hominum omnium. Ille ruere; post hunc furorem nihil nisi caedem inimicorum cogitare; vicatim ambire; servis aperte spem libertatis ostendere. Etenim antea, quum iudicium tollebat, habebat ille quidem

---

Epist. LXXXIX. 1. *lapidum ex area nostra*] lapides ad nostrae domus refectionem paratos Clodiani sumptos ex area coniecerunt in domum Quinti fratris, quae erat contigua aedibus Marci et muro tantum discreta. *Manut.*

ille ruere] Vulgo *ille vehemens ruere. Ruere* restitutum esse dicunt e Mss. pro *furere:* sed id iam erat in edd. pr. Rom. Iens. Asc. *Furere* est ab Aldo per coniecturam e *furorem.* Pro *vehemens* libri scr. quidam *vehementer*, quod placebat Iunio et Graevio; mihi non. Cicero *ruere* simpliciter ponit. Vid. Clav. atque omnino mihi et *vehemens* de glossa suspectum est. *Ernesti.* Recte, nisi forte scripsit Cicero *vehementius.*

quum iudicium tollebat] Quum lex de reditu Ciceronis lata fuisset, ipseque P. Clodius studium populi erga illum vidisset, ut comitia impediret, cum gladiatoribus quos C. frater in ludos funebres comparaverat,

difficilem, manifeſtamque cauſam, ſed tamen cauſam; poterat infitiari; poterat in alios derivare; poterat etiam aliquid iure factum defendere. Poſt has ruinas, in-

---

impreſſionem fecit; multosque tum vulneribus, tum caede multavit. Huius rei cauſa, de vi poſtulatus a Milone, ne iudicium fieret omni ope contendebat, ut comitia aedilitia, quorum ipſe candidatus erat, ante haberentur, ſperans, ſe, ſi aedilis fieret, ut factus fuit, iudicium evaſurum. Etſi enim nomen ipſius delatum fuerat, iudices tamen ſortiti nondum erant. Et Metellus Coſ. qui Clodio ſtudebat, praetori inhibuerat, ne quod ante ſortitionem illam iudicium faceret, comitiaque haberi volebat, quae Milo, quo iudicium fieret, obnuntiationibus eximebat. Idque eſt, quod hac epiſtola ſcribitur. Hiſtoria eſt apud Dionem lib. XXXIX. *Malaſpina* vulgo *nolebat;* ſed *tollebat* magis placet; ut vis intelligatur, qua Clodius a Milone accuſatus iudicia ſuſtulerat, ante reditum Ciceronis ab exſulio. Itaque in orat. pro Milone c. 26. *quis*, inquit, *hoc credat*, *Cn. Pompeium iudicium exſpectaturum fuiſſe in eius conſiliis vindicandis*, *qui vel iudicia ipſa tolleret?* quum de Clodio intelligat. Eodem loquendi genere uſus eſt in orat. pro Sulla. c. 5. *Autronius*, inquit, *ambitus iudicium tollere ac diſturbare voluit*, *conflato gladiatorum ac fugitivorum tumultu.* — *Manut.* Verum vidit Manutius; itaque repoſui *tollebat;* quod etiam confirmatur loco epiſt. 140. ubi ad Lentulum ſcribit: *impunitatem eſt illorum ſententiis aſſecutus*, (Clodius) qui quum tribunus plebis poenas a ſeditioſo civi per bonos viros iudicio perſequi vellet, exemplum praeclariſſimum in poſterum vindicandae ſeditionis de re publica *ſuſtulerunt;* ubi Appium Claudium praetorem et Sext. Attilium Serranum trib. pl. qui Clodio ſavebant, notat.

difficilem manifeſtamque cauſam] quae ita manifeſte falſa eſſet ut vix defendi poſſet. Sermo eſt de iudicio de vi, cuius reum fecerat Milo. *Erneſti.*

poterat infitiari] Vulgo *id poterat.* Verum *id* friget, ſemperque putavi delendum; delevique quum et ab edd. Ienſ. Aſc. abeſſe reperi. Aldus e Romana ſumpſit, unde in omnes alias venit. *Erneſti.*

cendia, rapinas, desertus a suis, vix iam Decimum designatorem, vix Gellium retinet, servorum consiliis utitur; videt, si omnes, quos vult, palam occiderit, nihilo suam causam difficiliorem, quam adhuc sit, in iudicio futuram. Itaque ante diem tertium idus Novemb. quum Sacra via descenderem, insecutus est me cum suis. Clamor, lapides, fustes, gladii, haec improvisa omnia. Discessimus in vestibulum Tettii Damionis. Qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerunt. Ipse occidi potuit. Sed ego diaeta curari incipio; chirurgiae taedet. Ille omnium vocibus quum se non ad iudicium, sed ad supplicium praesens trudi

---

Decimum designatorem] Decimus et Gellius asseclae Clodii homines turpes et infames; de illo meminit auctor orat. pro domo; de hoc Cic. orat. pro Sextio, in Vatinium. *Designator* est curator et arbiter vel ordinis vel loci vel praemii. Varium enim genus erat *designatorum*, et errant, qui illos eiusdem generis fuisse putant. Nam alii designatores, constituendae funebri pompae praeerant, singulis incedendi ordinem praescribentes; ipsi cum lictoribus atratis circumibant, ut turbam amoverent; teste Donato, in Adelph. Terent. Hos intelligit Cicero hic, et Horat. Ep. I. 2. *designatorem decorat lictoribus atris.* Seneca de benefic. lib. VI. Tertull. de spectaculis C. Alii loca publica in spectaculis curabant, et viros honoratos per turbam deducebant in suas sedes publico ministerio, ut indicat Prologus Poenuli: *non designator praeter os obambulet, neu sessum ducat.* Denique alii erant praesides et arbitri certaminum, leges et praemia agonistis dabant βραβευταὶ graece appellati. De his loquitur Ulpianus in l. 4. tit. de his qui notantur infamia. *Popma.*

Gellium] nutriculam seditiosorum omnium. Orat. in Vatin. c. 2. et pro Sextio c. 52. *Corrad.*

ad supplicium praesens trudi videret] Lectio *trudi* est ex ed. Iens. in qua nescio, quare ita haeserint viri docti, eamque corruptam indicarint, quum nil melius e libris protulerint. Victorius e libro nescio quo,

videret, omnes Catilinas, Acidinos poſtea reddidit. Nam Milonis domum, eam quae in Germalo, pridie Id. Novemb. expugnare et incendere ita conatus eſt, ut palam hora v cum ſcutis homines, eductis gladiis, alios cum accenſis facibus adduxerit. Ipſe domum P. Sullae pro caſtris ſibi ad eam impugnationem ſumpſerat. Tum ex Anniana Milonis domo Q. Flaccus eduxit viros acres; occidit homines ex omni latrocinio Clodiano notiſſimos; ipſum cupivit; ſed ille in interiora aedium. Sulla in ſenatu poſtridie Idus; domi

---

commemoravit pro eo *videri*, nihil ipſe iudicans de correctione, vitioſum tamen id exiſtimans. Inde fieri volebat Corradus *vocari*, nempe quia hoc eſt uſitatum in hac re verbum. Graevius inde faciebat *vadari*. Sed id ſemper ſimpliciter dicitur, et eſt minus, quam pro re praeſenti. Nemo hic inſpexit ed. Rom. quae habet *urgeri*, quae et ipſa bona lectio eſt. Sed tamen *trudi* praefero; nec id eſt profecto ex ingenio librarii; ſed *urgeri* poteſt eius verbi gloſſa eſſe. Verbum *vocari* erat mitius quam pro re: quid poterat melius pro eo dici, quam *trudi?* Sic *ad mortem trudi* dixit Cicero de Socrate, quum poculum mortiferum bibendum eſſet. Tuſc. I. 30. extr. *Erneſti.*

Acidinos] Intelligitur C. Manlius Acidinus Catilinae in coniuratione ſocius.

eam quae in Germalo] Addidi *in* ex ed. Rom. *Germalo* eſt e veriſſima correctione Turnebi. Nam is mons in urbe, ubi Milo domum habebat, in qua non habitabat, ſed in altera, quae mox *Anniana* eſt. *Erneſti.*

impugnationem] Lambino legendum videbatur *oppugnationem.*

ſed ille ſe in interiora aedium — Clodius] Hic locus varie et corrupte exhibetur in libris ſcr. et edd. Tenendum autem Ciceronem hic abrupte locutum; ut celeritatem fugientis Clodii exprimeret. Ex hac ratione bene ſe habet alterum et tertium membrum; niſi quod *ſe in ſenatu* vitioſum eſt, abeſtque *ſe* ed. Ienſ. Reſpondent ſibi *Sulla in ſenatu*, *Clodius domi* accurate. In primo membro eſt varietas illa: Ed. Rom. habet: *ſed ille ſe in interiorem partem aedium recepit;* quod ſenſu bene habet, ſed languet com-

Clodius. Egregius Marcellinus, omnes acres. Metellus calumnia dicendi tempus exemit, adiuvante Appio, etiam hercule familiari tuo; de cuius constan-

---

paratum sequentibus. Deterius etiam ed. Iens. *sed ille ex interiore abditu aedium prosiliit.* Eadem alteri membro addit: *non venit;* quod est manifeste a glossa. Haec deinde varie vel per coniecturas vel per libros alios mutata sunt. Iac. Gronovius e coniectura non ineleganter edidit, *sed ilicet interiorem.* Graevius *ille se in interiorem aedium.* Mitto Tunstallum p. 89. qui audacius corrigit. Ego quia libri quidam habent *interiora* et *interiore* sine *aedium* edidi: *sed in interiora.* — *Ernesti.* In textu tamen Ernestianae editionis servatum est *aedium;* ne sic quidem male.

Marcellinus] Hunc primum nominat, quia primus sententiam rogabatur, quod esset consul designatus. *Man.*

Metellus] Q. Metellus Caecilius Nepos consul; qui comitia aedilitia ideo fieri volebat, ut Clodius aedilis creatus in iudicium de vi, maxime propter fabros de Ciceronis area pulsos vocari non posset. Nam eos, qui magistratus gererent accusari ius non erat; itaque Clodius aedilitatem consecutus iudicio se eripuit. Dio lib. XXXIX. *Manut.*

calumnia] Quum astutia uteretur multaque malitiosus iniiceret, ut dicendi tempus eximeret, ne senatus consultum contra Clodium fieri posset, qui quum senatus censuisset, ut Ciceroni domum suam aedificare liceret, fabros tamen de area per vim expulisset. Sic in epistola ad Lentulum: *Res ab adversariis nostris extracta est variis calumniis;* et ad Q. Fr. lib. II. *Per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta est.* Licebat enim senatoribus quousque vellent, qua de re rogati essent dicere. Lib. II. ad Q Fr. ep. 1. lib. III. de legib. Gellius lib. IV. c. 10. *Manut.*

Appio] Sic de Manutii sententia rescripsi. Nam vulg. *Oppio* incommodum est, quod Oppius Ciceroni favebat, Appius autem erat frater Clodii, ut adiuvare vellet, et praetor ut facile posset.

etiam hercule familiari tuo] Hortensium significat; et *hercule* addit quasi dicat, quod equidem antea non putaram, quum et nostri et publicae causae studiosus videretur esse. *Manut.*

de cuius constantia] ironia. Nam Atticus exsulanti Cice-

tia, virtute tuae veriffimae literae. Sextius furere. Ille poftea, fi comitia fua non fierent, urbi minari. Propofita Marcellini fententia, quam ille de fcripto ita dixerat, ut totam noftram çaufam areae, incendiorum, periculi mei, iudicio complecteretur, eaque omnia comitiis anteferret, profcripfit Sextius, fe per omnes dies comitiales de coelo fervaturum. Conciones turbulentae Metelli, temerariae Appii, furiofiffimae Publii. Haec tamen fumma: nifi Milo in campum obnuntiaffet, comitia futura. Ante diem XII. kal. Decemb.

---

roni fcripferat in hanc fere fententiam: *Hortenfii conftantiam et virtutem in tuenda re publ. cognofces.* Et *conftantia virtute* fine copula, ufitate ut lib. XIII. ad Fam. ep. 24. 28. *Manut.*

tuae veriffimae] Graevius bene addidit *tuae*, ut et placebat Malafpinae. *Ernefti.*

furere] homo iracundus: quem etiam notat perverfitatis vitio in epift. ad Quintum Fr. II. 4. et *furere*, quod a Metello diem eximi videret. *Manut.*

ille poftea] P. Clodius. *Man.*

comitia fua] quibus aedilitatem petiturus erat, quum candidatus effet. *Man.*

complecteretur — anteferret] quum poftularet ut iudicium de vi haberetur in Clodium, quod fabros de area Ciceronis expuliffet, quod Milonis domum et Q. Ciceronis incendere conatus effet, quod M. T. Ciceronem facra via defcendentem lapidibus, fuftibus, gladiis effet infecutus, idque iudicium ut fieret ante quam comitia haberentur, quibus Clodius creari poffet aedilis, iudiciumque effugeret. *Man.*

profcripfit Sextius] Vulgo *profcripfit* nullo nomine addito. In quo Manutius recte refutavit eos, qui Marcellinum intelligi putabant. Nam de coelo fervare nemini ius erat, nifi ei qui magiftratum gerebat. Itaque vel Sextius vel Milo intelligendus. Uterque enim tribunus plebis erat. Verum quia poft mentionem Sextii factam, Marcellinus nominatus erat, obfcurum effet, quo pertineret verbum *profcripfit*, nifi *Sextii* nomen adderetur; quod facile poterat omitti, fi *Sex. fe per omnes* fcriptum effet. Itaque *Sextius* addendum cenfui.

haec tamen fumma] Ta-

Milo media nocte cum magna manu in campum venit, Clodius, quum haberet fugitivorum delectas copias, in campum ire non est ausus. Milo permansit ad meridiem mirifica hominum laetitia, summa cum gloria. Contentio fratrum trium turpis, fracta vis, contemptus furor. Metellus tamen postulat, ut sibi postero die in foro obnuntietur: nihil esse, quod in campum nocte veniretur: se hora prima in Comitio fore. Itaque ante diem XI Kal. in Comitium Milo de nocte venit. Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus

---

men, inquit, Metellus consul, neglecta illa futuri per comitiales dies auspicii proscriptione comitia habuisset, nisi Milo in campum ipsum cum magna manu, ut, si opus esset, vim vi repelleret, profectus obnuntiasset. Laudat igitur Milonem magis etiam quam Sextium; nam ille tantum proscripserat, se de coelo servaturum; Milo autem ad religionem auspicii, quam sperni videbat fortitudinum adiunxit. *Manut.* Nempe haec sententia breviter expressa hanc vim habet: *haec tamen summa totius rei erat; nisi Milo in campum obnuntiasset, comitia erant futura.* Alii sic intellexerunt: haec tamen summa erat concionum a tribus illis fratribus habitarum, ut edicerent, nisi Milo in campum obnuntiasset comitia futura esse. Non est autem credibile illos ipsos Milonem ad obnuntiandum provocasse.

contentio fratrum trium] Metelli, Appii, Clodii quos antea nominavit. *Ernesti.*

turpis] i. e. turpiter frustrata fuit, turpiter se dedit; non ut Corradus putabat turpis dicitur h. l. contentio quod suscepta esset ut Clodius iudicium effugeret. Itaque recte vertit Mongaltius: *les vains efforts de Metellus et des deux Clodius ses cousins tournèrent à leur honte.*

in Comitio fore] hic Comitium significat partem fori, ubi comitia celebrabantur, si in campo Martio non haberentur.

furtim] ut Milonem falleret, cui dixerat se in Comitio fore; putans ante se comitia in campo habiturum quam Milo posset obnuntiare. *Manut.*

prope deviis currebat: assequitur inter lucos hominem Milo; obnuntiat. Ille se recepit, magno et turpi Q. Flacci convicio. Ante diem x Kal. nundinae. Concio biduo nulla. Ante diem VIII Kal. haec ego scribebam, hora noctis nona. Milo campum iam tenebat. Marcellus candidatus ita stertebat, ut ego vicinus audirem. Clodii vestibulum vacuum sane mihi nuntiabatur. Pauci pannosi, linea laterna. Meo consilio omnia illi fieri querebantur, ignari quantum in illo heroë esset animi, quantum etiam consilii. Miranda virtus est. Nova quaedam divina mitto. Sed haec

---

currebat] Suspicor legendum *currit*, quemadmodum statim bis utitur praesenti historico: *assequitur — obnuntiat*.

inter lucos] Recte Malaspina intelligit locum, ubi a Romulo conditum Asylum fuit, Capitolium inter et campum ex ea parte scil. clivi illius, quae est comitio et foro Romano opposita. Ita enim Livius libro I. 8. *locum qui nunc septus densis sentibus inter duos lucos est Asylum aperuit.*

Marcellus candidatus] aedilicius; qui tamen stertens parum laborare de comitiis videbatur. Hunc autem C. Marcellum potius, quam M. puto fuisse. Nam Marcus, qui consul fuit cum Ser. Sulpicio, quadriennio post aedilis esse non potuit Marcellino et Philippo coss. sequum aedilitas a consulatu quinquennio distet. *Manut.*

pauci pannosi] Ita melius in Faërni cod. et aliis, quam ut vulgo *paucis pannosis*. Nempe pauci pannosi *nuntiabantur adesse*.

linea laterna] Hoc Bosius eruit e codice decurtato; vulgo *sine laterna*.

nova quaedam divina mitto] Hoc quid sit, nemo dixit; et quae latinitas *nova divina?* Suspicatus sum *divinare* quod bene consentit sequentibus, quae sunt omnia de futuris. *Ernesti*. Mirum vero, Ernestium hic haesisse. Nova quaedam divina mitto, nihil aliud est, quam nova quaedam Milonis divina facinora s. consilia transeo. Si Cicero scripsisset *divinare*, non addidisset *quaedam* et sibi ipse repugnasset, si dixisset *mitto divinare*: revera enim quae futura sint in sequentibus divinat.

summa est. Comitia fore non arbitror. Reum Publium, nisi ante occisus erit, fore a Milone puto. Si se inter viam obtulerit, occisum iri ab ipso Milone video. Non dubitat facere; prae se fert; casum illum nostrum non extimescit. Numquam enim cuiusquam invidi, et perfidi consilio est usus, nec inerti nobili crediturus.

Nos animo duntaxat vigemus, etiam magis, quam quum florebamus: re familiari comminuti sumus. Quinti fratris tamen liberalitati pro facultatibus nostris, ne omnino exhaustus esset, illo recusante, et subsidiis amicorum respondemus. Quid consilii de omni nostro statu capiamus, te absente nescimus. Quare appropera.

EPISTOLA XC. (ad Q. Fr. II. 1.)

Scr. Romae mense Decembri A. U. C. 696.

Q. Fratri qui tum in Sardinia erat, narrat, quid in senatu sit actum, referente primum Lupo de lege C. Caesaris,

---

si se inter viam obtulerit] In magna lectionum varietate haec se simplicitate sua maxime commendat. Ernestio tamen placuisse videtur, lectio ed. Ienson. *si se ituro Lanuvium in via obtulerit.* Verum hoc e notatione Grammatici fluxit, qui id quod aliquot annis post, quum Clodius a Milone Lanuvium eunti occideretur, factum esset, huc temere retraxit. Tunstallus p. 52. coniecit: *si se in turba obtulerit.*

invidi et perfidi] Pompeium et Hortensium significat, cuius consilia se secutum etiamnum eum poenitebat.

inerti nobili] notat eos, quos a se defendendo metus averterat epist. 63. *Manut.*

2. *pro facultatibus nostris — et subsidiis amicorum*] Sic Malaspina, recte. Nam si *et* ante *subsidiis*, ut vulgo, omittitur, sententia non satis constat. Nam si solum usus esset subsidiis amicorum; cur adderet *pro facultatibus nostris?* Ergo sensus est: Q. fratri, liberalitati, ne omnino exhaustus sit, pro exiguis facultatibus meis, atque ubi eae non sufficiunt, subsidiis amicorum respondeo.

qua agrum Campanum plebi dividendum esse tulerat; 1. *deinde Racilio, de iudiciis, in causa Clodii de vi postulati, utrum ante an post aedilitia comitia habendis.* 2.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Epistolam, quam legisti, mane dederam. Sed fecit humaniter Licinius, quod ad me, misso senatu, vesperi venit, ut, si quid esset actum, ad te, (si mihi videretur) perscriberem. Senatus fuit frequentior, quam putabamus esse posse mense Decembri sub dies festos. Consulares nos fuimus, et duo Consules designati, P. Servilius, M. Lucullus, Lepidus, Volcatius, Glabrio, praetores. Sane frequentes fuimus:

Epist. XC. 1. *sub dies festos*] quum proxime instarent Saturnalia, Opalia, aliique dies festi.

consulares nos fuimus — praetores] Ordo nominum hic potius videtur esse debere: *Consulares nos fuimus et P. Servilius, M. Lucullus, Lepidus, Volcatius, Glabrio; duo consules designati, praetores.* Cur enim inter se ipsum et ceteros consulares nominatim memoratos interiiceret verba *et duo consules designati?* Pessime autem in ed. Hag. Com. a. 1725. aliisque interpungitur sic: *Consulares nos fuimus et duo consules designati P. Servilius M. Lucullus: Lepidus Volcatius Glabrio praetores;* quasi consules designati fuissent P. Servilius M. Lucullus, qui fuerunt Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus et L. Marcius Philippus; et quasi Lepidus, Volcatius, Glabrio praetores dicerentur, quos tum consulares fuisse constat.

P. Servilius] Isauricus, pater eius qui consul novem annis posterius fuit cum C. Caesare.

Lucullus] est M. Terentius M. Licinianus Varro Lucullus, consul cum C. Cassio A. U. C. 680.

Lepidus Volcatius] Man. Aemilius Lepidus, et L. Volcatius Tullus, qui consulatum gesserant A. U. C. 681.

Glabrio] M' Acilius Glabrio cos. A. U. C. 688.

praetores] quum neminem horum nominet, recte colligit Manutius omnes affuisse.

omnino ad ducentos. Commorat exſpectationem Lupus. Egit cauſam agri Campani ſane accurate. Auditus eſt magno ſilentio. Materiam rei non ignoras; nihil ex noſtris actionibus praetermiſit. Fuerunt nonnulli aculei in C. Caeſarem, contumeliae in Gellium; expoſtulationes cum abſente Pompeio. Cauſa ſero perorata, ſententias ſe rogaturum negavit, ne quod onus ſimultatis nobis imponeret. Ex ſuperiorum temporum conviciis, et ex praeſenti ſilentio, quid ſena-

---

ad ducentos] hic tamen frequens ſenatus vere dici non poteſt. Nam in epiſtola quadam ad Atticum CCCCXV et in orat. poſt reditum in ſenatu CCCIX ſenatores nominantur. Non igitur *frequentes* ex univerſi ſenatus numero, ſed *frequentes* ut menſe Decembri. *Manut.*

commorat exſpectationem] quia ſenatum coëgerat, ut ageret cauſam agri Campani. Licebat enim ſenatum habere etiam tribunis pl. ut Gellius docet. Hic autem ſenatum a Lupo eſſe habitum, non modo ex duabus illis dictionibus, *commorat exſpectationem*, coniicio, ſed inde etiam, quod in hac epiſtola nullam prorſus neque Lentuli conſulis, neque collegae eius Metelli fieri mentionem video. *Manut.*

Lupus] P. Rutilius Lupus tribunus plebis.

agri Campani] C. Caeſar in conſulatu legem tulerat, ut ager Campanus, et qui publicus erat, et qui poſſidebatur a privatis, plebi divideretur. Diviſitque conſul ipſe partem eius agri publicam. Reliquum a privatis emi pecunia publica oportebat. A quo Lupi trib. pl. voluntas quum abhorreret, diſputavit in ſenatu contra legem Caeſaris accurate. *Manut.*

materiam rei non ignoras] i. e. quantam dicendi materiam illa res de agro Campano habeat. *Erneſti.*

noſtris actionibus] Laudavit omnia, quae acta ſunt a me in conſulatu, ne ager Campanus P. Servilii Rulli tribuni pl. lege veniret. *Manut.*

expoſtulationes] quum quereretur agrum Campanum a Caeſare diviſum eſſe conſentiente Pompeio. *Manut.*

abſente Pompeio] Aberat rei frumentariae cauſa. *Manut.*

tus ſentiret, ſe intelligere dixit. In illo coepit dimittere. Tum Marcellinus, Noli, inquit, ex taciturnitate noſtra, Lupe, quid aut probemus hoc tempore, aut improbemus, iudicare. Ego, quod ad me attinet, idemque arbitror ceteros, idcirco taceo, quod non exiſtimo, quum Pompeius abſit, cauſam agri Campani agi convenire. Tum ille ſe ſenatum negavit tenere.

2 Racilius ſurrexit, et de iudiciis referre coepit. Marcellinum quidem primum rogavit. Is quum graviter de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus queſtus eſſet: ſententiam dixit, ut ipſe iudices per praetorem urbanum ſortiretur; iudicum ſortitione facta, comitia haberentur: qui iudicia impediviſſet, eum contra rem publicam eſſe facturum. Approbata valde ſententia, C. Cato contra dixit; et Caſſius,

---

in illo] Hoc dicto voluit Lupus dimittere ſenatum. Sic corrigi voluit Manutius vulgatum *Milo;* quia ſic Allemannus in Mſ. reg. reperit, cum ipſo recepi. *Erneſti.*

ſe ſenatum negavit tenere] dixit, quod ad ipſum attineret, licere ſenatoribus abire; quum illis verbis uterentur, quae magiſtratuum erant peculiaria in dimittendo ſenatu: *Patres conſcripti nemo vos tenet. Manut.*

2. *Racilius ſurrexit*] L. Racilius, tribunus plebis, hic ſenatum, Lupo dimittente, retinuit, pro poteſtate tribunicia, et quum antea ſederet, ſurrexit de iudiciis ad Senatum relaturus. *Manut.*

de iudiciis] habendis in eos, quorum nomina delata eſſent, inprimis ſc. in Clodium, qui de vi reus erat, quae a tribb. pl. impediebantur. *Erneſti.*

ut ipſe iudices] *ipſe* intelligendus Clodius; *per praetorem urb.* qui et decurias iudicum ſcribebat. Manutius autem et Lambinus malebant legi, *ut ipſe iudices praetor urbanus ſortiretur;* in qua lectione *ipſe* friget. Alemannus e Mſſ. regiis edidit, ut ipſi iudices per praetorem urbanum ſortirentur, i. e. praeſente ac ſortitionem regente praetore urbano. Sane iudices dicuntur ſortiri. Sed ſententia commoda non eſt. *Erneſti.*

maxima acclamatione senatus, quum comitia iudiciis anteferret. Philippus assensit Lentulo. Postea Racilius de privatis me primum sententiam rogavit. Multa feci verba de toto furore, latrocinioque P. Clodii: eum, tamquam reum, accusavi multis, et secundis admurmurationibus cuncti senatus. Orationem meam collaudavit satis multis verbis, non mehercule indiserte Vetus Antistius: isque iudiciorum causam suscepit, antiquissimamque se habiturum dixit. Ibatur in eam sententiam. Tum Clodius rogatus, diem dicendo eximere coepit. Furebat, a Racilio se contumaciter, urbaneque vexatum. Deinde eius operae repente a Graecostasi, et gradibus clamorem satis magnum sustulerunt, opinor in Q. Sextilium, et amicos Milonis incitatae. Eo metu iniecto repente magnâ querimonia omnium discessimus. Habes acta unius diei.

---

maxima acclamatione] Accipiendum in partem deteriorem. *Ernesti.*

Vetus Antistius] Vulgo *Severus Antistius*. Melius Manutius et Lambinus vel *Sex. Vetus Antistius* vel *Vetus Antistius* legendum esse censuerunt. Et alterum quidem placuit, cognomine nomini praeposito, cuius formae alia exempla, ut *Macer Licinius*, *Balbus Cornelius* ille e Cicerone notavit. Fuit autem Antistius hoc tempore tribunus plebis.

contumaciter urbaneque vexatum] Significat a Racilio Clodium sine intermissione et urbane h. e. asperso multarum facetiarum sale, ut bene exponit Manutius, vexatum. Sic eundem Clodium Cicero alio tempore in senatu iocis et cavillationibus adeo fregit, ut magnis senatorum clamoribus afflictus conticesceret et concideret. ep. 21, 5. Itaque quod alii et nuper Ernestius invexerunt, *inurbaneque*, equidem minime admiserim.

a Graecostasi] Varro de L. L. IV. 32. Dextra e comitio locus substructus, ubi nationum subsisterent legati, qui ad Senatum essent missi, is Graecostasis appellatur.

gradibus] quibus ad curiam ascendebatur. *Manut.*

Reliqua, ut arbitror, in mensem Ianuarium reiicientur. De tribunis plebis longe optimum Racilium habemus. Videtur etiam Antistius amicus nobis fore. Nam Plancius totus noster est. Fac, si me amas, ut considerate, diligenterque naviges de mense Decembri.

EPISTOLA XCI. (ad Div. VII. 16.)

Scr. in Tusculano A. U. C. 696. ut videtur, incertum tamen quo mense.

Scribit sibi in coena augurali Lentuli διαῤῥοιαν contractam esse, ideoque se valetudinis causa in Tusculanum fugisse.

CICERO S. D. GALLO.

Quum decimum iam diem graviter ex intestinis laborarem; neque iis, qui mea opera uti volebant, me probarem non valere, quia febrim non haberem: fugi in Tusculanum; quum quidem biduum ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem. Itaque confectus languore, et fame, magis tuum officium desideravi, quam abs te requiri putavi meum. Ego autem quum omnes morbos reformido, tum in quo Epicurum

---

in mensem Ianuarium] quia reliqui erant Decembris mensis dies, quibus haberi senatum liceret, paucissimi, nempe quatuor ut mea opinio fert; nam quum ab Idibus Decembris, quo die senatum a Lupo esse habitum existimamus ad Kal. Ianuarii dies XVIII numerentur ex iis porro festi sint V, comitiales IX. fasti IV, sequitur ut per quatuor tantum dies haberi senatus posset. Nam id per dies comitiales fieri haud potuisse ipse Cicero testatur (ep. 97.) *Manut.*

Epist. XCI. 1. *tum in quo*] Vulgo *tum quod.* Codd. Gebhardi *tum in quod.* Manut. notabat *tum quo;* optimum tamen est *tum in quo*, id quod vidit Ernesti; scil. tum maxime eum morbum reformido, in quo etc.

Epicurum] is enim tantis vesicae et viscerum doloribus affligebatur ut nihil ad eorum magnitudinem posset accedere. Cic. de Fin. II. 30.

tuum Stoici male accipiunt, quia dicat, δυςουρικὰ, καὶ δυςεντερικὰ πάθη sibi molesta esse: quorum alterum, morbum edacitatis esse putant; alterum etiam turpioris intemperantiae. Sane δυςεντερίαν pertimueram. Sed visa est mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipsa fortasse iam senescentis morbi remissio profuisse. Attamen, ne mirere, unde hoc acciderit, quomodove commiserim: lex sumptuaria, quae videtur λιτότητα attulisse, ea mihi fraudi fuit. Nam dum volunt isti lauti terra nata, quae lege excepta sunt, in honorem adducere: fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius. In eas quum incidissem in coena augurali apud Lentulum, tanta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie primum videatur coepisse

---

δυςουρικὰ] morbum ex difficultate urinae, s. stranguriam. δυςεντερία vero tormina viscerum cum sanguinis per alvum deiectione.

alterum — intemperantiae] nempe Veneris immodicae, e qua saepe δυςεντερία oriri dicebatur.

lex sumptuaria] Licinia, de qua Gell. N. A. II. 24.

fraudi fuit] non decepit me, sed nocuit. *Manut.* Immo vero decepit me, ut in noxam s. morbum inciderem. Sic postea dicit se a malva et beta deceptum esse.

apud Lentulum] Corneliae gentis patriciae, eius ad quem scribuntur epistolae lib. I. ad Fam. et h. a. consulis filium. Is adoptione transiit in gentem Manliam, (a Manlio Torquato adoptatus) ut augur fieri posset. Vetabat enim lex duos eiusdem generis augures fieri. Et erat eo tempore quum auguratum petiit hic Lentulus, augur Faustus Cornelius, Sullae dictatoris filius. Itaque facta legi fraus est. Dio lib. XXXIX. *Manut.* Ex oratione pro Sextio c. 69. ubi Cicero dicit P. Lentulo adolescenti superiorem annum et virilem patris, et praetextam, populi iudicio dedisse, satis apparet, Lentulum filium hoc ipso anno, patre consule augurem creatum esse. Itaque haec epistola A. V. C. 696. scripta est, nisi forte coena auguralis in annum sequentem dilata fuerit.

videatur coepisse] sc. διάῤῥοια, de qua id est verbum

consistere. Ita ego, qui me ostreis, et muraenis facile abstinebam; a beta et a malva deceptus sum. Posthac igitur erimus cautiores. Tu tamen quum audisses ab Anicio (vidit enim me nauseantem) non modo mittendi causam iustam habuisti, sed etiam visendi. Ego hic cogor commorari, quoad me reficiam. Nam et vires, et corpus amisi. Sed, si morbum depulero, facile, ut spero, illa revocabo.

EPISTOLA XCII. (ad Div. I. 1.)

Scripta A. U. C. 697. Idib. Febr.

Cn. Cornelio Lentulo Marcellino L. Marcio Philippo Coss.

Narrat quid usque ad Idus Febr. actum sit in caussa de Ptolemaeo rege in Aegyptum reducendo 1. *diversas de ea re senatorum sententias recenset* 2. *se non tantum quantum Lentuli causa cupiat, auctoritate et gratia valere significat* 3.

M. T. CICERO P. LENTULO PROCOS. S. D.

Ego omni officio, ac potius pietate erga te, ceteris satisfacio omnibus: mihi ipsi numquam satisfacio. Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum, ut, quoniam tu, nisi perfecta re de me, non

---

proprium. *videatur* est ex edd. Vict. P. Manutii: idque et habet Mſ. Gu. 1. quod alii deseruere, recepto prisco *videar*, quod in Mſſ. est, habetque et meus, et Gu. 2. itemque edd. pr. omnes. *Ernesti.*

Epist. XCII. 1. *mihi ipsi*] Recte sic Ernesti. Vulgo *mihi ipse.*

ut quoniam] Sic Martyni-Laguna ut est in Ms. Guelf. Vulgo *ut qui;* Graevius, *ut quia*, quod Ernesti tenuit.

perfecta re de me, non conquiesti] Hanc interpunctionem praeivit Martyni-Laguna, sane meliorem vulgata, *perfecta re, de me non conquiesti.*

conquiesti: ego, quia non idem in tua causa efficio, vitam mihi esse acerbam putem. In causa haec sunt.

---

in tua causa] Rex Aegypti Ptolemaeus Auletes dictus, quia tibiis canere, praeter dignitatem regiam, solitus esset, pater Cleopatrae, notissimae feminae, et eius Ptolemaei, cuius est iussu interfectus Pompeius Magnus, societatem et amicitiam populi Romani diu expetitam impetravit aliquando, Caesare et Bibulo Coss. Caes. de bello civ. lib. III. c. 107. Illa cupiditas tanta societatis et amicitiae populi Romani non solum ex eo nata, quia superiores fere omnes Aegypti reges, eundem honorem adepti, praesidium adversis temporibus in fide ac tutela Romanorum saepe maximum invenerant, verum etiam, quod ipse, nisi socius amicusque populi Rom. appellaretur, stabilem sibi atque tutam regni possessionem non putabat; idque duabus causis, primum quod Alexandri regis qui proximus regnaverat, testamento Aegyptus Romanis relicta dicebatur; deinde, quod ipse non modo Alexandri regis mortui filius, verum nec e regio genere esse putabatur. Honor igitur ille societatis et amicitiae populi Romani vehementer optatus regni confirmandi causa, magnoque emptus necessitatem quandam Ptolemaeo attulit Aegyptios offendendi. Nam quum ab iis intolerabilia tributa exigeret, incurrit in eorum odia, ex quo multitudine concitata, vitae suae timens, e regno Romano profugit Lentulo Spinthere Metello Nepote coss. i. e. biennio post, quam in societatem amicitiamque populi Romani receptus erat. Questus iniuriam, petiit, ut restitueretur, impetravitque non magno negotio, vel Pompeii gratia, eius causam adiuvantis, ob amicitiam Mithridatico bello contractam, vel suffragante pecunia, clam multis data, vel etiam, quod regis bene de republica meriti (nam, ut Plinio referente cognoscitur, Pompeio circa Iudaeam rem gerenti, octo equitum millia Ptolemaeus suo sumptu miserat) et eius regis, quem senatus populusque Romanus biennio ante, Caesare et Bibulo coss. socium atque amicum appellasset, iniurias ulcisci, non modo iustum, sed exemplo etiam utile speciosumque videbatur. His causis fa-

Ammonius, regis legatus, aperte pecunia nos oppugnat. Res agitur per eosdem creditores, per quos, quum tu aderas, agebatur. Regis causa, si qui sunt,

---

ctum est SCtum, referente consule P. Lentulo, ut sortirentur consules, uter eorum regem reduceret, i. e. ut is reduceret, cui Cilicia provincia obtigisset, quae obtigit Lentulo. Nam si Ciliciam Lentulus antea sortitus esset, coniici postea in sortem reductionem regis non oportuit, quippe quum ea Ciliciae proconsuli, cui prope in conspectu Aegyptus esset, ob facultatem rei perficiendae prorsus deferenda videretur. Hispania vero, quae obtigit Metello, ut in Appiano legimus, longissime ab Aegypto remota, omnino cum reductione regis Alexandrini coniungenda non fuit. Exeunte anno quum Lentulus nondum in provinciam ivisset, per C. Catonem tribunum plebis obiecta senatui religio est, prolato e Sibyllinis versibus oraculo, ne rex cum multitudine reduceretur; si fieret, malo publico futurum. Tum factum est alterum SCtum, referente de religione Marcellino consule, regem cum multitudine reduci, periculosum rei publicae videri. Hoc SCtum ante hanc epistolam i. e. ante Idus Ian. factum erat. Tertium SCtum quum fieret, ne quis omnino regem reduceret, id quod, ut haec docet epistola, P. Servilius Isauricus censuerat, intercessum est, Senatus tamen voluntas perscripta, quod impedito SCto fieri solitum est, ut memoriae traderetur, atque exstaret in publicis tabulis, quid senatus nisi obstitisset intercessio, fieri voluisset.

Ammonius regis legatus] Nam rex aberat, quia, quum exercitum Sibyllae versibus interdictum, desperaret, petiit, ut a Pompeio, duobus tantum lictoribus comitato, restitueretur. Quod quum non impetrasset, verito senatu, ne Pompeii potentia nimium augeretur, abiecta spe, Ephesum se contulerat, relicto Ammonio legato. Discessisse eum ab urbe, ante quam tribuni plebis magistratum inirent, i. e. ante IV. Idus Dec. apud Nonium Fenestellae verba significant. Dio discessisse significat, non modo post initum a tribunis plebis magistratum, sed etiam consulatum

qui velint, qui pauci ſunt, omnes rem ad Pompeium deferri volunt. Senatus religionis calumniam non religione, ſed malivolentia, et illius regiae largitionis invidia comprobat. Pompeium et hortari, et orare, et iam liberius accuſare, et monere, ut magnam infamiam fugiat, non deſiſtimus. Sed plane nec precibus

---

gerentibus Marcellino et Philippo, i. e. poſt Kal. Ian. Ego aſſentior Feneſtellae, et quod antiquior, quam Dio, (nam eum noviſſimo Tiberii principatu periiſſe, Plinius ait) et quod in rebus Romanis maior homini Romano praeſertim Romae viventi, habenda fides eſt. Ipſe etiam Cicero, quum haec Idibus Ian. ſcriberet, regem ab urbe multo ante profectum oſtendere videtur his verbis: *In rebus multo ante, quam profectus es, ab ipſo rege, et ab intimis ac domeſticis Pompeii clam exulceratis.* – *Manut.*

ad Pompeium] Cuius ob Mithridatici belli gloriam longe maior, quam ceterorum, apud omnes gentes erat auctoritas; quo futurum ſperabat rex, ut Aegyptii nihil ei petenti denegarent. *Manut.*

religionis calumniam] Sibyllae verſus Aegypti regem cum exercitu reduci vetabant, cuius oraculi verba apud Dionem lib. 39. haec ſunt: *Si rex Aegypti, auxilio indigens aliquo, venerit, amicitiam quidem ei ne denegaveritis; ne tamen eum multitudine aliqua iuveritis; ſin aliter, et labores et pericula habebitis.* Narrat Dio, C. Catonis tribuni plebis opera, qui reductionem regis impedire conabatur, oraculum illud eſſe patefactum, ſenatu non invito, cui largitio illa regis odioſa erat. Nam quod ad Sibyllae verſus attinet, probabat eos quidem ſenatus, verum non tam religione, quam illius regiae largitionis invidia. Et Cicero ipſe, qui reductionem regis, Lentuli gratia vehementer cuperet, *calumniam religionis* appellat i. e. malitioſam et fictam de Sibyllinis verſibus orationem, ut exercitu adempto, quaſi iubente Sibylla, reſtituendi regis curam ſuſcipere nemo vellet. Itaque *homines religioſos* vocat ep. I, 7. Eandem calumniam notat ep. I, 4. quum eam nomen fictae religionis ab obtrectatoribus Lentuli inductum nominat. *Manut.*

magnam infamiam] triplicem: vel ingrati animi, qui

nostris, nec admonitionibus reliquit locum. Nam quum in sermone quotidiano, tum in senatu palam sic egit causam tuam, ut neque eloquentia maiore quisquam, nec gravitate, nec studio, nec contentione agere potuerit, cum summa testificatione tuorum in se officiorum, et amoris erga te sui. Marcellinum regi esse iratum scis. Is, hac regia causa excepta, ceteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit. Quod dat, accipimus: quod instituit referre de religione, et saepe iam retulit, ab eo deduci non potest.

2 Res ante Idus acta sic est. Nam haec Idibus mane scripsi. Hortensii, et mea, et Luculli sententia cedit religioni de exercitu, (teneri enim res aliter non potest) sed ex illo senatus consulto, quod te referente factum est, tibi decernit, ut regem reducas,

---

Lentulo, cuius erga se officia, quum in sermone quotidiano, tum in senatu palam commemoraverat, reductionem regis Alexandrini, praesertim ei iam a senatu decretam, conaretur eripere; vel immoderatae ambitionis, qui, summis iam perfunctus honoribus, triumque triumphorum gloria circumfluens, frumentaria etiam curatione, summa cum potestate, paulo ante ornatus, tamen his non contentus, honorem praeterea quicumque esset, Aegyptiae legationis appeteret; vel etiam avaritiae quod regis muneribus, magnam ab ipso restituendi cupiditatem prae se ferentis, corruptus existimari posset. *Manut.*

Marcellinum] Cn. Cornelium Lentulum Marcellinum, consulem h. a. cum L. Marcio Philippo.

regi iratum esse scis] Vulgo *tibi iratum esse scis* quod Manutius sic explicat: quia te cupidum videat reducendi regis. Verum huic irae Marcellini in Lentulum repugnant ea quae statim sequuntur: *is hac regia causa excepta ceteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit.* Itaque iam inde a Corrado compluribus placuit, ut reponeretur *regi* pro *tibi*; idque *Martyni-Laguna*, optimo iure recepit.

2. *reducas*] Male edd. pr. *deducas* quod et Gruterus secutus est. De reducendo

quod commode facere possis: ut exercitum religio tollat, te auctorem senatus retineat. Crassus tris legatos decernit, nec excludit Pompeium. Censet enim etiam ex iis, qui cum imperio sint. Bibulus tris lega-

---

et restituendo Ptolemaeo agebatur, non de prosequendo et deducendo. Sic et paulo post est. *Ernesti.*

quod commode facere possis] In h. l. valde dissentiunt libri scr. et edd. fluctuantes inter *commodo reip. facere possis*, et *commode vel commodo facere possis*, et *commode id facere possis*, et *commode* vel *commodo rem facere possis.* Primum *commodo reip.* est in ed. omnium prima Romana, quod pro coniectura affert Manutius edidit que 1534. Victorius. Alterum *commode facere possis* in ed. Jo. Spir. a. 1469. ed. 1471. *commodo f. p.* ed. Med. *commode id* Mſ. noster sed e correctione. Denique *commodo rem f. p.* Vict. ed. 2. Alii ut Gu. 2. *commode rem f. p.* Mihi optimum videtur, *quod commode facere possis: rem* et *id* glossatoris esse. *Ernesti.*

te auctorem senatus retineat] ut auctoritate Lentuli potius, quam potestate et armis, exercitum religione tollente, Alexandrini Ptolemaeo reconcilientur. Eodem modo Phil. II, c. 37. *ille*, inquit, *vir fuit; nos quidem contemnendi, qui auctorem odimus, acta defendimus.* Auctorem vocat Caesarem, a quo illa manaverant; tamquam enim ab illo scripta defendebantur. *Manut.*

Crassus] M. Licinius Crassus, nunc quidem in Pompeium male animatus, quod indicat ep. 98. (ad Q. Fr. II. 3.) sed anno sequenti consules iterum creati, in gratiam redierunt. *Manut.*

nec excludit Pompeium] cui frumentariae curationis gratia toto orbe terrarum et senatus et populus imperium dederat ep. 87. (ad Att. IV. 1.) *Manut.*

qui cum imperio] *Imperium* duplex fuit; *urbanum et provinciale. Urbanum* aut a populo dabatur aut a senatu; a populo consulibus, praetoribus, qui centuriatis comitiis creati maiores magistratus vocabantur: a senatu dictatori, interregi: qui nullis comitiis SCto creabantur. Nam censores licet inter maiores magistratus nominarentur, tamen nec imperium, nec ferendae

tos, ex iis qui privati sint. Huic assentiuntur reliqui consulares, praeter Servilium, qui omnino reduci negat oportere, et Volcatium, qui, Lupo referente, Pompeio decernit, et Afranium, qui assentitur Volcatio: quae res auget suspicionem Pompeii voluntatis.

---

legis ius habebant; neque lictoribus aut viatoribus utebantur. Reliqui vero quos nominavimus et imperium et legis ferendae ius, praeterea viatores et lictores habebant. Minores magistratus, aediles curules, aediles plebis, tribuni plebis, quaestores et alii inferioris ordinis, *potestatem* habere, non *imperium* dicebantur. Imperium tribuno plebis non fuisse Livius II. 36. aperte ostendit exemplo Appii consulis, privatum tribunum plebis clamitantis, sine imperio, sine magistratu. *Imperium* igitur in urbe habebant ii tantum magistratus, qui vocationem, qua carebant minores magistratus. Hoc imperium sine armis erat; propterea centuriata comitia, quod a Laelio Felice scriptum Gellius XV. 17. recitat, intra pomoerium fieri nefas erat, quia exercitum extra urbem imperari oporteret, intra urbem imperari ius non esset. Urbani imperii tempus in annis magistratibus annuum erat; in dictatore semestre ad summum; in interrege non ultra quinque dies; nam diuturnior is magistratus non erat. Consulis tamen imperium maius erat, quam praetoris; nam consul praetoris creandi ius habebat; non contra praetor consulis. Et consul ab omnibus magistratibus avocare comitiatum concionemque poterat; praetor a consule non poterat; quod apud Gellium XIII. 14. 15. Messalla docet. Quamquam autem imperium esset in urbe, nemo tamen ex urbanis magistratibus *imperator* est appellatus: sed hoc nomen iis duntaxat, qui exercitum haberent, tribui solitum est; etiam ante quam re bene gesta imperatores ab exercitu salutarentur. *Imperium provinciale* duplex fuit: unum a senatu datum ex lege Cornelia, sine armis; alterum a populo ex lege curiata cum armis. Vid. ep. I. 9. in extremo. *Manut.*

cum imperio sint] Ita in Gu. et edd. pr. quod recte Ernesti recepit pro vulg. *sunt*.

Bibulus — qui privati

Nam advertebatur Pompeii familiares assentire Volcatio. Laboratur vehementer. Inclinata res est. Libonis et Hypsaei non obscura concursatio, et contentio, omniumque Pompeii familiarium studium, in eam

---

sint] Haec in ed. Grut. exciderunt, ut opinor casu ac temere. Nam nihil admonet. Sunt autem in edd. omnibus et Bibuli huiusque sententiae, infra ep. 93. mentio iterum. Sed hic quoque *sint* legendum; non ut vulgo *sunt*. *Ernesti.*

advertebatur] Vulgo *advertebantur*. Illud aptius, et recepit Martyni-Laguna.

Libonis et Hypsaei] Utrumque puto tribunum plebis esse. De Hypsaeo quidem affirmat Dio lib. XXXIX. Est autem L. Libo Scriboniae gentis, Pompeio primum amicitia deinde etiam affinitate coniunctus. Nam eum Sex. Pompeii, qui ex duobus Pompeii Magni filiis natu minor fuit, socerum nominat Dio lib. XLVIII. eiusdemque alteram filiam, devictis Bruto et Cassio Caesar Octavianus uxorem duxit, quod in Augusto c. 62. et in libro de clar. Grammat. c. 19. Suetonius ostendit; cuius auctoritate et ipsa etiam temporum ratione moveor, ut in Dione non Λίβωνος ἀδελφὴν, sed Λίβωνος θυγατέρα legendum existimem. Quod tamen Dionis mendum potius quam librarii oportet credere. In bello civili Pompeium secutus, primum Etruriae, mox inde pulsus navibus quinquaginta praefuit. Florus IV. 2. Dio XLI. et Caesar de B. C. I. 20. III. 5. 15. Crudelem fuisse nec mediocri obstrictum aere alieno Cicero significat ad Att. IX. ep. 11. Consulatum a. 719. cum M. Antonio gessit. P. Plautius Hypsaeus iure pro Pompeio contendebat; fuerat enim eius quaestor bello Mithridatico; id quod in commentario Milonianae significat Asconius; et quaesturae coniunctionem liberorum necessitudini proximam fuisse patet ex lib. XIII. ep. 10. ad Fam. *Manut.*

concursatio] prensantium propria. *Concursabant barbatuli iuvenes* ep. 19. (Att. I. 14.) *Manut.*

contentio] maius quiddam est in contentione, quam in studio. Itaque Liboni et Hypsaeo tribuitur contentio, studium reliquis Pompeii familiaribus. *Manut.*

opinionem rem adduxerunt, ut paene is cupere videatur: cui qui nolunt, iidem tibi, quod eum ornasti, non sunt amici.

3 Nos in causa auctoritatem eo minorem habemus, quod tibi debemus. Gratiam autem nostram exstinguit hominum suspicio, quod Pompeio se gratificari putant. Ut in rebus multo ante, quam profectus es, ab ipso rege, et ab intimis, ac domesticis Pompeii clam exulceratis, deinde palam a consularibus exagitatis, et in summam invidiam adductis, ita versamur. Nostram fidem, omnes; amorem tui absentis praesentes tui cognoscent. Si esset in iis fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus. Vale.

EPISTOLA XCIII. (ad Div. I. 2.)

Scr. Romae a. d. XVI. Kal. Febr. A. U. C. 697.

Narrat quid in causa regia idibus Ianuariis actum in senatu sit 1. quo Pompeius, quo eius familiares animo sint 2. quid a senatu populoque sperandum sit, significat, suaque in ea re studia et officia pollicetur. 3.

M. T. CICERO S. D. P. LENTULO PROCOS.

Idibus Ianuariis in senatu nihil est confectum, propterea quod dies magna ex parte consumptus est altercatione Lentuli consulis, et Caninii tribuni plebis.

---

quod eum ornasti] quum ad eum consul frumentariam curationem detulisti *Manut.*

3. *praesentes tui*] Iam olim fuerunt, qui sic legerent, et nuper Martyni-Laguna hoc edidit. Nec dubito quin recte factum sit. Vulgatum enim *praesentisque tui* commodum sensum vix admittit.

Epist. XCIII. 1. *altercatione*] de rege Ptolemaeo reducendo; quum Caninius Pompeio rem deferri vellet; consul Lentulus Marcellinus regem neque cum exercitu reduci, neque ab iis, qui cum imperio essent. Ita Pompeium excludebat, qui cum imperio erat. *Manut.*

Eo die nos quoque multa verba fecimus: maximeque visi sumus senatum commemoratione tuae voluntatis erga illum ordinem commovere. Itaque postridie placuit, ut breviter sententias diceremus. Videbatur enim reconciliata nobis voluntas esse senatus: quod quum dicendo, tum singulis appellandis, rogandisque perspexeram. Itaque quum sententia prima Bibuli pronuntiata esset, ut tres legati regem reducerent; secunda Hortensii, ut tu sine exercitu reduceres; tertia Volcatii, ut Pompeius reduceret: postulatum est, ut Bibuli sententia divideretur. Quatenus de religione dicebat, cui rei iam obsisti non poterat, Bibulo assensum est: de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Proxima erat Hortensii sententia, quum Lupus, tribunus plebis, quod ipse de Pompeio retu-

---

prima Bibuli pronuntiata] Postquam sententiae a senatoribus dictae essent, consules eas breviter enumerabant, et quorum sententiae primae pronuntiabantur, hi erant ideo conditione meliore, ut iam Manutius monuit, quia, si plures in eorum sententiam transirent, fiebat senatus consultum, neque reliquorum sententiis locus erat.

divideretur] quia de religione et de tribus legatis simul deliberandum censebat, quod si esset factum, utrumque simul reiici, aut utrumque simul probari necesse erat. Quam consuetudinem egregie Pedianus ad orat. pro Mil. c. 6. expressit his verbis: *Quum aliquis in dicendo sententia duas pluresve res complectitur, eas si non omnes probantur, postulatur, ut dividatur, i. e. de singulis rebus referatur.* Et quum subiungit: *multi sedentes hoc unum verbum pronuntiant: divide;* ostendit, ius postulandi ut sententia divideretur, non consulibus tantum, sed senatoribus etiam fuisse. *Manut.*

cui rei] Sic Martyni-Laguna melius, quam ut vulgo *cuique rei.*

ierunt in alia omnia] *ire in alia omnia*, et *discedere*, et *transire* pro *dissentire* veteres dicebant. De quo Festus his verbis: *qui hoc censetis, illuc transite; qui*

issset, intendere coepit, ante se oportere discessionem facere, quam consules. Cuius orationi vehementer est ab omnibus reclamatum. Erat enim iniqua, et nova. Consules neque concedebant, neque valde repugnabant. Diem consumi volebant: id quod est factum. Perspiciebant enim, in Hortensii sententiam multis partibus plures ituros: quamquam aperte Volcatio assentirentur. Multi rogabantur, atque id ipsum consulibus invitis. Nam ii Bibuli sententiam valere cupiebant.

2 Hac controversia usque ad noctem ducta, senatus dimissus: et ego eo die casu apud Pompeium coenavi: nactusque tempus hoc magis idoneum, quam umquam antea, quod post tuum discessum, is dies honestissimus nobis fuerat in senatu, ita sum cum illo

---

alia omnia, in hanc partem. *His verbis praeit ominis videlicet causa, ne dicat, qui non censetis.* Sic locutus est Coelius VIII. 13. ad Div. „Quum prima M. Marcelli sententia pronuntiata esset, qui agendum cum tribunis plebis censebat, frequens senatus in alia omnia iit.„ Et Cicero ad Div. X. ep. 11. *Frequens eum senatus reliquit, et in alia omnia discessit.*

discessionem facere] i. e. iubere senatores discedendo sententiam vel probare vel improbare. Itaque Lupus, quia de Pompeio retulerat, ex eiusque relatione Volcatius censuerat regem a Pompeio reducendum, de Volcatii sententia prius statuere senatum volebat, quam de Hortensii sententia, de qua consules retulerant.

aperte Volcatio assentirentur] Simulabant Pompeii causa; sed consules, oratione Ciceronis reconciliatam Lentulo senatus voluntatem intelligentes, diem consumi passi sunt, ne discessio fieret; quum nec a Lentulo, nec a Pompeio regem reduci vellent, sed aut a privatis, ex Bibuli sententia quam senatus iam improbaverat; aut omnino non reduci, quod factum est. *Manut.*

cupiebant] Sic de Ernestii sententia scribendum erat. Vulgo *cupierunt.*

locutus, ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. Quem ego ipsum quum audio, prorsus eum libero omni suspicione cupiditatis. Quum autem eius familiares omnium ordinum video, perspicio, id quod iam omnibus est apertum, totam rem istam iampridem a certis hominibus, non invito rege ipso, consiliariisque eius, esse corruptam.

Haec scripsi a. d. XVI kal. Febr. ante lucem. Eo 3 die senatus erat futurus. Nos in senatu, quemadmodum spero, dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia, et iniquitate, retinebimus. Quod ad popularem rationem attinet, hoc videmur esse consecuti, ut ne quid agi cum populo aut salvis auspiciis,

---

3. *ad XVI Kal. Febr.*] Ergo pridie fuerat XVII Kal. quo die sententias esse dictas ostendit. At nunc, qui dies in Ianuario mense post idus sequitur est XIX. Kal. Febr. non XVII. quo ne moveamur, sciendum est, Ianuarium tunc habuisse tantum XXIX dies, Numae regis instituto, qui annum Lunae cursu dimetitus est. Caesar autem dictator annum ad cursum Solis accommodavit, binis diebus in Ianuarium, Sextilem, Decembrem insertis, ut tricenos singulos haberent dies qui XXIX tantum habuerant. Macrobius lib. I. Saturn. c. 14. Sueton. in Iul. c. 40. *Manut.*

salvis auspiciis] Genus illud auspiciorum, quod *servare de coelo* dicebatur, significat; neque enim lex ferri, aut omnino agi cum populo poterat eo die, quo magistratus de coelo servaret; quae *spectio* vocabatur; eoque auspiciorum genere non augures sed magistratus non modo maiores verum etiam minores utebantur. Impedire actiones tribunicias vel ope magistratus, qui comitialibus diebus de caelo servaret, Cicero cogitabat, vel si lex ferretur alicuius tribuni plebis intercessione; propterea subiungit, *aut salvis legibus*: nam intercessioni parendum legibus erat. Nihil, inquit, a populo timendum; si modo auspicia, aut leges valebunt, quae stante re publica valeant, necesse est. Haec duo legis impediendae genera nomi-

quae T. Ampius de eius re decrevit, ea comprobes, omnibusque rebus eum ita tractes, ut intelligat, meam commendationem non vulgarem fuiſſe. Vale.

EPISTOLA XCV. (ad Div. I. 4.)

Scr. Romae A. U. C. 697. circa XIV. Kal. Febr.

Queritur Lentuli cauſam de reducendo Ptolemaeo variis calumniis impeditam eſſe, ceterum vi excepta confirmat illi nec populi nec ſenatus ſtudium defuturum.

M. T. CICERO S. D. P. LENTULO PROCOS.

A. d. XVI kal. Febr. quum in ſenatu pulcherrime ſtaremus, quod iam ſententiam Bibuli de tribus legatis, pridie eius diei fregeramus; unumque certamen eſſet relictum, ſententia Volcatii: res ab adverſariis noſtris extracta eſt variis calumniis. Cauſam enim

---

T. Ampius] qui ante Lentulum Ciliciae praefuerat, praetorius, non conſularis. *T. Ampium* tribunum plebis nominat Velleius lib. II. c. 40. qui cum T. Labieno collega legem tulit, Cicerone conſule, ut Pompeius, poſt victoriam Mithridaticam, ludis Circenſibus corona laurea et omni cultu triumphantium uteretur, ſcenicis autem praetexta, coronaque laurea. Inter tribunatum autem, et praeturam quum anni quatuor interſint, praetor fuiſſe videtur Piſone et Gabinio coſſ. i. e. quadriennio poſt Ciceronem conſulem; et anno ſequenti Lentulo et Metello coſſ. ivit in Ciliciam, eique poſtero anno Lentulus, Marcellino et Philippo coſſ. ſucceſſit. Itaque ratio temporum probare videtur Ampium, qui Ciliciae praefuit ante Lentulum, eum eſſe, quem nominat Velleius. *Manut.*

decrevit] alii *decreverit*, vel *decrerit*. Illud verum; eſt enim periphraſis decreti facti, non futuri. Sic et Mſ. Gu. et noſter et ed. Rom. *Erneſti.*

Epiſt. XCV. *ab adverſariis noſtris*] praeſertim tribunis plebis. *Manut.*

variis calumniis] Sic vocat Cicero varias cauſas ficte inductas, varia figmenta, quum nihil verum, nihil ex

frequenti senatu, in magna varietate, magnaque invidia eorum, qui a te caussam regiam alio transferebant, obtinebamus. Eo die acerbum habuimus Curionem: Bibulum multo iustiorem, paene etiam amicum. Caninius et Cato negarunt se legem ullam ante comitia esse laturos. Senatus haberi ante kalendas Feb. per legem Pupiam, id quod scis, non potest: neque mense Feb. toto, nisi perfectis, aut reiectis legationibus. Haec

---

animo loquerentur, sed tantum, ut rem ducerent, diemque dicendo extraherent. *Manut.*

acerbum] acrem adversarium, quod ante eum diem non contigerat. Non tamen uni Lentulo, sed Pompeio pariter acerbum fuisse arbitror: oderat enim pessime socerum Pompeii C. Caesarem, ut Suetonius in Iulio c. 52. ostendit; quare Caesaris potentiam augenti quotidie Pompeio non amicum fuisse verisimile videtur. Et eum Pompeius ipse suum obtrectatorem aiebat, ep. 99. (ad Q. Fr. II. 3.) *Manut.*

Curionem] C. Scribonium Curionem consularem et triumphalem, patrem eius ad quem epistolae mittuntur lib. II. ad Div. *Manut.*

iustiorem, paene etiam amicum] Huius mutationis illa Bibulo caussa fuit, quod, quum ipse de tribus legatis obtinere non potuisset, malebat Lentulo rem deferri, quam Pompeio, quem Caesaris, inimicissimi sui, generum fautoremque et amplificatorem dignitatis, ornari non libenter videbat. *Manut.*

legem ullam] quod fautores Lentuli timebant. *Manut.*

ante comitia] ante Sextilem mensem, quo designabantur magistratus. *Manut.*

laturos] Cato tamen ferre conatus est, promulgavit enim ut Lentulo Ciliciae imperium abrogaretur, ep. 96. *Manut.*

legem Pupiam] quae comitialibus diebus haberi senatum vetabat cf. ad Q. Fr. II. 2 et 3. *Manut.*

neque mense Febr. toto] nempe ex lege Gabinia.

perfectis] auditis et dato responso remissis. *Manut.*

reiectis] in aliud tempus legatorum auditione dilata.

legationibus] Cicero Lentulum his verbis abducere cupit a spe, proximis his diebus caussam de rege Ptolemaeo reducendo in senatu denuo tractatum iri. Ita-

tamen opinio eſt populi Romani, a tuis invidis, atque obtrectatoribus nomen inductum fictae religionis, non tam ut te impedirent, quam ut ne quis, propter exercitus cupiditatem, Alexandriam vellet ire. Dignitatis autem tuae nemo eſt, quin exiſtimet habitam eſſe rationem ab ſenatu. Nemo eſt enim, qui neſciat, quo minus diſceſſio fieret, per adverſarios tuos eſſe factum. Qui nunc populi nomine, re autem vera, ſceleratiſſimo latrocinio, ſi qua conabuntur agere, ſatis mihi proviſum eſt, ut ne quid ſalvis auſpiciis, aut legibus, aut iam ſine vi agere poſſint. Ego neque de meo ſtudio, neque de nonnullorum iniuria ſcribendum mihi eſſe arbitror. Quid enim aut me oſtentem? qui ſi vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum aſſecutus; aut de aliorum iniuriis querar? quod ſine ſummo dolore facere non poſſum. Ego tibi a vi, hac praeſertim imbecillitate magiſtratuum, praeſtare nihil poſſum. Vi excepta, poſſum confirmare, te et ſenatus, et populi Romani ſummo tudio, amplitudinem tuam retenturum. Vale.

---

que ait ſenatum ex lege Gabinia haberi non poſſe, ſcil. in quo de aliis rebus agatur, antequam legationes vel auditae vel reiectae ſint, ut mirari non debeat Lentulus, ſi de cauſa Alexandrina per totum menſem Februarium ſileatur. Perperam igitur Benedictus ex aliquot codd. recepit lectionem *rogationibus.*

vellet ire] ademto enim exercitu nemo ire vellet, quum Alexandrinos, niſi cogerentur armis, regem non eſſe recepturos, conſtaret. *Manut.*

quo minus diſceſſio fieret] i. e. quo minus in tua cauſa SCtum fieri poſſet, ſenatoribus in hanc vel illam ſententiam diſcedere, ſ. pedibus ire iuſſis. Recte Wielandus vertit: *daſs es nicht zu einem Abſchluſs gekommen.*

ſatis mihi proviſum eſt] Vulgo abeſt *mihi;* revocatum nuper a Martyni-Laguna.

aut iam ſine vi] ſupra ep. 93, 3. erat, *aut denique ſine vi.* Exprimit illud *iam* Graecorum δή. *Erneſti.*

EPISTOLA XCVI. (ad Div. I. 5.)

Scr. Romae A. U. C. 697. initio mensis Febr.

Narrat subito exortam Catonis promulgationem de imperio Lentulo abrogando, verendumque esse ne causa regia vel eripiatur Lentulo, vel omnino deseratur.

M. T. CICERO S. D. P. LENTULO PROCOS.

Tametsi mihi nihil fuit optatius, quam ut primum abs te ipso, deinde a ceteris omnibus, quam gratissimus erga te esse cognoscerer: tamen afficior summo dolore, eiusmodi tempora post tuam profectionem consecuta esse, ut et meam, et ceterorum erga te fidem, et benivolentiam absens experirere. Te autem videre, et sentire, eandem fidem esse hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus ex tuis literis intellexi. Nos quum maxime consilio, studio, labore, gratia, de causa regia niteremur, subito exorta est nefaria Catonis promulgatio, quae nostra studia impediret, et animos a minore cura ad summum timorem traduceret. Sed tamen in eiusmodi pertur-

---

Epist. XCVI. *experirere*] Nempe Cicero ait se dolore affici, quod in causa de Ptolemaeo rege reducendo eam multorum hominum perfidiam et iniquitatem absens expertus sit, ut sua aliorumque amicorum fide et benivolentia in rebus molestis ipsi fuerit utendum.

nefaria Catonis promulgatio] Cato tribunus plebis, quem Lentulus acerbissimum habuit ab initio tribunatus, turbulentum adolescentem, ut ait Fenestella, et audacem, nec imparatum ad dicendum, legem promulgaverat, ut Lentulus e Cilicia revocaretur. cf. ep. 99. (ad Q. Fr. II. 3.) *Manut.*

a minore cura ad summum timorem] multo enim levius est, curare, ut aliquid accedat ad dignitatem, quod ex regia causa sperabatur; quam timere, ne tota dignitas amittatur, quod ex lege Curionis impendebat. *Manut.*

batione rerum quamquam omnia ſunt metuenda, nihil magis, quam perfidiam timemus: et Catoni quidem, quoquo modo ſe rés habeat, profecto reſiſtimus. De Alexandrina re, cauſaque regia, tantum habeo polliceri, me tibi abſenti, tuisque praeſentibus cumulate ſatisfacturum. Sed vereor, ne aut eripiatur nobis, aut deſeratur: quorum utrum minus velim, non facile poſſum exiſtimare. Sed, ſi res coget, eſt quiddam tertium, quod neque Selicio, nec mihi displicebat: ut neque iacere rem pateremur, nec, nobis repugnantibus, ad eum deferri, ad quem prope iam delata exiſtimatur. A nobis agentur omnia diligenter: ut nec, ſi quid obtineri poterit, non contendamus: nec, ſi quid non obtinuerimus, repulſi eſſe videamur. Tuaė ſapientiae, magnitudinisque animi eſt, omnem amplitudinem, et dignitatem tuam in virtute, in rebus geſtis tuis, atque in tua gravitate poſitam exiſtimare: ſi quid ex iis rebus, quas tibi fortuna largita eſt, nonnullorum hominum perfidia detraxerit, id

---

cumulate ſatisfacturum] h. e. nihil ſe intermiſſurum, quod ſuo ſtudio et labore perfici poſſit, etſi de ſucceſſu nihil iam audebat polliceri.

aut eripiatur] Vulgo additum *cauſa regia*, quod manifeſtum ſcilicet gloſſema recte Erneſtius delevit; ac delendum eſſe iam Manutius Lambinus, Graevius cenſuerant.

eripiatur] ut Pompeius regem reducat. Sequitur enim paulo poſt: *ad quem prope iam delata exiſtimatur.*

deſeratur] ne quis omnino regem reducat; quod et Servilio placebat ut ep. 93. et poſtea decretum eſt a ſenatu ep. 112. *Manut.*

neque iacere rem] Vulgo *neque iacere regem — delatum.* Melius Martyni - Laguna quem ſecutus ſum.

ad eum] Pompeium.

repulſi] Pertinet hoc ad illud tertium, quod ſibi non displicere dixit. Re enim ad Pompeium delata Lentulus repulſam tuliſſe videretur. *Manut.*

in rebus] Vulgo *atque in rebus.* Sed illud *atque* delendum eſſe recte monuit Erneſti.

maiori illis fraudi, quam tibi futurum. A me nullum tempus praetermittitur de tuis rebus et agendi, et cogitandi; utorque ad omnia Q. Selicio: neque enim prudentiorem quemquam ex tuis, neque fide maiore esse iudico, neque amantiorem tui.

EPISTOLA XCVII. (ad Q. Fr. II. 2.)

Scr. Romae XIV Kal. Febr. A. U. C. 697.

Excusat epistolam non sua manu scriptam rariusque literas ad fratrem datas 1. de Lentuli et Sexti nominibus exigendis et Pomponianis inde dissolvendis 2. de Culleonis auctione 3. de fratris aedificatione et furiosae Clodii aedilitatis exspectatione. 4. de causa Ptolemaei regis in Aegyptum reducendi 5. denique fratrem ut quam primum e Sardinia redeat, rogat. 6.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Non occupatione, qua eram sane impeditus, sed parvula lippitudine adductus sum, ut dictarem hanc epistolam, et non, ut ad te soleo, ipse scriberem. Et primum me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso. Me enim adhuc nemo rogavit, num quid in Sardiniam vellem; te puto saepe habere, qui, num quid Romam velis, quaerant.

---

maiore] Sic auctore Ernestio scribendum erat; non ut vulgo *maiorem*.

Epist. XCVII. 1. *in Sardiniam*] ubi tum adhuc versabatur Quintus, sive in re frumentaria Pompeii legatus, sive alius cuiusdam negotii causa.

saepe habere] Vulgati addunt: *etsi non semper*; quod est ineptum; delevitque P. Manutius, quod in MSS. pluribus non repererat. Ed. Rom. sic habet: *te puto etsi non semper, saepe certe habere*, paullo melius. Sed Manutium secuti sumus, ex cuius correctione abest ab ed. Ald. nepotis maiore. *Ernesti.*

2 Quod ad me de Lentuli, et Sexti nomine ſcripſiſti, locutus ſum cum Cincio. Quoquo modo res ſe habet, non eſt facillima, ſed habet profecto quiddam Sardinia appoſitum ad recordationem praeteritae memoriae. Nam, ut ille Gracchus augur, poſteaquam in iſtam provinciam venit, recordatus eſt, quid ſibi, in Campo Martio comitia conſulum habenti, contra auſpicia accidiſſet: ſic tu mihi videris in Sardinia de forma Minuciana, et de nominibus Pomponianis in otio recogitaſſe.

3 Culleonis auctio facta eſt. Sed ego adhuc emi

---

2. *Lentuli et Sexti*] ut a Lentulo et Sexto debitam tibi pecuniam exigamus; exactam Pomponio Attico, cui debes, perſolvamus. *Manut.*

Cincio] L. Cincio, qui Attici negotia Romae procurabat. *Manut.*

ad recordationem praeteritae memoriae] ad excitandam eius rei recordationem, quam ex animo noſtro delevit oblivio. *Manut.*

ut ille Gracchus augur] Ti. Sempronius, Tiberii et Caii Gracchorum, clariſſimorum oratorum pater; qui quum recordatus eſſet, in deſignatione conſulum non recte a ſe tabernaculum eſſe captum, deque vitioſa deſignatione ad augurum collegium miſiſſet; augures ad ſenatum retulerunt; ſenatus, ut conſules abdicarent, cenſuit, conſules abdicarunt. Hiſtoria eſt lib. II. de natura deor. c. 4. lib. I. de Divin. c. 17. ap. Valerium Max. lib. I. *Manut.*

de forma Minuciana] Aedificium forte Quintus ad eam formam, quam Minucius architectus fecerat exſtrui volebat cf. ep. 104. (ad Q. Fr. II. 6.)

Culleonis auctio facta eſt] de bonis Culleonis mortui, quae fiebat inter coheredes, quo facilius ad ſuum quisque perveniret. *Manut.*

3. *ſed ego adhuc emi nihil*] Haec verba vulgo in omnibus edd. ponuntur poſt *cogitaſſe;* et Manutius intellexit ſic, quaſi Cicero dicat, ſe adhuc locum non emiſſe, ubi aedificaretur Quinto fratri ad formam Minucianam. Verum hoc incommodum eſt, et ſequentibus ad Q. Fratrem epiſtolis repugnat, ex quibus perſpicitur iam tum Quinti domum paene

nihil. Tusculano emptor nemo fuit. Si conditio valde bona fuerit, fortasse non omittam.

De aedificatione tua Cyrum urgere non cesso. 4
Spero eum in officio fore. Sed omnia sunt tardiora, propter furiosae aedilitatis exspectationem. Nam comitia sine mora futura videntur. Edicta sunt a. d. XI kal. Febr. Te tamen sollicitum esse nolo. Omne genus a nobis cautionis adhibebitur.

De rege Alexandrino factum est senatus consul- 5
tum, cum multitudine eum reduci, periculosum rei publicae videri. Reliqua quum esset in senatu contentio, Lentulusne, an Pompeius reduceret: obtinere

---

exaedificatam fuisse, ut de area emenda cogitari non posset. Ergo transponenda censui haec verba, ut Cicero dicat, se de auctione Culleonis nihil emisse.

Tusculano emptor nemo fuit] Male intellexerunt nonnulli Ciceronis Tusculanum. Et ille quidem hanc villam nuper proscripserat, ut venditurus; sed eius consilii mox eum poenituit. H. l. potius agitur de Tusculano, quod Culleo possederat; huic in auctione nemo emptor inveniebatur; et Cicero ait, si conditio eius emendi valde bona sit, se id fortasse non omissurum; nempe Culleonis Tusculanum Ciceronis Tusculano videtur ita vicinum fuisse, ut eo emendo Cicero suam villam egregie amplificare posset.

Cyrum] architectum; ad Att. III. 2. et ad Div. VII. 14. *Manut.*

furiosae aedilitatis] quam Clodius petebat. *Manut.*

edicta sunt] edicto consulum Marcellini et Philippi. Cur autem eo usque tracta erant comitia aedilicia, quae si mos servaretur anno superiore fieri debuissent? quia quum iudicium, quo Clodius de vi causam dicturus erat ante comitia fieri et Marcellinus et alii voluissent, contra Clodius intelligeret, se iudicium effugere, nisi aedilis designaretur, non facile posse, ideoque contenderet, ut comitia iudiciis anteferrentur, utriusque partis contentione factum est, ut iudicia simul et comitia ultra spatium legitimi temporis producerentur. *Manut.*

cautionis] sc. a Clodii vi et insidiis. *Ernesti.*

causam Lentulus videbatur. In ea re nos et officio erga Lentulum mirifice, et voluntati Pompeii praeclare satisfecimus. Sed per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta est. Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. Quid futurum sit latrocinio tribunorum, non divino: sed tamen suspicor, per vim rogationem Caninium perlaturum. In

---

5. *voluntati Pompeii*] quia, etsi pro Lentulo studiose, ita tamen egimus, ut animum Pompeii non offenderemus. *Manut.*

obtrectatores Lentuli] adversarios in reductione regis duos inprimis Lentulus habebat, Catonem et Caninium tribunos pl. Catonem quidem, totam reductionem regis oppugnantem, nec minus Pompeio, quam Lentulo infensum, quod ostendit ep. 95. Caninium autem reduci regem, non a Lentulo, sed a Pompeio cupientem. Et Cato eo processit iracundiae ac malivolentiae, ut de abrogando Lentulo Ciliciae imperio legem promulgaverit, quod ex epistola 96. cognoscitur. Nonius etiam haec Fenestellae verba ex annali XXII. recitat. *Ut magistratum* inquit, *inierunt tribuni, C. Cato, turbulentus adolescens, et audax, nec imparatus ad dicendum, concionibus assiduis invidiam et Ptolemaeo simul, qui iam ex urbe profectus erat, et P. Lentulo consuli, paranti iam iter, concitare, secundo quidem populi rumore coepit.* Caninius autem usque eo Pompeii studiosus fuit, ut legem ferre conatus sit, qua Pompeius cum duobus lictoribus Ptolemaeum reduceret, quod apud Plutarchum in Pompeio scriptum est. Idque Cicero ipsa ep. 111. significat in his verbis: *Mihi semper tuae laudi favere visus est, etiam ipso suspiciosissimo tempore Caniniano.* — *Manut.*

latrocinio tribunorum] Catonem inprimis et Caninium notat, quorum ad eripiendam Lentulo regis reductionem iniquissimos conatus latrocinium appellat, ut supra ep. 95. *Manut.*

rogationem] ut Pompeius cum duobus lictoribus regem Ptolemaeum restitueret; aut enim eam ferre legem Caninius iam conatus erat; aut se laturum ostenderat. Nam de nota rogatione loqui Cicero videtur. *Manut.*

perlaturum] non pertulit. Non enim Pompeius, sed

ea re Pompeius quid velit, non dispicio. Familiares eius quid cupiant, omnes vident. Creditores vero regis aperte pecunias suppeditant contra Lentulum. Sine dubio res a Lentulo remota videtur esse, cum magno meo dolore: quamquam multa fecit, quare, si fas esset, iure ei succensere possemus.

Tu, si ista expedisti, velim quam primum bona, 6
et certa tempestate conscendas, ad meque venias. Innumerabiles enim res sunt, in quibus te quotidie in omni genere desiderem. Tui, nostrique valent. XIIII kal. Febr.

EPISTOLA XCVIII. (Att. IV. 4.)

Scr. Romae III. Kal. Febr. A. U. C. 697.

Attici adventum sibi suavissimum exspectatissimumque esse significat.

Gabinius regem restituit, quod ex Appiano, Dione, Plutarcho, ipso etiam Cicerone constat. *Manut.*

non dispicio] solebat enim Pompeius et silentio tegere voluntatem; et aliud sentire ac loqui; id ostendunt Ciceronis epistolae 92. et 101. (ad Div. I. 1. 6.) item ad Att. IV. 9. 14. Coelius etiam (ad Div. VIII. 1.) *quam Pompeius orationem habuerit, quamque ostenderit voluntatem (solet enim aliud sentire et loqui, neque tamen tantum valere ingenio, ut non appareat, quid sentiat) fac mihi perscribas.* — *Manut.*

familiares eius] Volcatius, Lupus, Afranius, Libo, Hypsaeus, Caninius. cf. ep. 92. *Manut.*

creditores] cf. ep. 92, 1.

si fas esset] fas non est, quia summum ab eo beneficium, patriae restitutus, accepi. *Manut.*

succensere] quia in consulatu post reditum Ciceronis non impediverat, quo minus damna in Tusculano et Formiano a Clodio facta, valde illiberaliter aestimarentur. Vid. ep. 88.

6. *tu si ista expedisti*] Sic utique auctoritate cod. Faërni legendum. Vulgo *si ita expedit.* Rogat enim fratrem, ut expeditis negotiis, quae in Sardinia habebat, statim redeat.

CICERO ATTICO, S.

Periucundus mihi Cincius fuit ante diem tertium kalend. Febr. ante lucem. Dixit enim mihi, te esse in Italia, seseque ad te pueros mittere; quos sine meis literis ire nolui, non quo haberem, quod tibi, praesertim iam prope praesenti, scriberem: sed ut hoc ipsum significarem, mihi tuum adventum suavissimum exspectatissimumque esse. Quare advola ad nos, eo animo, ut nos ames, te amari scias. Cetera coram agemus. Haec properantes scripsimus. Quo die venies, utique cum tuis apud me sis.

EPISTOLA XCIX. (ad Q. Fr. II. 3.)

Scr. Romae prid. Id. Febr. A. U. C. 697.

De Milonis a Clodio ad populum de vi accusati iudicio 1. 3. *de actis in senatu* 2. 4. 6. *de Sextio bis accusato* 5. *de oratione sua pro Bestia habita* 7. *de rebus domesticis* 8.

MARCUS Q. FRATRI, S.

1 Scripsi ad te antea superiora: nunc cognosce, postea quae sint acta. A kal. Feb. legationes in idus Febr. reiiciebantur. Eo die res confecta non est. A. d. III non. Febr. Milo affuit. Ei Pompeius advocatus

---

Epist. XCVIII. *utique — apud me sis*] Vulgo hic annectitur epist. 105. *Perbelle feceris si ad nos veneris* etc. His verbis autem novam epistolam incipere iam Corradus vidit. Ei assensus est Mongaltius, et Wielandus in versione illam recte suo loco collocavit.

Epist. XCIX. 1. *Milo affuit*] nempe reus de vi, a Clodio aedili accusatus.

advocatus] non ut pro Milone diceret, sed ut praesentia sua reum sublevaret. Is enim advocatus est, ut in Divinatione Pedianus testatur. Quarto igitur nonas Miloni *advocatus*, octavo Idus eidem *patronus* Pompeius venit. *Manut.*

venit. Dixit Marcellus a me rogatus. Honeste discessimus. Producta dies est in VIII id. Febr.

2 Interim reiectis legationibus in Idus, referebatur de provinciis quaestorum, et de ornandis praetoriis. Sed res, multis querelis de re publica interponendis, nulla transacta est. Cato legem promulgavit de imperio Lentuli abrogando. Vestitum filius mutavit.

Marcellus] Non dubito, quin M. Marcellum significet, eum quem post devictum acie Pharsalica Pompeium, a P. Magio Chilone interfectum fuisse, Ser. Sulpicii ad Ciceronem epistola declarat. Existimo autem potius Marcum significari, quam aut Caium eius fratrem, aut alium quemquam; quia et erat hic bonarum in re publica partium tutator, et Ciceronis amicissimus, et Milonis ipsius proprie studiosus, qui etiam ipsum, quo tempore de Clodii caede causam dixit, cum Cicerone defenderit. Ut omittam, quod, quum sine praenomine appelletur, de ipso potius, qui virtute et honore reliquis Marcellis antecellebat, quam de quovis alio, accipiendum videtur. *Manut.*

2. *de provinciis quaestorum*] ut quaestores anni superioris provincias sortirentur. Cuius rei ad consules relatio pertinebat. *Manut.*

et de ornandis praetoriis] Sic legere malim, quam ut vulgo *praetoribus*, ut de provinciis intelligatur. Quod probat latine loquendi consuetudo. Sic ad Att. III. 24. *vestro consensu consulum provincias ornatas esse* et lib. IV. 18. *qui se dicerent in ornandis provinciis consularibus scribendo affuisse.* — *Manut.*

promulgavit] proposuit, ut deinde legem ferret. *Manut.*

de imperio Lentulo abrogando] Ciliciae administratione. Non abrogavit tamen, Lentulo Marcellino consule dies comitiales, quibus ferre legem Cato potuisset, omnes eximente. Infra et ex epistolis quae familiares vulgo vocantur satis constat P. Lentulum non ante annuum spatium, quod erat administrandae provinciae legitimum discessisse. *Manut.*

mutavit] sordidata veste ad commovendam misericordiam sumpta, quod magnarum calamitatum in metu facere solebant. *Manut.*

3 A. d. VIII id. Febr. Milo affuit. Dixit Pompeius, ſive voluit. Nam, ut ſurrexit, operae Clodianae clamorem ſuſtulerunt: idque ei perpetua oratione contigit, non modo ut acclamatione, ſed ut convicio, et maledictis impediretur. Qui ut peroravit — (nam in eo ſane fortis fuit; non eſt deterritus; dixit omnia, atque interdum etiam ſilentio; cum auctoritate ſemper egerat;) ſed ut peroravit, ſurrexit Clodius. Ei tantus clamor a noſtris (placuerat enim referre gratiam) ut neque mente, neque lingua, neque ore conſiſteret. Ea res acta eſt, quum hora VI vix Pompeius peroraſſet, usque ad horam VIII, quum omnia maledicta, verſus etiam obſcoeniſſimi in Clodium, et Clodiam dicerentur. Ille furens, et exſanguis interrogabat ſuos in clamore ipſo, quis eſſet, qui plebem fame necaret? Reſpondebant operae, Pompeius. Quis Alexandriam

---

3. *ſive voluit*] h. e. non potuit ita dicere, ut exſpectarat ſe dicturum, ut attente et ſine perturbatione audiretur.

ſemper egerat] Ita Manutius poſt Petrum Daneſium legendum cenſuit. Vulgo *peregerat*. Nempe opponuntur *interdum*, et *ſemper*. Interdum enim clamores Clodianorum quieverant; et his licet obſtrepentibus ſemper tamen auctoritatem et conſtantiam Pompeius tenuit.

neque ore] quum immutatus color mentis ſollicitudinem indicaret. *Manut.*

hora VI] tertia diei hora iudiciorum erat prima. Docet hoc Martialis ille verſus:

exercet raucos tertia cauſidicos. — *Manut.*

Clodiam] P. Clodii ſororem, eam de tribus, ut opinor, quae Q. Metelli Celeris uxor erat. Nam etſi reliquae item duae, una, quae Q. Marcio Regi, altera, quae L. Lucullo collocata fuerat, male audiebant impudicitiae nomine, haec tamen Metelli uxor, quam *quadrantariam* eſſe appellatam Plutarchus tradit, (et Cic. pro Coelio 29.) infamia praeſtabat. *Manut.*

fame necaret] quaſi Pompeius, qui rei frumentariae praeeſſet, frumentum comprimeret. *Manut.*

Alexandriam ire] reſtituendi Ptolemaei cauſa. *Man.*

ire cuperet? Respondebant, Pompeius. Quem ire vellent? Respondebant, Crassum. Is aderat tum Miloni animo non amico. Hora fere IX, quasi signo dato, Clodiani nostros consputare coeperunt. Exarsit dolor. Urgere illi, ut loco nos moverent. Factus est a nostris impetus, fuga operarum. Eiectus de rostris Clodius: ac nos quoque tum fugimus, ne quid in turba. Senatus vocatus in curiam; Pompeius domum. Neque ego tamen in senatum, ne aut de tantis rebus tacerem, aut in Pompeio defendendo (nam is carpebatur a Bibulo, Curione, Favonio, Servilio filio) animos bonorum offenderem. Res in posterum dilata est. Clodius in Quirinalia produxit diem.

A. d. VI id. Febr. senatus ad Apollinis fuit, ut 4
Pompeius adesset. Acta res est graviter a Pompeio.

---

eiectus de rostris] coactus periculo lapidum fugere e rostris, quae ut aedilis occuparat; sicut ipse Cicero fugit.

nam is carpebatur] nempe iam antea quam Senatus convocatus esset, hi quos nominat, coeperant Pompeium ob ea, quibus usus esset consilia, quibus Clodius ad eum licentiae et furoris gradum pervenisset, carpere, ut facile Cicero praevideret, si in senatum venissent, eos libere contra ipsum sententiam dicturos.

Bibulo] M. Calpurnio Bibulo, Caesaris inimico.

Curione] C. Scribonio Curione, patre eius Curionis, qui civili bello Caesaris partes secutus in Africa est interfectus. *Manut.*

Favonio] M. Favonio, Catonis aemulo in propugnatione rei publ. et loquendi libertate. Occisus est inter captivos a triumviris, post Brutum et Cassium Philippensi pugna victos. *Manut.*

Servilio filio] qui consul fuit, cum C. Caesare, et addidit *filio*, quia vivebat adhuc pater eius, P. Servilius Isauricus. *Manut.*

ad Apollinis fuit, ut Pompeius adesset] puto, quia prope templum Apollinis Pompeius, habitaret, qui longius suis aedibus discedere, metu Clodii, non audebat. Ideo paucis ante versibus legitur, eum senatu in Hostiliam curiam vocato, domesticis se parietibus tenuisse. *Manut.*

Eo die nihil perfectum est. A. d. V. id. ad Apollinis senatus consultum factum est, EA, QUAE FACTA ESSENT A. D. VIII ID. CONTRA REM PUBLICAM ESSE FACTA. Eo die Cato est vehementer in Pompeium invectus, et eum oratione perpetua, tamquam reum, accusavit. De me multa, me invito, cum mea summa laude, dixit. Quum illius in me perfidiam increparet, auditus est magno silentio malivolorum. Respondit ei vehementer Pompeius, Crassumque descripsit: dixitque aperte, se munitiorem ad custodiendam vitam suam fore, quam Africanus fuisset; quem C. Carbo interemisset. Itaque magnae mihi res iam moveri videbantur. Nam Pompeius haec intelligit, nobiscumque communicat, insidias vitae suae fieri; C. Catonem a Crasso sustentari; Clodio pecuniam suppeditari; utrumque et ab eo, et a Curione, Bibulo, ceterisque suis obtrectatoribus confirmari; vehementer esse providendum, ne opprimatur, concionario illo populo a se prope alienato, nobilitate inimica, non aequo senatu, iuventute improba. Itaque se comparat, homines ex agris arcessit. Operas autem suas Clodius confirmat. Manus ad Quirinalia paratur: in eo multo sumus superiores ipsius copiis. Sed magna manus ex Piceno, et Gallia exspectatur, ut etiam Catonis rogationibus de Milone, et Lentulo resistamus.

---

4. *a. d. V. Id.*] Sic ut scribatur ordo dierum postulat. Male alii *a. d. VI. id*, alii *a. d. VII. id.*

descripsit] de eo sic dixit, ut quamquam a nomine eius abstineret, tamen omnes sentirent, ad Crassum ea, quae dicerentur, pertinere. *Ernesti.*

concionario illo populo] ea maxime populi parte, quae ad conciones tribunorum pl. facile soleret accurrere; quam *populi fecem* appellat infra. *Manut.* Gruterus dubitabat an *concionatorio* potius vel *concionali* legendum esset.

Quirinalia] quo die Milonem Clodius erat accusaturus. *Manut.*

A. d. IIII id. Sextius ab indice Cn. Nerio, Pu- 5
pinia, de ambitu est postulatus: et eodem die a quodam M. Tullio de vi. Is erat aeger. Domum (ut debuimus) ad eum statim venimus; eique nos totos tradidimus; idque fecimus praeter hominum opinionem, qui nos ei iure succensere putabant; ut humanissimi, gratissimique et ipsi, et omnibus videremur: itaque faciemus. Sed idem Nerius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum Vacciam, et Cornelium.

Eodem die senatus consultum factum est, UT 6
SODALITATES, DECURIATIQUE DISCEDERENT: LEXQUE

---

5. *Sextius*] Publius, qui anno proximo tribunus pl. cum septem collegis de Cicerone restituendo rogationem pertulerat.

indice] non in hac causa *indice*, quum esset accusator, sed *indice*, quod ante quasi cognomen illud ex aliquo fortasse indicio accepisset. *Manut.*

Pupinia] ex tribu Pupinia. Sic enim loquebantur, quod Pedianus notavit. Pupiniam inter tribus rusticas fuisse, et ab agro Pupinio nuncupatam ex Festo, aliisque cognoscitur. *Manut.*

de ambitu] quae tribunatum plebis corruptis pecunia tribubus cepisset. Aut intelligendum de quaestura quam gessit Cicerone et Antonio Coss. quod ex oratione pro ipso cognoscitur. *Manut.*

M. Tullio] cui cognomen fuit Albinovano, quod interrogatio in Vatinium docet.

edidit ad allegatos] *Allegatos* dicit Tullius, qui vulgo *delegati*, vel *deputati* nominantur, eos qui audiendis ipsius indiciis et probationibus dati sunt. Apud eos igitur edidit ista, quorum accusabat Sextium, et produxit firmamenta accusationis suae. *F. Iunius.* Et hic quidem recte hanc loquutionem interpretatus est; ceterum post *Cornelium* e Ms. addidit *ista*, quo facile caremus, si *idem* neutro genere positum accipiamus.

6. *sodalitates decuriatique*] sunt sodalitia, et homines seditionis causa conscripti, et quasi in decurias coacti. Sic orat. pro Sext. 15. de Clodio: *quum vicatim homines conscriberentur, decuriarentur.*

DE IIS FERRETUR, UT, QUI NON DISCESSISSENT, EA POENA, QUAE EST DE VI, TENERENTUR.

7 A. d. III id. dixi pro Beſtia de ambitu apud praetorem Cn. Domitium, in foro medio, maximo conventu; incidique in eum locum in dicendo, quum Sextius multis in templo Caſtoris vulneribus acceptis ſubſidio Beſtiae ſervatus eſſet. Hic προῳκονομησάμην quiddam εὐκαίρως de iis, quae in Sextium apparabantur crimina; et eum ornavi veris laudibus, magno aſſenſu omnium. Res homini fuit vehementer grata. Quae tibi eo ſcribo, quod me de retinenda Sextii gratia literis ſaepe monuiſti.

8 Prid. id. haec ſcripſi ante lucem; eo die apud Pomponium in eius nuptiis eram coenaturus. Cetera ſunt in rebus noſtris huiusmodi, (ut tu mihi fere diffidenti praedicabas) plena dignitatis, et gratiae: quae quidem tua, mi frater, prudentia, patientia, virtute, pietate, ſuavitate etiam, tibi, mihique ſunt reſtituta. Domus tibi ad lucum Piſonis Liciniana conducta eſt. Sed, ut ſpero, paucis menſibus poſt kalend. Quint. in tuam commigrabis. Tuam in Carinis mundi habitatores Lamiae conduxerunt. A te poſt illam Olbienſem epiſtolam nullas literas accepi. Quid agas, et ut

---

7. προῳκονομησάμην quiddam εὐκαίρως] apto loco quaſi veſtibulum quoddam orationis pro Sextio habendae feci, ſ. praemunivi quaedam opportune, quae quum Sextius in iudicium veniſſet, eius cauſae prodeſſe poſſent.

8. *eius nuptiis*] quum Piliam duxit uxorem, ex qua ſuſcepit Atticam, quae deinde Agrippae nupſit. *Manut.*

kal. Quint.] Is dies terminus erat locatarum aedium. Sueton. in Tiberio. *Manut.*

Carinis] in quibus erat avita Ciceronis domus. Eam fortaſſe Quintus in diviſione bonorum a fratre acceperat P. Victor in regione quarta. *Manut.*

Olbienſem] Olbia datam, Sardiniae urbe.

te oblectes, ſcire cupio; maximeque te ipſum videre quam primum. Cura, mi frater, ut valeas. Et quamquam eſt hiems, tamen Sardiniam iſtam eſſe cogites.

EPISTOLA C. (vulgo pars ep. 5. lib. I. ad Div.)

Scr. A. U. C. 697. menſe Februario.

Exponit quae in cauſa regia fore ſibi videantur; illa nempe a Pompeio fere depoſita, futurum, ut rex ad Lentulum proficiscatur ab eoque reſtitui cupiat.

M. T. CICERO S. D. P. LENTULO PROCOS.

Hic quae agantur, quaeque acta ſint, ea te, et literis multorum, et nuntiis cognoſcere arbitror: quae autem poſita ſunt in coniectura, quaeque mihi videntur fore, ea puto tibi a me ſcribi oportere.

Poſteaquam Pompeius et apud populum a. d. IIX 2 Idus Febr. quum pro Milone diceret, clamore convicioque iactatus eſt, in ſenatuque a Catone aſpere, et acerbe nimium, magno ſilentio eſt accuſatus: viſus eſt mihi vehementer eſſe perturbatus. Itaque Alexandrina cauſa, quae nobis adhuc integra eſt, (nihil enim tibi detraxit ſenatus, niſi id, quod per eandem religionem dari alteri non poteſt) videtur ab illo plane eſſe depoſita. Nunc id ſperamus, idque molimur, ut rex quum intelligat, ſeſe id, quod cogitabat, ut a Pompeio reducatur, aſſequi non poſſe, et, niſi per te

---

Sardiniam] provinciam graeci caelo aeſtate praeſentim.

Epiſt. C. 1. *Hic quae agantur*] Recte Martyni-Laguna hanc epiſtolam ab ep. 96. (I. 5. ad Div.) cuius vulgo clauſulam faciebat, ſeiunxit; quod faciendam eſſe iam Manutius cenſuerat. Et MſS. Pall. et Gruterianus novam hic epiſtolam ordinatur.

ſit reſtitutus, deſertum ſe, atque abiectum fore, proficiſcatur ad te. Quod ſine ulla dubitatione, ſi Pompeius paullum modo oſtenderit ſibi placere, faciet. Sed noſti hominis tarditatem, et taciturnitatem. Nos tamen nihil, quod ad eam rem pertineat, praetermittemus. Ceteris iniuriis, quae propoſitae ſunt a Catone, facile, ut ſpero, reſiſtemus. Amicum ex conſularibus neminem tibi eſſe video, praeter Hortenſium, et Lucullum: ceteri ſunt partim obſcurius iniqui, partim non diſſimulanter irati. Tu fac animo forti, magnoque ſis: ſperesque, fore, ut, fracto impetu leviſſimi hominis, tuam priſtinam dignitatem, et gloriam conſequare.

EPISTOLA CI. (ad Div. I. 6.)

Scr. Romae A. U. C. 697. menſe Martio.

Lentulum ob tardum cauſae regiae progreſſum partim ſpe hominum, qui eum impediant, improbitatem vincendi, partim ſuo exemplo conſolatur.

M. T. CICERO P. LENTULO PROCOS. S. D.

Quae gerantur, accipies ex Pollione: qui omnibus negotiis non interfuit ſolum, ſed praefuit. Me in

---

praetermittimus] Nihil opus cum Erneſtio reſcribere *praetermittemus* etſi paulo poſt ſequitur *reſiſtemus.* Sed huius alia eſt entio. *Praetermittimus* confirmitatem temporis praeſentis cum futuro coniuncti deſignat.

ceteris iniuriis] rogationi a Catone trib. pl. propoſitae de imperio Lentulo abrogando.

leviſſimi hominis] Catonis ad omnem iniuriam animi levitate prompti.

priſtinam] quae fuit ante promulgatam Catonis rogationem, propterea ſubinaxit *conſequare*, ut amiſſam aliqua ex parte, et indiſcrimen adductam. *Manut.*

Epiſt. CI. 1. *quam mea ſalus afflicta eſt*] Recte poſt Graevium Erneſtius addidit

summo dolore, quem in tuis rebus capio, maxime scilicet consolatur spes, quod valde suspicor, fore, ut infringatur hominum improbitas, et consiliis tuorum amicorum, et ipsa die: quae debilitat cogitationes et inimicorum, et proditorum. Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum: quorum imaginem video in rebus tuis. Nam etsi minore in re violatur tua dignitas, quam mea salus afflicta est: tamen est tanta similitudo, ut sperem, te mihi ignoscere, si ea non timuerim, quae ne tu quidem umquam timenda duxisti. Sed praesta te eum, qui mihi a teneris, ut Graeci dicunt, unguiculis es cognitus. Illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. A me omnia summa in te studia, officiaque exspecta. Non fallam opinionem tuam. Vale.

EPISTOLA CII. (ad Q. Fr. II. 4.)

Scr. Romae mense Martio A. U. C. 697.

Fratrem de Sextio absoluto 1. de filii studiis 2. de suae et fraternae domus aedificatione 3. de Tullia Crassipedi despondenda certiorem facit 4.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Sextius noster absolutus est a. d. II id. Mart., et,

---

salus, quod et sensus populat et concinnitas. Fuit in Ms. Vat. ex ed. Med. in seqq. venit. Male postea a Victorio deletum. Idem dedit *est*, pro vulg. *sit*, quod mihi videbatur restituendum.

si ea non timuerim] Promulgata Catonis ratione de abrogando tibi Ciliciae imperio non timui, quia nec tu, me patria pulso timueris; quum sperares futurum, id quod evenit, ut ea mihi calamitas etiam honori esset, quod me spes aeque nunc in rebus tuis consolatur. *Manut.*

Epist. CII. 1. *absolutus*] Iudicio de vi, accusante M. Tullio Albinovano, defensus ab Hortensio et Cicerone, cuius exstat oratio.

quod vehementer interfuit rei publicae, nullam videri in eiusmodi causa dissensionem esse, omnibus sententiis absolutus est. Illud, quod tibi saepe curae esse intellexeram, ne cui iniquo relinqueremus vituperandi locum, qui nos ingratos esse diceret, nisi illius perversitatem quibusdam in rebus quam humanissime ferremus: scito hoc nos in eo iudicio consecutos esse, ut omnium gratissimi iudicaremur. Nam in defendendo moroso homine cumulatissime satisfecimus, et (id quod ille maxime cupiebat) Vatinium, a quo palam oppugnabatur, arbitratu nostro concidimus, diis hominibusque plaudentibus. Quin etiam Paullus noster quum testis productus esset in Sextium, confirmavit, se nomen Vatinii delaturum, si Macer Licinius cunctaretur: et Macer a Sextii subselliis surrexit, ac se illi non defuturum affirmavit. Quid quaeris? homo pe-

---

oppugnabatur] dixit enim testimonium Vatinius in Sextium. *Manut.*

- *arbitratu nostro concidimus*] oratione in Vatinium, s. potius interrogatione quae exstat.

plaudentibus] Pessime enim Vatinium omnes onere homines oderant. Ex quo Catullus: *odissem de odio Vatiniano.* — Macrobius lib. II. Saturn. *Lapidatus a populo Vatinius, quum gladiatorium munus ederet, obtinuerat, ut aediles edicerent, ne quis in arenam nisi parvum misisse vellet. Forte iis diebus Casellius iuris consultus, consultus a quodam reum nux pinea ponum esset, si in Vatinium missurus es, inquit, ponum est.* — *Manut.*

Paullus] L. Aemilius Paullus M. F. Cabrino et Messalla Coss. A. U. C. Dec. praetor, deinde A. U. C. DCCIII. consul cum C. Marcello.

Macer Licinius] est C. Licinius Calvus, filius Licinii Macri, quem Cicero praetor de repetundis accusatum damnaverat. Brut. 81. ad Div. XV. 21.

ac se illi non defuturum] Vatinio potius, quam Paullo; h. e. se esse Vatinio diem dicturum, quod videtur fecisse. Nam auctor dialogi de oratoribus s. de caussis corruptae eloquentiae. Maxime probat accusationes Calvi quae in Vatinium conscribentur, ac praecipue secundam orationem. *Manut.*

tulans, et audax, Vatinius valde perturbatus, debilitatusque disceſſit.

Quintus tuus, puer optimus, eruditur egregie. 2
Hoc nunc magis animadverto, quod Tyrannio docet apud me.

Domus utriusque noſtrum aedificatur ſtrenue. 3
Redemptori tuo dimidium pecuniae curavi. Spero nos ante hiemem contubernales fore.

De noſtra Tullia, tui mehercule amantiſſima, 4
ſpero cum Craſſipede nos confeciſſe. Dies erant duo, qui poſt Latinas habentur religioſi; ceterum, quî confectum erat Latiar, erat exiturus.

---

2. *Tyrannio*] Vide ſupra ep. 32. (Att. II. 6.) it. ep. 98. (ad Att. IV. 4.)

domus utriusque noſtrum] Nempe Quinti Ciceronis domus in Palatio erat Marci domui contigua.

4. *ſpero cum Craſſipede, nos confeciſſe*] h. e. nihil impedire quo minus filia mox Furio Craſſipedi deſponſetur, id quod factum eſſe prid. non Apr. intelligitur ex ep. 103. (ad Q. Fr. II. 5.)

dies erant duo] i. e. quum haec ſcribebam inſtabant adhuc dies duo, qui poſt ferias Latinas habentur religioſi, ut nihil ſive privati ſive publici negotii iis maioris momenti quod ſit, fieri poſſit. Id Cicero adiicere videtur, ut ſignificet ſponſalia Craſſipedis et Tulliae propter eos dies religioſos dilatum iri.

ceterum quí confectum erat Latiar erat exiturus] Vulgo edebatur: *ceterum qui confectum erat. Latiar erat exiturus*. Haec corruptiſſima et prope deſperata habuerunt viri docti, certe parva cum ſpe tentarunt pro *ceterum qui*, ſecere *ceteroqui* vulnus vulnere augentes: deinde Manutius verba illa *confectum erat* accipit de ſponſalibus Craſſipedis et Tulliae; poſtea reponit vel *Lucceius erat exiturus* vel *confectum erat Latiare. Eram exiturus;* quibus coniecturis epiſtola ſexta (h. ed. 104.) occaſionem dedit. Lambinus *Latiari erat exiturus*. C. Barthius: *ceterum quaſi confectum erat. Laetior erit exitus;* vel *Laetior eram exiturus* lib. 38. adverſ. c. 7. Nos minima aut nulla mutatione: *dies erant duo, qui*

EPISTOLA CIII. (ad Q. Fr. II. 5.)

Scr. Romae postridie Non. Apr. A. U. C. 697.

De pecunia in rem frumentariam Pompeio decreta 1. *de agro Campano quid actum sit in senatu* 2. *de M. Furio Flacco de collegiis eiecto.* 3.

---

post Latinas habentur religiosi: ceterum quî confectum erat Latiar, erat exiturus. Significat Cicero scripsisse hanc epistolam sese prope occasum solem illo die, vel exeunte et decedente illo die, quo Latinae feriae erant confectae. *Ire* dies et *abire*, et *exire* satis perspicue dicitur, ut et anni *exitus.* *Qui* ἀντὶ τοῦ *quo*, quod et Livio alicubi reddidimus. Nam *confectum Latiar* s. Latinarum solenne vel sacrificium in Albano monte Latiari Iovi verbo proprie et signato, est quod Lucano *confectae Latinae* l. 550. et V. 401. Feriis Latinis unum diem dicaverat Tarquinius: exactis regibus addiderunt alterum primi Consules; inde foedere cum Latinis populis icto paullo post secessionem in montem sacrum (quam et causam aedilium plebis creatorum fuisse indicat Dionysius ut ludorum qui feriis Latinis fiebant, curam haberent,) accessit tertius; denique post atrox, civile tamen, certamen de consulatu cum plebe communicando, reducta concordia, quartus adiectus, testibus Dionysio Halic. lib. VI. extr. et Plutarcho in Camillo; et Livio VI. 42. — Caeterum *dies religiosi* quorum meminit Cicero, aut sunt ex numero quaternorum; et tunc ipsum sacrificium biduo peractum fuisse putandum; aut, quod verius extra numerum; et sunt alii fortuiti, ut inprimis supplicationum. Nam epistola sexta (h. ed. ep. 104.) quoque eisdem feriis adiungit supplicationes. *Gronovius* obss. IV. 25. Et hic quidem sine dubio optime h. l. expedivit. Lectio *eram exiturus* non solum hanc ob causam reiicienda, quod nimis abrupte sic locutus fuisset Cicero, sed etiam quod ante sponsalia Crassipedis celebrata Ciceronem Roma exiisse haud apparet. Ceterum Latiar proprie sic dictum biduo confectum esse, et dies duo religiosos, quos Cicero memoret, illos ipsos fuisse, qui erant post secess-

MARCUS Q. FRATRI, S.

Dederam ad te literas antea, quibus erat ſcriptum, Tulliam noſtram Craſſipedi prid. non. April. eſſe deſponſatam: ceteraque de re publica privataque perſcripſeram. Poſtea ſunt haec acta. Non. Apr. ſenatus conſulto Pompeio pecunia decreta in rem frumentariam ad H-S cccc.

Sed eodem die vehementer actum de agro Cam- 2

ſionem in montem ſacrum, et poſt certamen de conſulatu cum plebe communicando adiecti, credibilius eſt, et verbis Ciceronis, *qui habentur religioſi*, melius reſpondet.

Epiſt. CIII. 1. *dederam ad te literas antea*] hae literae de Tullia Craſſipedi deſponſa non exſtant. Non enim de proxima ſuperiore epiſtola licet intelligere, in qua ſcripſit: *ſpero nos cum Craſſipede confeciſſe*. Quibus verbis non deſponſam eſſe Tulliam ſignificat, ſed ſperare ſe futurum, ut deſpondeatur. Adde illud. Literae de Tullia deſponſa datae ſunt pridie non. Apr. hoc eſt in ipſo, quo deſponſa eſt, die. Nam in hac epiſtola, quae poſt prid. non. Apr. acta ſint, perſequitur. At proximas ſuperiores quis credat prid. non. Apr. datas, quum de Sextio III. id. Mart. abſoluto ſignificet? eone usque tantam rem, tam exſpectatam Quintio diſtuliſſet? Poſtremo, quum hic dicat Cicero, ſe ſcripſiſſe in iis literis de re *publica* et privata, hoc in ſuperiores literas non convenire, ſatis patet. Verbum enim de re publica nullum prorſus habent. *Manut.*

cccc] Recte Victorius et Malalpina ſic ediderunt. Manutii lectionem enim MCCCC in nullis MSCtorum librorum invenerant. Et eſſet ſane immanis pecuniae ſumma. cccc autem ſunt ſeſtertium quadringenties, i. e. quadringenties centena millia.

2. *de agro Campano*] Quum enim agri Campani partem, plebi dividendam, emi a privatis pecunia publica Caeſar, lege lata, voluiſſet, nec pecunia ſuppeteret, factum eſt SCtum nonis Apr. in ſententiam Ciceronis, ut de agro Campano idibus Maii frequenti ſenatu referretur. Ep. I. 9. ad Div. (huius ed. ep. 139.) *Manut.*

pano clamore ſenatus prope concionali. Acriorem cauſam inopia pecuniae faciebat, et annonae caritas.

3 Non praetermittam, ne illud quidem. M. Furium Flaccum, equitem Romanum, hominem nequam, Capitolini, et Mercuriales de collegio eiecerunt, praeſentem, ad pedes uniuscuiusque iacentem.

EPISTOLA CIV. (ad Q. Fr. II. 6.)

Scr. Romae V. id. Apr. A. U. C. 697.

Narrat ſe ſponſalia Craſſipedi praebuiſſe 1. Quinti domus aedificationem inſpexiſſe, coenatum apud Craſſipedem Pompeium et Lucceium conveniſſe. 2. Tum fratrem ut quam primum redeat rogat 3. quomodo ſe res Romanae habeant, inprimis de iudicio quo Sex. Clodius abſolutus eſt, exponit. 4.

MARCUS Q. FRATRI, S.

A. D. VIII id. Apr. ſponſalia Craſſipedi praebui. Huic convivio puer optimus Quintus tuus, meusque,

---

acriorem cauſam — caritas] annonae caritas faciebat, ut expetenda videretur diviſio agri Campani; ac tamen inopia pecuniae, qua ſenatus agrum Campanum emeret, hoc impediebat. Itaque utrumque faciebat acriorem cauſam, de qua ſcil. tanto acrius disputaretur, quo erat impeditior.

3. *Capitolini — Mercuriales*] duo collegia mercatorum ſ. negotiatorum. Mercuriales ab aede Mercurii dicti, idque collegium inſtitutum eſſe memorat Livius II. 27. Capitolini collegii mentio fit Liv. V. 50.

Epiſt. CIV. 1. *ſponſalia*] aliud igitur eſt *deſpondere* aliud *ſponſalia praebere;* quum deſponſa Tullia ſit pridie non. Apr. ſponſaliorum vero dies fuerit VIII. Id. Apr. Quid autem ſit *ſponſalia* ipſe indicat, quum ait *huic convivio.* — *Manut.*

quod perleviter commotus fuerat, defuit: a. d. VII. id. April. veni ad Quintum, eumque vidi plane integrum, multumque is mecum fermonem habuit, et perhumanum, de discordiis mulierum noftrarum. Quid quaeris? nihil feftivius. Pomponia autem etiam de te quefta eft. Sed haec coram agemus.

A puero ut difceffi, in aream tuam veni. Res 2
agebatur multis ftructoribus. Longilium redemptorem cohortatus fum. Fidem mihi faciebat, fe velle nobis placere. Domus erit egregia. Magis enim cerni iam poterat, quam quantum ex forma iudicabamus. Itemque noftra celeriter aedificabatur. Eo die coenavi apud Craffipedem in hortis. Coenatus, ad Pompeium lectica latus fum. Lucceium convenire non potueram, quod abfuerat. Videre autem volebam, quod eram poftridie Roma exiturus, et quod ille in Sardiniam iter habebat. Hominem conveni, et ab eo petivi, ut quamprimum te nobis redderet.

---

commotus] leviter aegrotus. Sic *commotiunculae*, de levi impetu febrili Att. XII. 1.

perhumanum] i. e. feftivum, ut paulo poft dicit, urbanae hilaritatis plenum. Sic enim faepe *humanitas*, et *humanus* ponitur apud Ciceronem.

mulierum noftrarum] Terentiae et Pomponiae.

de te quefta eft] ne forte Quintus putaret, Pomponiae iniuriam a Terentia factam.

2. *multis ftructoribus*] In aedificando utimur opera *architecti*, qui formam facit aedificii; *redemptoris*, qui totum opus impenfa ftudioque fuo faciendum conducit; (ut interdum tamen architectus redemptoris item partes agat;) *ftructorum* qui calcem et lateres tractant; *fabrorum*, qui lapides aut ligna caedunt. *Manut.*

forma] quam Minucius fecerat. ep. 97.

non potueram] nempe antea Lucceius Roma abfuerat; ut eum Cicero convenire non poffet; nunc autem redierat; ergo Cicero illum convenit.

Statim dixit. Erat autem iturus (ut aiebat) a. d. III Apr. ut aut Salebrone aut Pifis confcenderet.

3 Tu, mi frater, fimulac ille venerit, primam navigationem (dummodo idonea tempeftas fit) ne omiferis. ἀμφιλαφείαν autem illam, quam tu foles dicere, bono modo defidero, fic prorfus, ut advenientem excipiam libenter: latentem etiam nunc, non excitem. Tribus locis aedifico, reliqua reconcinno; vivo paullo

---

Salebrone] Hoc nomen dedi de Weffelingii fententia ad Itinerar. Anton. p. 293. quia *Salebro* in ora ea ponitur; *Labronis* autem nulla alibi mentio fit.

3. ἀμφιλαφείαν] In hoc verbo fine caufa viri docti haeferunt. Ἀμφιλαφεία eft i. q. ἀμφιλαφὴς περιουσία, *divitiarum affluentia*. Quintus a Marco fratre quaefiverat, an fi Romam e Sardinia rediiffet, eum bene nummatum deprehenfurus effet; in eoque illo vocabulo ἀμφιλαφείας ufus erat. Cicero igitur refpondet, fe illam opum affluentiam modice defiderare; fi venerit libenter excepturum; non autem, etiamfi nunc lateat, necdum ad fe venerit operofe et anxie quaefiturum et excitaturum effe. Et quae fequuntur ftatim, rationem reddunt, cur nondum ad illas divitias potuerit pervenire, quia tribus locis aedificet, cetera reconcinnet, et genio liberalius indulgeat. Germanice igitur fic locus eft vertendus: *So fehr ich mich alfo nach dir fehne, fo gemäfsigt ift mein Verlangen nach jener ἀμφιλαφεία, (wie du die Fülle der Baarfchaft nennft); will fie bey mir einfprechen, fo will ich fie mit Vergnügen aufnehmen; hält fie fich aber, wie zur Zeit noch vor mir verborgen, fo fuche ich fie auch nicht aufzujagen.*

bono modo] non *omnino*, fed *quadam ex parte*, μετρίως, quod Graeci dicunt, ut *bono* temperamentum quoddam, non, ut alibi, magnitudinem fignificet. Sic ad Att. XIII. *de die tantum videbis, et id ipfum bono modo.* Sed hoc aliquanto apertius lib. II. 4. Acad. in quo haec funt: *Haec tibi, Luculle, fi es affenfus Antiocho, familiari tuo, tam funt defendenda, quam moenia; mihi autem bono modo, tantum, quantum videbitur.* Man.

liberalius, quam solebam. Opus erat, si te haberem, paullisper fabris locum dare. Sed et haec (ut spero) brevi inter nos communicabimus.

Res autem Romanae sic sese habent. Consul est egregius Lentulus, non impediente collega: sic, inquam, bonus, ut meliorem non viderim. Dies comitiales exemit omnes. Nam etiam Latinae instaurantur; nec tamen deerant supplicationes. Sic legibus 4

---

si te haberem] Videtur significare, si fratris facultatibus uti posset, opus esse, ut fabri plures adhiberentur aedificio accelerando.

4. *collega*] Marcio Philippo, quum sua sponte bono, tum, ut opinor, consilio maxime atque exemplo M. Catonis, generi sui. *Manut.*

exemit] sustulit, effecit, ne per eos lege agi posset; ne scilicet C. Cato tribunus pl. quas de P. Lentulo Spinthere et Annio Milone rogationes promulgaverat, eas perferre posset. Tollebantur autem comitiales dies, quum aliis rationibus, tum feriis indicendis, quum et comitialis et festus dies idem esse non posset. *Manut.*

etiam Latinae] quum dicat, *etiam*, liquet, non instaurandis modo Latinis exemptos esse a Lentulo consule comitiales dies, sed alio etiam genere impedimenti, cuiusmodi erat, *servare de coelo*. Nam etsi augur non erat Marcellinus, nihil tamen obstabat, quin pro potestate consulatus, servare de coelo posset; quod aperte demonstrat locus Ciceronis in Philipp. II. ubi ait consules vel facilius quam augures auspiciis comitia impedire posse, quia augures habeant *nuntiationem* solum, consules et reliqui magistratus etiam *spectionem Manut.*

instaurantur] quasi faciendis iis aut praetermissum aliquid esset, aut, quod non oporteret, commissum. Quibus de causis saepe legimus apud Livium, instauratos esse ludos. Instauratas autem decreto pontificum Latinas ex Livii lib. XXXII. planum est. *Manut.*

supplicationes] etsi ad impedienda comitia satis esse videri poterat, quod quidam dies supplicationibus indictis eximerentur, tamen Lentulus his contentus non erat.

perniciosissimis obsistitur, maxime Catonis: cui tamen egregie imposuit Milo noster. Nam ille vindex gladiatorum, et bestiariorum emerat de Cosconio, et Pomponio bestiarios; nec sine his armatis umquam in publico fuerat. Hos alere non poterat. Itaque vix tenebat. Sensit Milo. Dedit cuidam non familiari negotium, qui sine suspicione emeret eam familiam a Catone; quae simulatque abducta est, Racilius, qui unus est hoc tempore tribunus plebis, rem patefecit, eosque homines sibi emptos esse dixit, (sic enim placuerat) et tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum. In eam tabulam magni risus consequebantur. Hunc igitur Catonem Lentulus a legibus removit, et eos, qui de Caesare monstra promulgarunt, quibus

---

Catonis] C. Catonis trib. pl.

ille vindex] nempe C. Cato legem in Milonem promulgaverat, quod is gladiatoribus et bestiariis contra rem publ. usus esset. Itaque Cicero ait, illum, qui se ultorem et vindicem huius criminis professus esset, ipsum tamen etiam bestiarios emisse. Sic enim placet, ut vindex h. l. ultor sit, s. is qui aliquem ad poenam facinoris subeundam vocet; non quod Manutio visum, ut vindex h. l. sit i. q. assertor, qui gladiatores et bestiarios, a Milone quasi in libertatem assereret aut vindicaret.

vix tenebat] quo minus ipsum desererent, et aufugerent.

unus est] non quia re vera unus, sed quod unus inter omnes eo magistratu dignus esset. Similiter locutus est in epistola ad M. Catonem: *et si in civitate multi Catones essent, in qua unum fuisse mirabile est.* In magno enim Catonum numero singularem virtute fecit M. Catonem. *Manut.*

tabulam proscripsit] in publico posuit, quum in ea scripsisset servos sese venditurum C. Catonis, quod illi dedecori esse intelligebat. *Manut.*

qui de Caesare monstra promulgarunt] i. e. leges monstrosas, quibus Caesari ferunt res absurdas et periculosas rei publicae. *Ernesti.*

intercederet nemo. Nam quod de Pompeio Caninius agit, fane quam refrixit. Neque enim res probatur, et Pompeius nofter in amicitia P. Lentuli vituperatur, et hercule non eft idem. Nam apud illam perditiffimam, atque infimam faecem populi, propter Milonem, fuboffendit; et boni multa ab eo defiderant, multa reprehendunt. Marcellinus autem hoc uno mihi quidem non fatisfacit, quod eum nimis afpere tractat; quamquam id fenatu non invito facit; quo ego me libentius a curia, et ab omni parte rei publicae fubtraho. In iudiciis ii fumus, qui fuimus. Domus celebratur ita

---

Caninius] trib. pl. qui rogationem promulgaverat, ut Pompeius regem Ptolemaeum cum duobus legatis reftitueret. Hoc Cicero fignificat, obfcure ille quidem, fed Plutarchus apertiffime. *Manut.*

vituperatur] qui quum a Lentulo fuiffet ornatus, reftituendi Ptolemaei honorem ei vellet eripere. Ornamentum autem in Pompeium a Lentulo profectum id fuit, quod, ut rei frumentariae praeficeretur conful anno proximo retulerat; idque fignificant illa quae funt in epiftola 1. ad Lentulum (h. ed. ep. 92.) *Pompeio qui volunt, iidem tibi, quod eum ornafti, non funt amici.* — *Manut.*

fuboffendit] non omnino, fed leviter propter Milonem defenfum contra Clodii accufationem VIII. id. Febr. qua de re fupra. Nam alioqui popularis maxime Pompeius erat. Itaque et fupra, quum hac ipfa de re loqueretur, ita locutus eft: *concionario illo populo a fe prope alienato.* — *Manut.*

defiderant — reprehendunt] defiderant, quae non praeftat quum deberet, reprehendunt, quae committit, quum non deberet. *Manut.*

a curia] ne in dicenda fententia vel bonos offendam, fi pro Pompeio fentiam; vel ingrate faciam in ipfum, fi fequar eos, qui ab illo diffentiunt. *Manut.*

celebratur] clientium frequentia. Sic ep. 48. *Rem publ. nulla ex parte attingimus. In caufis atque in illa opera noftra forenfi fumma induftria verfamur. Domus celebratur.* — *Manut.*

ut quum maxime. Unum accidit imprudentia Milonis incommode, de Sex. Clodio; quem neque hoc tempore, neque ab imbecillis accusatoribus mihi placuit accusari. Ei tres sententiae teterrimo in consilio de-

---

Sex. Clodio] Sic legendum, non ut vulgo *Sex. Coelio*. Ille enim et Milonis ac Ciceronis fuit inimicissimus, et Marcellino et Philippo Coss. accusatus atque absolutus est. De quo sic in orat. pro M. Coelio c. 32. *oro obtestorque vos, iudices, ut qua in civitate paucis his diebus Sex. Clodius absolutus sit, quem vos per biennium aut ministrum seditionis aut ducem vidistis, in ea civitate ne patiamini* etc. Congruunt igitur tempora; nec res ipsa discrepat. De temporibus dubitari non potest; quum oratio pro M. Coelio iisdem, quibus haec epistola scripta est, consulibus habita sit, Marcellino, inquam, et Philippo. Nam in oratione quum ait: *intelligis pro tua praestanti prudentia Gn. Domiti, cum hac sola rem esse nobis*, facile aperit, quo anno illa dixerit. Video enim Domitium Calvinum, qui praetor quaestionem illam exercuit, praeturam gessisse consulibus Marcellino et Philippo. Id quod opinor iam cognitum est. Dixit enim supra ep. 99. *ad III id. Febr. dixi pro Bestia de ambitu, apud praetorem Gn. Domitium*, quam epistolam in consulatu Marcellini et Philippi scriptam constat. Quod ad reum attinet, homo est, quem Milo pariter et Cicero perditum voluerint. Quod utrumque non ex oratione minus, quam ex hac epistola colligitur. *Manut.* Optime hic de Sex. Clodio agi Manutius demonstravit; itaque Gruterum, qui *Sex. Cloelium* hic legi maluit, nihil moramur.

neque hoc tempore] quod ei Clodius qui tunc aedilitatem gereret, prodesse suo studio plurimum posset. Etiam illud: quod eo tempore sit accusatus quum Pompeius neque carus plerisque de populo esset, propter Milonis patrocinium, et senatoribus offensus. Ex quo paullo post: *Ea ipsa in re Pompeii offensio nobis obstitit: senatorum enim urna copiose absolvit. Manut.*

teterrimo in consilio] Vulgo legebatur: *ei tres sententiae teterrimae in consilio defuerunt.* Hoc sic explicant: ei, Sex. Clodio, con-

fuerunt. Itaque hominem populus revocat, et retrahatur necesse est. Non enim ferunt homines. Et quia, quum apud suos diceret, paene damnatus est, vident damnatum. Ea ipsa in re Pompeii offensio nobis obstitit. Senatorum enim urna copiose absolvit, equitum adaequavit, tribuni aerarii condemnarunt. Sed hoc incommodum consolantur quotidianae damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Servius allisus est, ceteri conciduntur. C. Cato concionatus est, comitia haberi non siturum, si sibi cum populo dies

---

demnando tres teterrimae sententiae defuerunt. Verum hoc incommode dictum esset. Nam Cicero eas tantum sententias poterat tetras aut turpes nominare, quae Clodium absolverent; iam autem si legas *sententiae teterrimae ei defuerunt*, hoc idem est ac si scriptum esset: si tres teterrimae sententiae accessissent ad numerum condemnantium, condemnatus fuisset. In quo, cur haec sententiae vocentur teterrimae, nemo facile dixerit. Sed si legas: *ei tres sententiae teterrimo in consilio defuerunt;* aptissimus efficitur sensus. Nimirum Cicero innuit, quamvis illud iudicum consilium tetrum ac turpe fuerit propterea quod maior pars, Sex. Clodium absolvebat, tamen si modo tres sententiae additae fuissent condemnantibus, Sex. Clodium elapsurum haud fuisse.

revocat] rursus accusandum esse dicit. *Manut.*

apud suos] i. e. apud iudices praeter ius et fas ei faventes, et vel gratia vel pecunia corruptos.

vident damnatum] Fortasse legendum: *vident damnatum iri.*

urna] tres erant urnae, quum tres ordines senatores, equites, tribuni aerarii ex ea lege quam tulerat in praetura L. Aurelius Cotta iudicarent. In eas separatim cuiusque ordinis tabellae coniiciebantur. *Manut.*

absolvit — adaequavit] Maxima pars iudicum e senatu absolverunt, numero pari absolverunt et condemnarunt equites. *Ernesti.*

allisus est] prope damnatus est. *Ernesti.*

ceteri conciduntur] iudicio perduntur, damnantur. *Manut.*

non siturum] nec sivit,

agendi eſſent exempti. Appius a Caeſare nondum redierat.

5 Tuas mirifice literas exſpecto: atque adhuc clauſum mare ſcio fuiſſe: ſed quosdam veniſſe tamen Olbia dicebant, qui te unice laudarent, plurimique in provincia fieri dicerent. Eosdem aiebant nuntiare te prima

---

tribunicio intercedendi iure. Nulla enim hoc anno habita comitia, ac ne duobus quidem proxime ſequentibus; ſed ex interregno conſules per triennium creatos, Cicero ipſe aliquot locis et Dio lib. XXXIX. praeterea Plutarchus Appianusque declarant. Hoc autem anno, ſublatis comitiis a C. Catone tribuno plebis veſtem ſenatus mutavit. Dio Caſſ. ibid. *Manut.*

Appius] P. Clodii frater.

a Caeſare] quo iverat, forte ob eam cauſam, ut ei ſuam conſulatus petitionem commendaret. Valebat enim in comitiis Caeſar vel plurimum, ut qui popularis ſemper in primis fuiſſet. Et in Gallia togata Caeſaris provincia municipia erant multa, quae ſuffragium in ſua quodque tribu aut centuria Romae ferrent. Itaque et M. Antonium iis ad petitionem auguratus Caeſar commendavit, quod ab Hirtio ſcriptum legimus. Aut igitur ob eam cauſam Appius ad Caeſarem iverat; aut ut ab eo tribunatum militarem aliquem auferret. Quod ei a Domitio collega obiectum infra ſcriptum eſt his verbis: *etiam in ſenatu luſit, Appium collegam propterea iſſe ad Caeſarem, ut aliquem tribunatum auferret.* — *Manut.*

5. *clauſum*] ob hiemem, quod eo uti per anni tempus non liceret. Ita veteres loquebantur. Atque hac de re Vegetius de re militari lib. IV. c. 39. *Ex die*, inquit, *III. id. Nov. usque in diem VI. id. Martii maria clauduntur. Nam lux minima, nox prolixa, nubium denſitas, aëris obſcuritas, ventorum, imbrium vel nivium geminata ſaevitia, non ſolum claſſes a pelago, ſed etiam commeantes a terreſtri itinere deturbat.* — *Manut.*

Olbia] Sardiniae urbe. Sic enim cum Manutio legendum; non ut vulgo *Oſtia.*

plurimique in provincia] in quam vel cum libera legatione, vel a Pompeio rei frumentariae cauſa legatus iverat.

eosdem aiebat] Sic recte cum Victorio et Lambino edidit Erneſti pro *iidem.*

navigatione transmiſſurum. Id cupio; et, quamquam teipſum ſcilicet maxime; tamen etiam literas tuas ante exſpecto. Mi frater, vale.

EPISTOLA CV. (Att. IV. 4)

Scr. in Antiati A. U. C. 697. VI. id. Apr.

Tyrannionis librorum deſignationem laudat, rogatque ut Atticus e ſuis librariis mittat, quibus ille adminiſtris utatur 1. ludum gladiatorium ab Attico emptum gratulatur. 2.

CICERO ATTICO, S.

Perbelle feceris, ſi ad nos veneris. Offendes deſignationem Tyrannionis mirificam librorum meorum; quorum reliquiae multo meliores ſunt, quam putaram. Etiam velim mihi mittas de tuis librariolis

---

Epiſt. CV. 1. *perbelle feceris*] Hanc epiſtolam male vulgo cum ſuperiore (ep. 98. huius editionis) coniunctam ſcripſit Cicero, quum Atticus iam ex itinere Romam rediiſſet, ipſe autem in villa Antiati libris ſuis operam daret.

librorum meorum] In ed. Rom. legitur: *offendes deſignationem Tyrannionis mirificam librorum meorum bibliothecam.* Lectiones aliae e corrupta ed. Ienſ. natae ſunt. Atque illa ſi modo legas *deſignatione* facilis eſt. Sed mihi tamen ſuſpectum ſemper fuit *bibliothecam.* Quod vidi et Lambinum ſenſiſſe. Nam videtur potius, ſi ab Cicerone hoc eſt verbum, dicturus fuiſſe, *cuius reliquiae*, et deſignatio librorum eſt ipſa bibliotheca. Denique venuſtas loci minuitur, quae eſt in eo, quod deſignatorem facit Tyrannionem, qui libris, ut hominibus in pompa, nuptiis, etc. locum cuique ſuum aſſignat. Denique edd. pr. Rom. Ienſ. conſentiunt in *deſignationem*, quod non fert *bibliothecam.* Et quis dicat *bibliotheca librorum?* Itaque ſcribendum: *offendes deſignationem Tyrannionis mirificam librorum meorum.* — *Erneſti.*

quam putaram] Sic recte Graevius, eumque imitatus Erneſti. Alii *putaras.*

etiam velim] Sic mea ſpon-

duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus, ad cetera adminiſtris; iisque imperes, ut ſumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Graeci ut opinor, σιλλύβους appellatis. Sed haec, ſi tibi erit commodum. Ipſe vero utique fac venias, ſi potes in his locis adhaereſcere, et Piliam adducere. Ita enim et aequum eſt, et cupit Tullia.

---

te correxeram ex lege latinitatis vulgatum *vellem*, quum ita reperi in edd. pr. Rom. Ienſ. Med. *Erneſti.*

σιλλύβους] Vulgo erat συλλάβους; corrupte. Ioſ. Scaliger et Voſſius ad Catull. p. 22. legi volebant σιττύβους. Sed recte Graevius, legendum eſt, inquit, σιλλύβους. Membranulae enim, quibus indices librorum inſcribebantur, σίλλυβοι ſunt appellati. Heſych. Σίλλυβον, ἀκάνθιον, ἀδρὸν, καὶ ἰδῶ οἰμόν τι· καὶ τὸ τῶν βιβλίων δέρμα. Dicuntur aliter πιττάκια illi indices ſive membranae, quibus inſcribebantur nomina auctorum, et quae voluminibus agglutinabantur. Σίλλυβοι et σίλλυβα ſunt etiam pelles, quas orae veſtium aſſuebant, ut ex Polluce, Heſychio et Euſtathio docuit Salmaſius ad Hiſtoriam Auguſtam. Sicut autem pelles oris veſtium aſſuebantur, ſic etiam pelliculae ſ. membranulae cum nominibus ſcriptorum et operum affigebantur tergis voluminum et codicum. Hinc etiam dicit in epiſtola 106. et 107. bibliothecam ſuam talibus ſillybis illuſtratam et pictam fuiſſe ab his librariis. Nam et in illis ſic legendum eſt, non *ſittybis* ut libri prae ſe ferunt. Ioſ. Scaliger pro συλλάβους cenſet ſcribendum σιττύβους. Σιττύβαι quidem apud Heſychium ſunt δερματίναι στόλαι, ſed ſic non poſſunt dici membranulae, quibus inſcribuntur indices ſ. tituli librorum, de quibus hic Cicero agit, et in quem finem praecipue hos glutinatores poſcebat. Sic quidem poſſent appellari membranae, quibus involvuntur libri, involucra librorum (*der Einband der Bücher*) ſed non membranulae, quibus tituli librorum inſcribebantur, minio plerumque, ornatus cauſa. Σιττυβος autem eſt olla, ut ex Antiphane Pollux oſtendit. Hactenus Graevius, cui praeter Erneſtium aſſenſit Schwarzius de ornamentis librorum.

Medius fidius, nae tu emisti ludum praeclarum. 2 Gladiatores audio pugnare mirifice. Si locare voluisses, duobus his muneribus liberasses. Sed haec posterius. Tu fac venias; et de librariis, si me amas, diligenter.

EPISTOLA CVI. (Att. IV. 5.)

Scr. in Antiati IV. Id. Apr. A. U. C. 697.

Excusat librum a se nuper scriptum prius ad alium, quam ad Atticum missum esse, causasque novae cum Caesare coniunctionis exponit. 1. *Adiungit quaedam domestica.* 2.

CICERO ATTICO. S.

Ain' tu? an me existimas ab ullo malle mea legi, probarique, quam a te? Cur igitur cuiquam misi

---

2. *ludum praeclarum*] Vulgo *locum praeclarum*. Id Gronovius de Sestert. II. 7. accepit de loco quem sibi Atticus emisset, ubi gladiatores spectaret. Verum recte monuit Graevius, loca in amphitheatris, circis, et theatris empta esse nusquam legi. Ac si hoc Cicero significare voluisset, non infinite *locum praeclarum* dixisset, sed addidisset, *spectandis gladiatoribus* aut aliquid eiusmodi. Itaque scribendum est *ludum praeclarum*. Et recte Popma, (etsi is *locum* servat) „emerat, inquit, Atticus ludum gladiatorium, et simul gladiatores, quos si locare voluisses, inquit, his duobus proximis muneribus, quae proxime populo data sunt, pecuniam in eos impensam recepisses, ut eos sine tuo damno libertate donare potuisses."

Gladiatores audio pugnare mirifice] nempe in ludo, ubi exercebantur. Corradus tamen suspicatur Atticum in honorem Caecilii, patrui sui, superiore anno defuncti edidisse munus gladiatorium, ubi illi mirifice pugnaverint. Quod si esset, Cicero scripsisset, *pugnasse*.

duobus his muneribus] gladiatoriis, ab aedili hoc anno datis.

Ep. CVI. 1. *cur igitur cuiquam misi prius?*] Incertum est, quo de libro agatur;

prius? Urgebar ab eo, ad quem miſi, et non habebam exemplar. Quid? etiam (dudum enim circumrodo, quod devorandum eſt) ſubturpicula mihi videbatur eſſe παλινῳδία. Sed valeant recta, vera, honeſta conſilia. Non eſt credibile, quae ſit perfidia in iſtis principibus, ut volunt eſſe, et ut eſſent, ſi quicquam haberent fidei. Senſeram, noram, inductus, relictus, proiectus ab iis; tamen hoc erat in animo, ut cum iis in re publica conſentirem. Iidem erant, qui fuerunt. Vix aliquando, te auctore, reſipui. Dices ea te monuiſſe, ſuaſiſſe, quae facerem, non etiam, ut ſcriberem. Ego mehercule mihi neceſſita-

---

fueritne oratio, an epiſtola, an aliud quoddam de re publica ſcriptum. Erneſti accepit de libro, quem de conſulatu ſuo ſcripſerat. Verum is iam quatuor annis ante ſcriptus erat. Illud apparet, Ciceronem in eo libro ea ſcripſiſſe, ex quibus intelligeretur, ſe nunc Caeſaris acta probare, quae olim improbaſſet, hanc enim *novam coniunctionem* appellat; idemque perſpicitur ex longa illa ad Lentulum epiſtola (ad Div. I. 9. noſtrae editionis 139.) in qua mutatam de re publica conſiliorum rationem excuſat.

urgebar ab eo ad quem miſi] Si liber ille ad Caeſaris potiſſimum laudes pertinuit, vix crediderim eum ab ipſo Caeſare efflagitatum fuiſſe. Fortaſſe igitur Pompeius is fuit, qui Ciceronem urgeret; ut et ipſe hunc librum legeret, et lectum ad Caeſarem mitteret.

παλινῳδία] retractatio eorum, quae nuper de re publica ſenſeram, Caeſaris conſilia oppugnando. Aliud egit Erneſti, quum h. l. de retractatione laudum, quas tribuerit Caeſari et Pompeio, accipiendum putavit.

in iſtis principibus] Principes h. l. vocat non Caeſarem et Pompeium, ut Erneſti opinabatur, ſed potius eorum adverſarios, maxime Bibulum, Catonem, Domitium, Curionem.

ut volunt eſſe] Nam re vera non ſunt, quia nihil poſſunt, ut mox ait. *Manut.*

ſi quicquam haberent fidei] Fidei nihil habent, quum publicam cauſam defendentes, me ſocium defenſionis non tuentur, ubi a potentibus oppugnor. *Manut.*

tem volui imponere huius novae coniunctionis, ne qua mihi liceret labi ad illos, qui etiam tum, quum misereri mei debent, non desinunt invidere. Sed tamen modici fuimus ὑποθέσει, ut scripsi. Erimus uberiores, si et ille libenter accipiet, et hi subringentur, qui villam me moleste ferunt habere, quae Catuli fuerat, a Vettio emisse non cogitant; qui domum negant oportuisse me aedificare, vendere aiunt oportuisse. Sed quid ad hoc? si, quibus sententiis dixi, quod et ipsi

---

qui etiam tum] sermo est de tempore praesenti, itaque *etiam tum* est pro *etiam nunc.* Nisi legendum *etiamdum*, vel *etiamnum.* Tacitus Ann. III. 61. tamen *tum etiam* habet pro *etiamnum.* — *Ernesti.*

ὑποθέσει] non nimis ampli fuimus in hoc argumento de laudibus Caesaris tractando.

ille libenter accipiet] Caesar nimirum.

quae Catuli fuerat] Ex h. l. intelligitur Ciceronem hoc ipso tempore villam Tusculanam, quae Catuli fuerat a Vettio emptam, cum suo Tusculano coniunxisse. Sic et Mongaltio visum. Iam antea vidimus eum Culleonis Tusculano animum adiecisse ep. 97, 4. ac fortasse idem hoc fuit praedium, de quo Cicero nunc loquitur. Nam si Catuli villa post eius mortem ad illum Culleonem transierat, fieri poterat, ut eam, quum in auctione ei emptor non fuisset, Vettius ab heredibus Culleonis emeret, rursusque Ciceroni venderet. Fortasse tamen ipsum illud Tusculanum, quod Cicero iam ante exsilium possederat, idem est, quod antea Catuli fuerat; ut ei, qui inviderent, hoc vitio verterent, se pro rerum suarum conditione hanc villam adhuc tenere, quum potius proscribere eam et vendere debuisset.

a Vettio emisse] ab homine me longe inferiori; qui si villam Catuli habere potuit, cur non et ego, etsi homo novus, tamen consularis? Ceterum *a Vettio* est Ms. Faërni; edd. pr. non habent; quae nec habent *me.* Itaque hoc quidem delevi. *Ernesti.*

vendere aiunt oportuisse] sc. vel modestiae causa, ne depressus exilio magnifice habitarem, vel ne sump aedificationis fierent, q ego non sufficerem. E

sed quid ad hoc] quam ea quae m

probarent, laetati ſunt tamen me contra Pompeii voluntatem dixiſſe? finis; ſed quoniam, qui nihil poſſunt, ii me nolunt amare; demus operam, ut ab iis, qui poſſunt, diligamur. Dices: vellem iampridem. Scio te voluiſſe; et me aſinum germanum fuiſſe. Sed iam

---

de villa et domo ſatis ſuperque indicant illorum malum in me animum; exigua tamen ſunt, et prope contemnenda prae ea re, quam mox referam. Quia enim a Pompeio aliquando diſſentiebam in dicenda in ſenatu ſententia, quo fiebat, ut is mihi quodam modo infenſus eſſet, quamvis illi non probarent, quae a Pompeio dicerentur, ſed contra mecum ſentirent, tamen laetabantur me ea de cauſa incurrere in odium Pompeii. Quae laetitia non aliunde proficiſcebatur, quam ex malo et invido illorum animo. Praepoſitio *ad*, hic comparationem ſignificat ut apud Terentium Eunucho *at nihil ad noſtram hanc*, i. e. prae noſtra hac. *Boſius.* Vereor autem ut Terentii ille locus cum hoc recte comparari poſſit. Omnino illud *ſed quid ad hoc* neſcio quomodo non placet. Puto Ciceronem ſcripſiſſe: *Quid? ſi quibus* etc. Erneſtio in mentem venit: *ſed id quid ad hoc?*

finis; ſed quoniam] Sic ed. Ienſ. Sed omnes proximae, etiam quae e Ienſoniana ductae ſunt, omiſere *finis.* quod et ed. Rom. abeſt. E Mſſ. repoſuere Boſius et alii. Graevius coniiciebat: *Finis ſit, quoniam.* Vulgatum hodie melius puto. Tunſtallus p. 111. corrigit *ſinis.* Putat Atticum fingi dicere, ſe ſinere et facile pati iſtam optimatum improbitatem. *Erneſti.* Tunſtalli coniectura ineptiſſima eſt; neque tamen illud *finis* verum eſſe mihi perſuadeo. Ad ſenſum et continuationem verborum requiri videtur hoc: *Sed ſani ſimus, et quoniam, qui nihil poſſunt, ii me nolunt amare, demus operam, ut ab iis, qui poſſunt, diligamur.*

ab iis qui poſſunt] Caeſare, Pompeio, Craſſo.

et me aſinum germanum fuiſſe] Sic emendavit Corradus corruptam codd. Mss. ſcripturam: *me aſt num geram manum fuiſſe.* In aliis erat *eſt num geram manum fuiſſe.* Corradi emendationi Boſius codicem ſuum decurtatum favere teſtatur. Nec melius quid ab aliis eſt repertum.

tempus est me ipsum a me amari, quando ab illis nullo modo possum.

Domum meam quod crebro invisis, est mihi valde gratum. Viaticum Crassipes praeripit. Tu de via recta in hortos. Videtur commodius. Ad te postri- 2

---

2. *Viaticum Crassipes praeripit*] Nempe quum ei Tullia collocata esset, pro dote pecunia erat numeranda; ut Ciceroni ad votivam legationem de qua obeunda cogitabat, viaticum praeriperetur. *Manutius*. Et recte quidem ille; nam falso Corradus de itinere per villas acceperat; quas Ciceronem lustrasse, intelligitur e lib. II. ep. 7. ad Quintum fratrem (hui. ed. ep. 107). Sed quomodo cohaerent ista: *domum meam quod crebro invisis, est mihi valde gratum* cum his quae deinceps sequuntur; *viaticum Crassus praeripit?* Nempe sic. Cicero Atticum laudat, quod domum suam, quae aedificabatur in Palatio, crebro invisat, scilicet ut opus urgeretur. Sic enim sperabat Cicero se mox ibi habitaturum, idque erat ipsi eo gratius, quum ob dotem Crassipedi numerandam pecunia sibi praeriperetur, quam potuisset longiori peregrinationi impendere.

Tu de via recta in hortos] Manutius haec verba sic distinguenda putat: *Tu de via recta in hortos. Videtur commodius ad te. Postridie scilicet. Quid enim tua?* intelligitque Atticum quum Cicero haec scriberet, nondum Romam pervenisse, (qua de causa paulo ante pro *invisis*, legi volebat *invises*) ideoque Ciceronem ab Attico petere, ut de via recta in hortos veniat, etiamsi commodius ipsi videatur statim ad se i. e. domum suam pervenire. Sed illa lectio *invisis* non est mutanda; ex eaque certo colligitur Atticum iam Romae fuisse. Scribendum potius videtur: *Tullia de via recta in hortos. Videtur commodius. Ad te postridie scilicet. Quid enim tua? Sed viderimus.* Atticus videtur Tulliam invitasse. Hanc tum Antii apud patrem fuisse constat ex ep. 105. Cicero igitur scribere poterat: Tullia de via recta in hortos Crassipedis, sponsi aut novi mariti ibit. Sic videtur ei commodius. Ad te postridie scil. veniet. Quid enim tua refert, illone statim die an postridie ad te veniat!

die scilicet: quid enim tua? sed viderimus. Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione et sillybis. Eos velim laudes.

EPISTOLA CVII. (ad Q. Fr. II. 7.)

Scr. Antii d. III. id. Apr. A. U. C. 697.

Scribit de itineribus suis per villas, et de aedificatione Arcani sustentata.

MARCUS Q. FRATRI, S.

A. D. III id. April. ante lucem hanc epistolam dictaveram, eramque in itinere, ut eo die apud T. Titium in Anagnino manerem. Postridie autem in Laterio cogitabam; inde, quum in Arpinati quinque dies fuissem, ire in Pompeianum; rediens adspicere Cumanum, ut, quoniam in non. Maias Miloni dies prodita est, prid. non. Romae essem, teque, mi carissime, et suavissime frater, ad eam diem (ut sperabam) vide-

---

Epist. CVII. 1. *eramque in itinere*] Vulgo *scripseramque in itinere.* Quomodo autem inter se coëunt, *dictaveram* et *scripseram?* Nam qui *dictat* non *scribit.* Deinde qui cohaerent ista *scripseram — ut manerem.* Itaque verum est, *eramque in itinere*, ita quidem, *ut eo die apud T. Titium — manerem.*

Laterio] fundo Quinti, in Arpinati ad Q. Fr. III. 1. ad Att. IV, 7. et X. 1. *Manut.*

in Arpinati] Marci Ciceronis villa.

Pompeianum, Cumanum] non Quinti sed ipsius Marci fundos. *Manut.*

prodita] Sic Bessarionis et Tertii liber, recte. Quod enim usitatius videbatur *producta*, quam *prodita*, fortasse minus notum verbum in familiare convertit aliquis latinae linguae non omnino peritus. *Prodita* vero idem valet, quod *producta.* Sic Terentius: *saltem aliquot nuptiis prodat dies.* – *Manut.*. Ernestio in mentem venit *prodicta.* Sed vulgatam recte tuetur Manutius.

rem. Aedificationem Arcani ad tuum adventum sustentari placebat. Fac, mi frater, ut valeas, quamprimumque venias.

EPISTOLA CVIII. (ad Div. V. 12.)

Scr. A. U. C. 697. menſe Maio.

Lucceium rogat, ut hiſtoriam de rebus ſuis a principio coniurationis Catilinariae usque ad reditum conſcribat, eamque a continentibus ſuis ſcriptis, in quibus perpetuam rerum Romanarum hiſtoriam complectatur, ſecernat.

M. T. CICERO S. D. L. LUCCEIO, Q. F.

Coram me tecum eadem haec agere saepe conantem deterruit pudor quidam, paene ſubruſticus; quae nunc expromam abſens audacius. Epiſtola enim non erubeſcit. Ardeo cupiditate incredibili, neque, ut ego arbitror, reprehendenda, nomen ut noſtrum ſcriptis illuſtretur et celebretur tuis. Quod etſi mihi ſaepe oſtendis te eſſe facturum: tamen ignoſcas velim huic feſtinationi meae. Genus enim ſcriptorum tuorum, etſi erat ſemper a me vehementer exſpectatum, tamen vicit opinionem meam, meque ita vel cepit, vel incendit, ut cuperem quam celerrime res noſtras monumentis commendari tuis. Neque enim me ſolum commemoratio poſteritatis ad ſpem quandam immorta-

---

Arcani] Arcanum praedium erat Q. Ciceronis prope Minturnas. ad Att. III. 1. V. 1. X. 2.

Epiſt. CVIII. *ſaepe oſtendis*] Erneſtius ſcribendum putabat *oſtendiſti*; quod non eſt neceſſarium.

commemoratio poſteritatis] ſcil. e libris tuis; quia, quae tu ſcripſiſti, a poſteritate commemorabuntur. *Erneſti.*

litatis rapit: ſed agit illa ipſa cupiditas, ut vel auctoritate teſtimonii tui, vel indicio benivolentiae, vel ſuavitate ingenii, vivi perfruamur. Neque tamen, haec quum ſcribebam, eram neſcius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum, et iam inſtitutarum: ſed quia videbam, Italici belli et civilis hiſtoriam iam a te paene eſſe perfectam; dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri: deeſſe mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, coniunctene malles cum reliquis rebus noſtra contexere, an, ut multi Graeci fecerunt, Calliſthenes Troicum bellum, Timaeus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis ſuis hiſtoriis ea, quae dixi, bella ſeparaverunt: tu quoque item civilem coniurationem ab hoſtilibus externisque bellis ſeiungeres. Equidem ad noſtram laudem non multum video intereſſe: ſed ad properationem meam quiddam intereſt, non te exſpectare, dum ad locum venias, ac ſtatim cauſam illam totam, et tempus arripere. Et ſimul, ſi uno in argumento, unaque in perſona mens tua tota verſabitur: cerno iam animo, quanto uberiora, atque ornatiora futura ſint omnia. Neque tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui primum tibi tan-

---

ſed agit illa ipſa cupiditas] Vulgo *ſed etiam illa cupiditas*. Nos Martyni - Lagunae lectionem praeoptavimus; multo illa elegantiorem. Verbum hic excidiſſe iam Erneſtius ſuſpicatus erat.

ſeiungeres] Erneſtius, quod hoc verbum cum *contexere* conſtruendum putaret, repoſuit *ſeiungere*. Sed cur non aeque bene ad *malles* referatur? Si ſequeretur *quam*, infinitivum praeferrem. Ut nunc eſt recte conſtruitur: *ut cogitares coniunctene malles — an ſeiungeres*. Itaque hic non eſt diſcedendum a librorum Mſſ. conſenſu.

ac ſtatim] Non opus eſt, quod Erneſtio in mentem venit, corrigere: *ſed ſtatim*.

omnia] Elegantius hoc in fine ponitur. Sic *Martyni-Laguna*. Vulgo eſt ante *ornatiora*.

tum oneris imponam, (potest enim mihi denegare occupatio tua) deinde etiam, ut ornes me, postulem. Quid si illa tibi non tantopere videntur ornanda? Sed tamen, qui semel verecundiae fines transierit, eum bene et naviter oportet esse impudentem. Itaque te plane etiam atque etiam rogo, ut ornes ea, vehementius etiam, quam fortasse sentis, et in eo leges historiae negligas: gratiamque illam, de qua suavissime quodam in prooemio scripsisti, a qua te affici non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum a voluptate: si me tibi vehementius commendabit, ne aspernere; amorique nostro plusculum etiam, quam concedit veritas, largiare. Quod si te adducemus, ut hoc suscipias: erit, ut mihi persuadeo, materies digna facultate, et copia tua.

A principio enim coniurationis usque ad reditum nostrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse: in quo et illa poteris uti civilium commuta- 2

---

ut ornes ea vehementius] Est in his verbis urbana quaedam extenuatio dignitatis suae. Nam etsi Cicero nimius erat in laude appetenda, non tamen adeo ineptus, ut Lucceium historiae scriptorem veri amantissimum sibi persuaderet adduci posse, ut suarum laudum causa leges historiae negligeret. Immo potius ipse sibi persuaserat, res a se gestas ipsa magnitudine satis commendari; ut quod hic ab Lucceio petit, modestiae potius meritorum suorum dissimulationi quam stultae vanitati tribuendum sit.

affici] Victorius e Mf. edidit *flecti*. Graevius e Ms. suo *deflecti*. *Affici* est moveri, ut saepe. *Flecti* et *deflecti* sunt glossae ex illa fabula sumptae. Et deberet esse *deflecti de via*. — *Ernesti.*

concedat] Sic pro *concedet* semper putavi scribendum. Sic reperi deinde in Ms., meo et ed. Med. Saepe in hoc coniunctivo haesere librarii et editores. Ed. Rom. 1469. 1471. habent *concedit*. — *Ernesti.*

ut mihi persuadeo] Ernestius recte post Graevium *ut* addidit, quod erat in eius Ms. et Guelf. et in ed. Rom.

tionum ſcientia, vel in explicandis cauſis rerum novarum, vel in remediis incommodorum, quum et reprehendes ea, quae vituperanda duces, et, quae placebunt, exponendis rationibus comprobabis, et ſi liberius, ut conſueſti, agendum putabis, multorum in nos perfidiam, inſidias, proditionem notabis. Multam etiam caſus noſtri varietatem tibi in ſcribendo ſuppeditabunt, plenam cuiusdam voluptatis, quae vehementer animos hominum in legendo tenere poſſit. Nihil eſt enim aptius ad delectationem lectoris, quam temporum varietates, fortunaeque viciſſitudines: quae etſi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in relegendo tamen erunt iucundae. Habet enim praeteriti doloris ſecura recordatio delectationem. Ceteris vero nulla perfunctis propria moleſtia, caſus autem alienos ſine ullo dolore intuentibus, etiam ipſa miſericordia eſt iucunda. Quem enim noſtrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miſeratione delectat? qui tum denique ſibi avelli iubet ſpiculum, poſtea quam ei percontanti dictum eſt, clypeum eſſe ſalvum: ut etiam in vulneris

---

2. *perfidiam*] Saepe fidem hominum accuſat in epiſtolis ad Atticum, ad Q. Fratrem, ad Lentulum; nominatim vero ſe deſtitutum et inductum queritur a Pompeio, qui ſe numquam ei defuturum iuraverat, et ab Hortenſio, Catone, Arrio. *Manut.*

in legendo tenere] Vulgo *in legendo ſcripto retinere.* Sed *ſcripto* a gloſſatore fluxiſſe Graevius et Erneſtius recte monuerunt. Unus Graevii codex habuit: *in legendo te ſcriptore, tenere.* Martyni-Laguna edidit *in legendo ſcriptore tenere.* Sed nihil melius Graevii ratione. Sic eſt poſtea ſimpliciter. *in relegendo*, et deinde ſtudium *in legendo.*

in relegendo] Sic Martyni-Laguna edidit, ſane elegantius. Relegere eſt legendo recognoſcere.

dolore, aequo animo, modo cum laude, moreretur. Cuius ſtudium in legendo non erectum Themiſtocli fuga, re-

---

modo cum laude] Mirum profecto eſt Erneſtium h. l. quaerere potuiſſe, quorſum addatur *cum laude*, idque haud dubie a gloſſatoris nota repetendum putaſſe. Atqui *cum laude* pertinet ad Epaminondae nobilem animum laudis potius, quam vitae avarum. Sic enim Nepos narrat c. 9. *At Epaminondas, quum animadverteret mortiferum ſe vulnus accepiſſe, ſimulque, ſi ferrum, quod ex haſtili in corpore remanſerat, extraxiſſet, animam ſe ſtatim emiſſurum, usque eo retinuit, quoad renuntiatum eſt, viciſſe Boeotios. Id poſtquam audivit, ſatis, inquit vixi; invictus enim morior. Tum, ferro extracto, confeſtim exanimatus eſt.* Praeterea Ciceronis ſenſum optime illuſtrat locus Tuſc. Q. II. 24. *non ſentiunt viri fortes in acie vulnera, vel ſi ſentiunt ſe mori malunt, quam tantillum modo de dignitatis gradu demoveri. Fulgentes gladios hoſtium videbant Decii, quum in aciem eorum irruebant. His levabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis et gloria. Num tu ingemuiſſe Epaminondam putas quum una cum ſanguine vitam effluere ſentiret? Imperantem enim patriam Lacedaemoniis relinquebat, quam acceperat ſervientem.* Ergo ſervandum eſt *cum laude;* non dubito tamen, quin Cicero ſcripſerit, *modo cum laude*, hoc nimirum ſenſu: *ut Epaminondas etiam in vulneris dolore*, quem multi aequo animo haud ferunt, *aequo animo moreretur*, *ſi modo cum laude* mori poſſet. Ceterum diverſitas narrationis apud Ciceronem et Nepotem a Diodoro Siculo lib. XV. conciliatur, qui refert Epaminondam quum medici dixiſſent, ſimulac ſpiculum eſſet evulſum, ei moriendum eſſe, primum quaeſiviſſe an clypeus ſalvus eſſet; deinde an Boeotii viciſſent: et quum utrumque eſſet affirmatum, ſtatim ferro extracto, egregiam animam efflaviſſe. Et utrumque alibi ipſe Cicero coniungit de Finib. lib. II. c. 30.

Themiſtocli fuga reditu-que] Themiſtoclem vivum Athenas haud rediiſſe, ſed Magneſiae mortuum, et in Attica clam humatum eſſe conſtat. Ac tantum aberat ut Cicero hoc ignoraret, ut potius in Bruto id ipſum ex Thucydide retulerit. Itaque niſi *reditu* exponere velis de

dituque tenetur? Etenim ordo ille annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum. At viri saepe excellentis ancipites, variique casus habent admirationem, exspectationem, laetitiam, molestiam, spem, timorem; si vero exitu notabili concluduntur: expletur animus iucundissima lectionis voluptate.

3 Quo mihi acciderit optatius, si in hac sententia fueris, ut a continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc quasi fabulam rerum, eventorumque nostrorum. Habet enim varios actus, multasque actiones et consiliorum, et temporum. Ac non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar, quum hoc demonstrem, me a te potissimum or-

---

cadavere eius post mortem in patriam relato, quod mihi quidem durius, quam pro Ciceronis stilo esse videtur, aut *exitu*, aut quod teste Manutio Ferrarius voluit, *interitu* legendum. Nisi forte hic quaedam verba exciderint. Nam si in aliquo Codice scriptum inveniremus: *Themistocli exsilio, aut Alcibiadis fuga redituque*, prorsus nihil laboraremus. Ac sane mirum videri potest Ciceronem h. l. Alcibiadis mentionem haud fecisse, cuius fuga reditusque ad suam ipsius fugam reditumque similitudine quam proxime accedebat.

tenetur] Ita rescripsi pro vulg. *retinetur*, ne bis idem verbum deinceps ponatur. Et sic teste Gebhardo est in cod. Stewech. et Pal. quinto Grut.

ordo ille] Sic a Martyni-Laguna scriptum invenio: aptius ad sensum, quam *ordo ipse*, quod vulgo editur; quod ut defendi posset, certe cum nonnullis scribendum erat *etiam ordo ipse*. Verumtamen in tota hac sententia praecipua vis non in verbo *ordo*, sed potius in *mediocriter* est ponenda, cui deinde opponitur *iucundissima voluptas*.

fastorum] Minime opus est cum Benedicto corrigere *factorum*.

viri saepe] Hoc *saepe* hic admodum friget. Cur enim saepe tantum hoc illi casus habeant, ac non semper potius?

nari celebrarique velle. Neque enim tu is es, qui, qui ſis, neſcias: et qui non eos magis, qui te non admirentur, invidos, quam eos, qui laudent, aſſentatores arbitrere. Neque autem ego ſum ita demens, ut me ſempiternae gloriae per eum commendari velim, qui non ipſe quoque in me commendando propriam ingenii gloriam conſequatur. Neque enim Alexander ille gratiae cauſa ab Apelle potiſſimum pingi, et a Lyſippo fingi volebat; ſed quod illorum artem quum ipſis, tum etiam ſibi gloriae fore putabat. Atque illi artifices corporis ſimulacra ignotis nota faciebant: quae vel ſi nulla ſint, nihilo ſint tamen obſcuriores clari viri. Nec minus eſt Spartiates Ageſilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe, quam qui in eo genere laborarunt. Unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facile

---

2. *qui, qui ſis, neſcias*] Scio, *quid ſis*, dici recte poſſe; ſed tamen Cicero ſolet dicere, *qui ſis*. In Ms. meo, Gu. 1. 2. edd. pr. eſt *tu is es, qui ſis, neſcias*, unde patet, *qui* bis legendum, ſemel ſcriptum fuiſſe in vetuſtioribus libris, et vulgatum *quid* eſſe a correctione. Lambinus quoque in Mſſ. reperit, *qui, qui ſis*, Itaque ſic edidimus. *Erneſti*. Et hic quidem ſine dubio verum vidit; ut miravi ſatis nequeam, quid Benedictum transverſum egerit, ut vitioſam et abſurdam aliquot codicum lectionem, *qui ſis neſcius* in ordinem reciperet.

ignotis nota faciebant] *ignotis* poſuit non pro iis, qui ignorarentur; ſed qui ignorarent illa ſimulacra; ut id quod patitur accipiatur pro eo quod agit; antique. Nam Plautus in Pſeudolo: *novi, notis praedicas*, pro iis qui noverunt. Et noſter in orat. pro Coelio cap. 2. *de dignitate Coelius notis ac maioribus natu etiam ſine mea oratione tacitus facile ipſe reſpondet. — Manut.*

nec minus — perhibendus] paulo inſolentius dictum pro: *nec minus clarus eſſe exiſtimandus eſt.*

in eo genere laborarunt] quibus curae fuit ut corporis ſui ſimulacrum aliquod exſtaret.

omnes omnium imagines, statuasque superavit. Ac vel hoc praestantius mihi fuerit et ad laetitiam animi, et ad memoriae dignitatem, si in tua scripta pervenero, quam si in ceterorum, quod non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuum, sicut Timoleonti a Timaeo, ab Herodoto Themistocli, sed etiam auctoritas clarissimi et spectatissimi viri, et in re publica maximis gravissimisque causis cogniti, atque in primis probati: ut mihi non solum praeconium, quod quum in Sigeum venisset Alexander, ab Homero Achilli tributum esse dixit, sed etiam grave testimonium impertitum clari hominis, magnique videatur. Placet enim Hector ille mihi Naevianus, qui non tantum laudari se laetatur, sed addit etiam, a laudato viro.

3 Quod si a te non impetro, hoc est, si quae te res impedierit (neque enim fas esse arbitror, quidquam me rogantem, abs te non impetrare) cogar fortasse facere, quod multi saepe reprehenderunt. Scribam ipse de me: multorum tamen exemplo, et clarorum

---

omnes omnium imagines] Vulgo *omnes imagines omnium*. Elegantiorem verborum ordinem restituit Martyni-Laguna.

ac vel hoc] Vulgo *atque hoc*. Illud auctore Martyni-Laguna ut consecutioni sententiarum aptius recepi.

ab Herodoto] Legebatur *aut ab Herodoto;* particulam de Ernestii sententia delevi.

et in re publica] Sic melius Martyni-Laguna, auctoritate IV. codd. Dresd. Asc. I. et Torg. quam, ut antea, *in rei publicae*.

maximis gravissimisque causis] quas scil. orator in foro egerat.

3. *multi saepe reprehenderunt*] Ita scribendum esse iustis argumentis docuit Ernestius. Antea legebatur *nonnulli saepe reprehendunt*.

scribam ipse de me] poëmatis de consulatu suo hic rationem non habet, quod non erat in genere historico. Commentarium graece compositum ep. 24. haud memorat, quia hic agebatur de historia Latine scripta. Latinum vero, quem inchoaverat (ibid.) abiecisse videtur;

virorum. Sed, quod te non fugit, haec ſunt in eo genere vitia. Et verecundius ipſi de ſeſe ſcribant, neceſſe eſt, ſi quid eſt laudandum: et praetereant, ſi quid reprehendendum eſt. Accedit etiam, ut minor ſit fides, minor auctoritas; multi denique reprehendant: et dicant, verecundiores eſſe praecones ludorum gymnicorum, qui quum ceteris coronas impoſuerint victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiarint, quum ipſi ante ludorum miſſionem corona donentur, alium praeconem adhibeant, ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe praedicent. Haec nos vitare cupimus; et, ſi recipis cauſam noſtram, vitabimus: idque ut facias, rogamus. Ac, ne forte mirere, cur, quum mihi ſaepe oſtenderis, te accuratiſſime noſtrorum temporum conſilia, atque eventus literis mandaturum, a te id nunc tanto opere, et tam multis verbis petamus: illa nos cupiditas incendit, de qua initio ſcripſi, feſtinationis, quod alacres animo ſumus: ut et ceteri, viventibus nobis, ex libris tuis nos cognoſcant, et nosmetipſi vivi gloriola noſtra perfruamur.

His de rebus, quid acturus ſis, ſi tibi non eſt moleſtum, reſcribas mihi velim. Si enim ſuscipis cauſam, conficiam commentarios rerum omnium. Sin autem differs me in tempus aliud: coram tecum loquar. Tu interea non ceſſabis, et ea quae habes inſtituta, perpolies, nosque diliges. Vale.

---

certe tum, quum hanc epiſtolam ad Lucceium ſcribebat, nondum perfeciſſe.

in eo genere] Vulgo *in hoc genere*. Sed illud ſuavius, quia ſtatim praeceſſit *haec*.

alacres animo ſumus] impatientes morae propter naturae et ingenii alacritatem. *Erneſti.*

ex libris] Sic Benedictus et Martyni Laguna auctoritate codd. Lipſ. Dresd. II. III. IV. et Aſc. I. Vulgo *ex literis* minus apte.

EPISTOLA CIX. (Att. IV. 6.)

Scripta in villa, incertum qua A. U. C. 697.

Lentuli flaminis mortem et suae vitae in hac re publica foeditatem deplorat 1. Hortensiana, quae Atticus ab eo scribi voluerat, detrectat 2. epistolam ad Lucceium missam ut legat, ut domum suum invisat, et Vestorio suo nomine aliquid significet, petit. 3.

CICERO ATTICO, S.

De Lentulo scilicet sic fero, ut debeo. Virum bonum, et magnum hominem, et in summa magnitudine animi multa humanitate temperatum perdidimus; nosque malo solatio, sed nonnullo tamen, consolamur, quod ipsius vicem minime dolemus, non ut Saufeius et vestri; immo hercule quia sic amabat patriam, ut mihi aliquo deorum beneficio videatur ex eius incendio esse ereptus. Nam quid foedius nostra vita? praecipue mea? nam tu quidem, etsi es natura πολιτικός, tamen nullam habes propriam servitutem: communi frueris nomine. Ego vero, qui, si loquor de re pu-

---

Epist. CIX. 1. *de Lentulo*] L. Lentulo, Flamine Martiale; de quo ep. 50. (ad Att. II. 24.) patre eius, qui nominatur ad Att. XII. 8. et a Pediano in orat. pro Scauro; qui et ipse flamen fuit, suffectus in locum patris. *Manut.*

non ut Saufeius et vestri] Epicurei, qui mortem contemnendam esse censebant, quia nullus sit post eam sensus.

ex eius incendio] quia iam omnia ad tyrannidem spectabant, et vetus rei publicae disciplina prorsus perturbata erat.

nullam propriam servitutem] quia sc. rem publ. non administrarat, sed semper privatus vixerat. *Ernesti.*

communi frueris nomine] sc. servitutis; servitutem omnibus communem modo sentis, quae est levior propria servitute, qualis mea est. *Ernesti.*

blica, quod oportet, infanus; fi, quod opus eft, fervus exiftimor; fi taceo, oppreffus et captus: quo dolore effe debeo? quo fum fcilicet, hoc etiam acriore, quod ne dolere quidem poffum, ut non ingratus videar. Quid, fi ceffare libeat, et in otii portum confugere? nequicquam; immo etiam in bellum et in caftra. Ergo erimus ὀπαδοὶ, qui ταγοὶ effe noluimus? fic faciendum eft. Tibi enim ipfi, cui utinam femper paruiffem! fic video placere. Reliquum eft, Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει: non mehercule poffum; et Philoxeno ignofco, qui reduci in carcerem maluit. Ve-

---

infanus] quia fcilicet potentibus illis Caefari et Pompeio nullo cum fructu repugnem.

quod opus eft] quod mihi utile eft ad falutem et incolumitatem.

nequicquam] fcil. licet.

ὀπαδοὶ — ταγοὶ] ergo erimus affeclae horum potentium, qui duces effe noluimus, h. e. qui noluimus nobis ipfis nimiam iftam potentiam arrogare.

cui utinam femper paruiffem] tibi enim fi paruiffem, monenti iampridem, rem publ. quidem ut amarem, fed ita dignitati confulerem, ut falutis etiam rationem haberem, neque cum iis, qui omnia tenebant, fpe eorum, qui nihil poterant, inimicitias fufciperem; tibi, inquam, ita monenti fi paruiffem, nunquam profecto, fraude amicorum inductus, potentia inimicorum oppreffus indigniffimam exfilii calamitatem pertuliffem. *Manut.*

reliquum eft] Sic coniiciebat Malafpina. Immo fic ed. Rom. quam nemo hic infpexit. Alii libri fcr. et edd. *reliqua* vel *reliquia*. — *Reliqui* quod Victorius edidit male defendit Graevius exemplis, in quibus *reliqui* eft cum *quid*, *aliquid*, *nihil*, quae funt omnia aliena. *Erneſti.*

σπάρταν] *Spartam nactus es, hanc orna.* Significat unum hoc reliquum effe, ut hominum potentiorum acta laudibus ornet, etiamfi probare ex animi fententia non poffit.

non mehercule poffum] nempe a me impetrare non poffum, ut omnia probem, quae ab illis dynaftis fieri video.

Philoxeno] Philoxenus poëta Dionyfii tyranni ver-

rumtamen id ipſum mecum in his locis commentor, ut iſta ne improbem; idque tu, quum una erimus, confirmabis. A te literas crebro ad me ſcribi video; ſed omnes uno tempore accepi. Quae res etiam auxit dolorem meum. Caſu enim trinas ante legeram, quibus, meliuscule Lentulo eſſe, ſcriptum erat. Ecce quartae fulmen. Sed ille, ut ſcripſi, non miſer; nos vero ſervi.

2 Quod me admones, ut ſcribam illa Hortenſiana: in alia incidi, non immemor iſtius mandati tui. Sed

---

ſus, quia libere improbabat, in carcerem, Lautumias, coniectus eſt; deinde eductus, quum idem Dionyſius alios item verſus ei legendos tradidiſſet, opinatus fore, ut metu carceris probaret, ſententiam non mutavit, ſed verſibus lectis, demiſſo capite, ultro ad Lautumias tacitus iter convertit. Quumque Dionyſius ad abeuntem clamaſſet: Quo Philoxene? ad Lautumias, inquit, ut intelligeret tyrannus ab eo verſus non probari. Diod. Sic. Stob. Lucian. Altern. lib. I. et interpr. Ariſtot. in Pluto. *Manut.*

ut iſta ne improbem] Ita edendum putavi, pro vulg. *ut iſta improbem;* cuius loco alii ſcribendum eſſe iudicarunt *ut iſta probem.* Ad ſenſum certe melius. Sed idem exit ex ea, quam aſcivimus lectione; quae tamen ob comparationem cum Philoxeno aptior eſt. Antea enim Cicero Pompeii et Caeſaris facta improbaverat; eaque nunc ornare ſibi admodum difficile eſſe ſignificaverat his verbis *non mehercule poſſum.* Itaque hoc addit, ſe iam id ipſum in villa per otium ſecum commentari, ut illa non amplius improbet, quoniam, ſicut Dionyſius a Philoxeno verſus ſuos, ſic Atticus a Cicerone iſtorum facta probari volebat.

ſervi] Vulgatum *ferrei* ſic correxit Victorius, et Manutius recepit. Vidit etiam Erneſtius id bene cum ſuperioribus conſentire, ad quae Ciceronem hic reſpexiſſe pateat e verbis, *ut ſcripſi;* nec *ferrei* commode vocabulo *miſer* opponi.

2. *ut ſcribam illa Hortenſiana*] Male hoc ad librum de philoſophia, multis demum annis poſt a Cicerone

mehercule incipiendo refugi; ne, qui videar ſtulte illius amici intemperiem non tuliſſe, rurſus ſtulte iniuriam illius illuſtrem, ſi quid ſcripſero; et ſimul, ne βαθύτης mea, quae in agendo apparuit, in ſcribendo ſit oculatior; et aliquid ſatisfactio levitatis habere videatur. Sed viderimus. Tu modo quam ſaepiſſime ad me aliquid.

Epiſtolam, Lucceio nunc quam miſi, qua, meas 3
res ut ſcribat, rogo, fac ut ab eo ſumas; valde bella eſt; eumque, ut approperet, adhorteris; et, quod mihi ſe ita facturum reſcripſit, agas gratias. Domum noſtram, quoad poteris, inviſas. Veſtorio aliquid ſignifices. Valde enim eſt in me liberalis.

ſcriptum referunt, quem *Hortenſius* inſcripſerat, Immo potius aliud quid fuerit oportet, quod Atticus a Cicerone ſcribi volebat, in quo ſuſpiciones illae perfidiae, quibus Cicero Hortenſium onerabat, tangerentur.

ne qui videar] Vulg. *quod videor* verum eſſe non poteſt. Correxi *qui videar.* Ita latinitas poſtulat: *videar* habet ed. Ienſ. eademque *ne quidem. Qui* coniecere etiam Nizolius et Lambinus. *Ern.*

illuſtrem] Vulgo *faciam illuſtrem.* Sed *faciam* abeſt Ms. Helmſt. et Graevius id delendum putabat, probante Erneſtio. *Illuſtrare* h. l. eſt aperire, in clara luce ponere.

βαθύτης] h. l. dicitur ſenſus iniuriae alta mente conceptus et male diſſimulatus.

in agendo] in oratione quadam habita, in qua illum iniuriae ſibi ab Hortenſio factae ſenſum prodiderat.

ſit oculatior] magis perſpicue ſe prodat. Bene enim ſic Boſius e Ms. edidit, quum antea legeretur *occultior.*

3. *Veſtorio aliquid ſignifices*] ſc. fac intelligat aliquo modo eum mihi et tibi gratum facere, quum ſit in me tam liberalis. *Erneſti.*

EPISTOLA CX. (Att. IV. 7.)

Scr. in villa Arpinati, menſe Maio A. U. C. 697.

Quinto filio melius eſſe laetatur; in Apollonium invehitur; pecuniam Metello nuper mortuo ab Attico mutuam datam ei perituram negat; de domo mandata ut curet, rogat; Arpinates fratri Quinto iraſci ſignificat.

CICERO ATTICO, S.

Nihil εὐκαιρότερον epiſtola tua, quae me ſollicitum de Quinto noſtro, puero optimo, valde levavit. Venerat horis duabus ante Chaerippus; mera monſtra nuntiarat. De Apollonio quod ſcribis, qui illi dii irati, homini Graeco, qui conturbare quidem putat ſibi licere, quod equitibus Romanis. Nam Terentius ſuo

---

Epiſt. CX. *nihil εὐκαιρότερον*] nihil opportunius ad levandam ſollicitudinem.

de Quinto] Quinti fratris filio.

Chaerippus] Videtur idem eſſe, qui in Quinti fratris cohorte praetoria fuerat Ep. 29. (ad Q. Fr. I. 1.)

mera monſtra] magnum periculum Quinti aegrotantis. *Erneſti.*

de Apollonio] Cur hunc eundem eſſe putemus, qui lib. XIII. ep. 16. ad Fam. Caeſari commendatur, quod Mongaltius ſibi perſuaſerat, cauſam nullam video.

qui illi dii] utinam illi dii irati ſint, ut apud Terent. in Phorm. *qui illum dii omnes perduint.* Plautus Trinummo: *qui iſtum dii perdant* ubi *qui* eſt pro *utinam* — *Popma.*

conturbare] *Conturbare* pertinet ad rem pecuniariam, ſed varie dici poteſt de peccatis in ea; genus peccati et fraudis intelligi e contextu debet. Manutius de ordine ſolutionis perturbato accipit, quum poſterioribus debitoribus prius ſolvitur, quam prioribus, quod ex orat. pro Plancio firmatur c. 28. id ſcilicet publicanis licere non aliis. Si acceperimus pro *decoquere*, totus locus erit ironicus in Terentium equitem Romanum qui *decoxerat;* idque mihi prope magis placet. *Erneſti.* Ego vero aliter ſentio. Contur-

iure. De Metello, οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν. Sed tamen multis annis civis nemo erat mortuus, qui.... Tui quidem tibi nummi meo periculo sint. Quid enim vereris,

---

bare solutionis rationes volebat Apollonius; idem usu venerat Terentio, qui rem decoxerat, et variis calumniis utebatur, ad solutionem pecuniae quam debebat vel detrectandam, vel differendam. Similiter Apollonius; in quo Cicero iocatur hoc idem non licere homini Graeco, quod equiti Romano. *Suo iure* est ironice dictum.

de Metello] Quis hic Metellus fuerit incertum est. Corrado quidem Clodii frater designari videtur Metellus Nepos. Hunc tamen negat intelligi Manutius, quia Asconius in orat. pro Scauro, qui reus factus est biennio post Domitio et Appio Coss. narret, hunc Scaurum, antequam de eo iudices ferrent, laudatum esse a novem consularibus, in quibus Metellum Nepotem appellat. Itaque putat Metellum Creticum significari, qui Silano et Murena Coss. triumphavit. Ernesti de Metello Nepote accepit, nihil tamen ad elevandum scrupulum a Manutio iniectum attulit.

οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν] est hemistichium Homeri Odyss. X, 412. Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι. Raro autem Cicero integra proverbia citat, prima tantum verba ponit. *Pium*, inquit, *non est mortuis insultare.* Cicero vocem, more suo, non sententiam mutavit, quum pro κταμένοισιν, dixit φθιμένοισιν. *Manut.* Nempe *occisis* non poterat dicere, itaque reposuit *mortuis.*

nemo erat mortuus qui —] ἀποσιώπησις; qui esset improbior, vel ut Manutius, qui minus publicam causam tueretur. Lambini lectio facilior est: *sed tamen multis annis civis improbus nemo erat mortuus* scil. praeter hunc.

tui quidem tibi nummi] Vulgo legebatur, *qui quidem. Tibi nummi meo periculo sint.* Sed *tui* praeponendum censui, quod propter vicinum *qui* facile excidere potuit. Absque eo enim sententia Ciceronis ambigua est. Significat enim quod ad nummos tuos attinet, quos Metello credideras, eos te recuperaturum vel meo periculo spondeo.

quid enim vereris] Bosius aliique verba *tibi nummi meo periculo sint*, εἰρωνικῶς dicta accipiunt, quasi Cicero dice-

quemcunque heredem fecit? nisi Publium fecit? verum fecit non improbum; quamquam fuit ipse. Quare in hoc thecam nummariam non retexeris; in aliis eris cautior. Mea mandata de domo curabis: praesidia lo-

---

re velit, aeque incertam ac dubiam esse huius pecuniae Metello creditae solutionem, ac si Ciceronis periculo creditae fuissent; idque Ernestius eo traxit, quod Cicero solvere non potuisset, qui tum pecuniae inopia laboraret. Quae deinde sequuntur Bosius ita interpretatur: quid vereris, quemcunque Metellus heredem fecit, ne is scilicet hereditatem non cernat, quod eam damnosam existimet, nisi forte Publium heredem fecit? Non enim verendum est, sed pro certo habendum, neminem eam hereditatem aditurum, praeter Clodium, qui aere alieno quum totus sit obrutus, nullam quantumvis damnosam repudiaturus est hereditatem. Veruntamen improbe non fecit Metellus, quod affinem suum heredem fecit, quem sciebat certo hereditatem suam aditurum, itaque huius rei causa ne thecam numariam retexeris, i. e. aperieris, ut in eam nummos indas tibi debitas a Metello, ii enim tibi perierunt. Hactenus Bosius. Sed fateor me illa εἰρωνεία h. l. non delectari; in qua Ciceronis humanitatem vehementer desiderem. Itaque potius Ciceronem hic serio locutum arbitror. Atticum nempe qui veritus erat, ne sibi pecunia Metello nunc mortuo credita periret, consolatur, aitque nihil ei verendum esse; quoniam eius hereditas non ad improbum quendam devenerit; (sequor enim Iunii lectionem e Mss. erutam, *improbum*, pro vulg. *improbe*) et verba: *quare in hoc thecam nummariam non retexeris* ita accipio: nihil opus est ut ex arca tua aliam pecuniam depromas ad iacturam illius pecuniae resarciendam; numerabitur enim tibi ab herede Metelli.

in aliis eris cautior] quamquam tibi verendum non est, ne pecuniam Metello mutuam datam perdas, tamen, quod fieri potuisset, quum tibi non satis cavisses, ut illam perderes, in aliis tibi diligentius e. c. hypotheca aut sponsoribus cavebis, vel omnino non apud improbos pecuniam foenori locabis.

praesidia locabis] adversus Clodii impetus, quos forte facere possit in meam, quae aedificatur, domum.

cabis: Milonem admonebis. Arpinatium fremitus est incredibilis de Laterio. Quid quaeris? equidem dolui. ὁ δὲ οὐκ ἐμπάζετο μύθων. Quod superest, etiam puerum Ciceronem curabis, et amabis, ut facis.

EPISTOLA CXI. (Att. IV. 8.)

Scr. Antii mense Maio A. U. C. 697.

Epistolae Attici, qui domum Antii vel in agro suburbano habere voluerat, respondet; librariorum ab eo sibi missorum operam laudat; quomodo se gladiatores Attici gesserint, quaerit.

CICERO ATTICO, S.

Multa me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis, quam patina tyrotarichi. Nam de raudusculo quod scribis, μήπω μέγαν εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.

Milonem admonebis] ut ipse sit paratus, si forte Clodius aedificationem velit impedire, ut ep. ad Att. III. 3.

de Laterio] Laterium erat villa Q. Ciceronis in Arpinati, quam aedificiis, aquaeductibus et viis ornabat, ut constat ex ep. 1. lib. III. ad eundem. Sed ut videtur Arpinates vicinos suos hac re offenderat, quod Marcus frater dolebat. Ille vero non curabat sermones illorum. *Popma.* Et hic quidem, ut Iunius quoque, verius hoc explicavit, quam Corradus, qui fremitum Arpinatium tribuit eorum indignationi, quod Quintus Laterium suum venditaret. Id Arpinates curabant scilicet.

ὁ δὲ οὐκ ἐμπάζετο μύθων] *hic vero non curabat quae dicebantur.* Homer. Odyss. A. 271. 305.

Epist. CXI. *patina tyrotarichi*] Hoc genus obsonii ex caseo, salsamentis aliisque, quae ut Apicius de arte coquinar. IV. 2. docet, addi solebant, confectum, erat paulo vilius, et potius a frugalibus, quam lautis hominibus expetebatur; quod colligitur ex Ciceronis epistola ad Paetum (ad Fam. IX. 16.) unde simul discitur eo cibo Ciceronem quum apud Paetum coenaret, sae-

Aedificati tibi in agris nihil reperio. In oppido est quiddam, de quo est dubium, sitne venale, ac proximum quidem nostris aedibus. Hoc scito, Antium esse Romae, ut Corcyrae Buthrotum illud tuum. Nihil quietius, nihil alsius, nihil amoenius; εἴη μισητὸς φίλος οἶκος. Postea vero quam Tyrannio mihi libros disposuit, mens addita videtur meis aedibus: qua quidem in re mirifica opera Dionysii, et Menophili tui fuit. Nihil venustius, quam illa tua pegmata, post-

---

pius vesci solitum esse. Sed an h. l Cicero dicere voluerit, Atticum per iocum scripsisse, si Cicero tam parce vivat, ut etiam patinam tyrotarichi non fastidiat, eum brevi divitem futurum, affirmare non ausim. Certe nuper Cicero ad Quintum fratrem scripserat, ep. 104. se paulo liberalius victitare quam soleret. Nec magis certum, quod sequitur de raudusculo, id eo pertinere, quod Atticus de pecuniae summa, a tenuibus initiis sensim crescente, scripserit. Sane huc trahi potest senarius Sophoclis, qui est apud Stobaeum c. 93. quo hic utitur Cicero; cuius sententia: *neminem magnum dixeris, priusquam mortuum videris*, hanc vim habere poterat, ut Cicero negaret Attici praesagitioni de Ciceronis divitiis, antequam mortuus esset, auctoritatem certam constare.

aedificati] Atticus iusserat Ciceronem circumspicere villam in agro Antiati, vel domum in ipso Antii oppido, quam emere posset.

Antium esse Romae] Sic Ernestius edidit, quum vulgo esset: *Antium Buthrotum esse Romae, ut Corcyrae illud tuum.* Sic et sensus facilis et apta verborum collocatio.

εἴη μισητὸς φιλὸς οἶκος] *adduci possim ut domum urbanam in Palatio fastidiam, alias tam caram;* tanta est aedium, quas Antii habeo, omninoque totius oppidi suavitas.

Dionysii et Menophili] librariorum quos Atticus Ciceroni roganti miserat. cf. ep. 105. 106.

illa tua pegmata] Sensus est: postquam libris meis titulos addidere, plutei, ad modum structi tuorum, admodum pulcri facti sunt. *Ernesti.*

quam mi sittybis libros illustrarunt. Valde velim scribas ad me de gladiatoribus, sed ita, bene si rem gerunt: non quaero male si se gessere.

EPISTOLA CXII. (ad Div. V. 3.)

Scripta in Hispania A. U. C. 697.

Fratris contumelias a se despici et Ciceronis officiis leniri, ac de suis rebus ad Lollium scripsisse significat.

Q. METELLUS NEP. S. D. M. T. CICERONI.

Hominis importunissimi contumeliae, quibus crebris concionibus me onerat, tuis erga me officiis leniuntur: et, ut sunt leves ab eiusmodi homine, a

---

valde velim scribas ad me] Vulgo edebatur *valde est. Scribas ad me.* Lambinus: *valde ut scribas ad me velim.*

de gladiatoribus] Videtur Atticus gladiatores suos, quorum ludum coëmerat aedili cuidam ad edenda munera locasse.

Epist. CXII. *hominis importunissimi*] Non dubito quin P. Clodium fratrem consobrinum designet, qua in sententia fuerunt Manutius, Ernestius aliique. Paululum nuper addubitavit Martyni-Laguna, cui cogitandum potius videtur de illo Metello quem cum Appio et Clodio coniunxit Cicero ep. 89. (ad Att. IV. 3.) Idem Glandorpio visum in Annott. ad Cic. Epp. p. 141.

quibus me onerat] Clodius, in Metellum Nepotem invehebatur, quum alias fortasse ob causas, tum quod inimicitiam erga Ciceronem deposuerat. Contumelias Manutius interpretatur in Ciceronem coniectas; ut Metellus dicat sibi molestas esse illas, quod se impudentiae fratris pudeat. Verum si hoc Metellus voluisset, dicere non poterat illas contumelias leniri Ciceronis officiis. Nam quo officiosior in eum erat Cicero, eo molestiores esse oportebat contumelias, quibus frater illum onerabat. Ergo de contumeliis in Metellum ipsum accipiendum.

me despiciuntur; libenterque commutata persona, te mihi fratris loco esse duco. De illo ne meminisse quidem volo; tametsi bis eum invitum servavi. De meis rebus, ne vobis multitudine literarum molestior essem, ad Lollium perscripsi; de rationibus provinciae, quid vellem fieri, ut is vos doceret, et commonefaceret. Si poteris, velim pristinam tuam erga voluntatem conserves. Vale.

EPISTOLA CXIII. (ad Div. I. 7.)

Scr. Romae mense circiter Maio A. U. C. 697.

De epistolarum ad Lentulum crebritate 1. *de amicorum, inprimis de Pompeii in eum animo* 2. *de eius sententia atque auctoritate in causa de Ptolemaeo a Lentulo in Aegyptum reducendo* 3. *cui addit suum ipsius consilium* 4. *de suo ipsius* 5. *et de rei publicae statu* 6. *de Crassipedis et Tulliae coniugio* 7. *de Lentuli filio* 8.

---

commutata persona, te mihi fratris loco esse duco] h. e. in Clodio fratrem non amplius agnosco; ac te potius, quum adeo sis in me officiosus, in fratris loco habeo.

de illo, ne meminisse] Inter verba *de illo* — et *ne meminisse* Martyni-Laguna quaedam excidisse putat; integra tamen omnia videntur, si *de illo*, ut saepe, interpreteris *quod ad illum attinet*; ut nostri: *Was jenen betrifft, so denke ich gar nicht weiter an ihn.*

bis eum invitum servavi] e. c. quum de vi a Milone accusatus esset. Et dicit *invitum*, quod Clodius furore suo hoc ipsum velle videbatur, ut se perditum iret.

multitudine literarum] abest a Ms. nostro. Pro *Lollium* idem Ms. et Gu. et edd. pr. *Laelium*. Intelligendus videtur M. Lollius Clodianus, cuius saepe in Or. pro Domo mentio. *Perscripsi* est diligenter scripsi omnia, ni quis malit *scripsi* ut in libro Ms. repertum est. Per *commonefaceret* Ms. noster *confirmaret*. — *Ernesti.*

provinciae] Hispaniae, quam Metellus Nepos pro consule administrabat.

M. T. CICERO P. LENTULO PROCOS. S. D.

Legi tuas literas, quibus ad me scribis, gratum tibi esse, quod crebro certior per me fias de omnibus rebus, et meam erga te benivolentiam facile perspicias: quorum alterum mihi, ut te plurimum diligam, facere necesse est, si volo is esse, quem tu me esse voluisti: alterum facio libenter, ut, quoniam intervallo locorum, et temporum disiuncti sumus, per literas tecum quam saepissime colloquar. Quodsi si rarius fiet, quam tu exspectabis, id erit causae, quod non eius generis meae literae sunt, ut eas audeam temere committere. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus recte dem, non praetermittam.

Quod scire vis, qua quisque in te fide sit, et vo- 2
luntate: difficile dictu est de singulis. Unum illud audeo, quod antea tibi saepe significavi, nunc quoque, re perspecta, et cognita, scribere: vehementer quosdam homines, et eos maxime, qui te et maxime debuerunt, et plurimum iuvare potuerunt, invidisse dignitati tuae: simillimamque in re dissimili, tui temporis nunc, et nostri quondam fuisse rationem; ut, quos tu rei publicae causa laeseras, palam te oppugnarent: quorum auctoritatem, dignitatem, voluntatemque defenderas, non tam memores essent virtutis tuae, quam laudis inimici. Quo quidem tempore, ut perscripsi ad te antea, cognovi Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum: ex magistratibus autem L. Racilium et fide, et animo in te singulari. Nam nostra

---

Ep. CXIII. 2. *et eos maxime*] Graevius *maxime* deleri vult, quia statim iterum est. Sed *et eos* nimis abruptum et ieiunum foret, si esset sic a Cicerone *et eos quidem* dixisse videretur. Non autem displicet illa repetitio quae et aliquid efficaciae habet. *Ernesti.*

L. Racilium] hoc anno tribunum plebis.

te cum classe, atque exercitu proficisci Alexandriam; ut, quum eam pace, praesidiisque firmaris, Ptolemaeus redeat in regnum; ita fore, ut per te restituatur, quemadmodum senatus initio censuit; et sine multitudine reducatur, quemadmodum homines religiosi Sibyllae placere dixerunt. Sed haec sententia sic et illi, et nobis probabatur, ut ex eventu homines de tuo consilio existimaturos videremus; si cecidisset ut volumus, et optamus, omnes te et sapienter, et fortiter: sin aliquid esset offensum, eosdem illos et cupide et temere fecisse dicturos. Quare quid assequi possis, non tam facile est nobis, quam tibi, cuius prope in conspectu Aegyptus est, iudicare. Nos quidem hoc sentimus: si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri, non esse cunctandum; si dubium sit, non esse conandum. Illud tibi affirmo, si rem istam ex sententia gesseris, fore, ut absens a multis, quum redieris, ab omnibus collaudere. Offensionem esse periculosam, propter interpositam senatus auctoritatem religionemque, video. Sed ego te, ut ad certam lau-

---

atque exercitu] non ut Ptolemaeum cum exercitu reducas, sed, ut eo Ptolemaide aut aliquo propinquo loco collocato, ipse cum exercitu Alexandriam profectus, regem cum Alexandrinis in gratiam restituas. Ita nihil commiseris neque contra senatus consultum, neque contra religionem; non enim regem cum multitudine reduces. *Manut.*

pace] te auctore facta inter Ptolemaeum et Alexandrinos. *Manut.*

praesidiisque] ut Alexandrini praesidii metu a te relicti pacem servent, nec nova consilia suscipiant. Leves enim et infidi Alexandrinorum animi, utpote qui bis iam Ptolemaeum eiecerant. *Manut.*

redeat in regnum] non a te reducatur, ne contra senatus voluntatem committas, sed Alexandria prius a te pace praesidiisque firmata, ipse redeat. *Manut.*

dem adhortor, ſic a dimicatione deterreo: redeoque ad illud, quod initio ſcripſi, totius facti tui iudicium non tam ex conſilio tuo, quam ex eventu homines eſſe facturos.

Quod ſi haec ratio rei gerendae, periculoſa tibi 4 eſſe videbitur, placebat illud, ut, ſi rex amicis tuis, qui per provinciam imperii tui pecunias ei credidiſſent, fidem ſuam praeſtitiſſet, et auxiliis eum tuis, et copiis adiuvares. Eam eſſe naturam, et regionem provinciae tuae, ut illius reditum vel adiuvando confirmares, vel negligendo impedires. In hac ratione quid res, quid cauſa, quid tempus ferat, tu facillime, optimeque perſpicies: quid nobis placuiſſet, ex me potiſſimum putavi te ſcire oportere.

Quod mihi de noſtro ſtatu, de Milonis familia- 5 ritate, de levitate, et imbecillitate Clodii gratularis: minime miramur, te tuis, ut egregium artificem, praeclaris operibus laetari: quamquam eſt incredibilis hominum perverſitas (graviori enim verbo uti non libet) qui nos, quos favendo in communi cauſa retinere potuerunt, invidendo abalienarunt: quorum malivolentiſſimis obtrectationibus nos ſcito de vetere illa noſtra, diuturnaque ſententia prope iam eſſe depulſos,

---

4. *qui per provinciam imperii tui pecunias ei credidiſſetat*] Hanc Victorii lectionem, quam ille in omnibus Mſſ. invenerat recte nuper reſtituit Martyni-Laguna. Poſt Victorium vitioſa Medicei codicis ſcriptum invaluit: *qui per provinciam atque imperii tui provincias ei crediđiſſent.*

5. *levitate et imbecillitate*] *levitate*, quum aliquid quotidie contra leges et bonos viros conetur; *imbecillitate*, quia quod conetur, efficere non poſſit. Adverſabantur autem nefariis eius conatibus Cicero imprimis et Milo, ille conſilio, hic etiam manu. *Manut.*

prope iam eſſe depulſos] qui haec verba cum ep. 106. et 109. diligenter comparaverit, non dubitabit hanc epiſtolam haud multo poſt

propugnatio, ac defensio dignitatis tuae, propter magnitudinem beneficii tui, fortasse plerisque officii maiorem auctoritatem habere videatur, quam sententiae. Praeterea quidem de consularibus nemini possum aut studii erga te, aut officii, aut amici animi esse testis. Etenim Pompeium, qui mecum saepissime, non solum a me provocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis, temporibus illis non saepe in senatu fuisse. Cui quidem literae tuae, quas proxime miseras, quod facile intellexerim, periucundae fuerunt; mihi quidem humanitas tua, vel summa potius sapientia, non iucunda solum, sed etiam admirabilis visa est. Virum enim excellentem, et tibi tua praestanti in eum liberalitate devinctum, nonnihil suspicantem, propter aliquorum opinionem suae cupiditatis, te ab se abalienatum, illa epistola retinuisti. Qui mihi quum semper tuae laudi favere visus est, etiam ipso suspiciosissimo tempore Caniniano: tum vero, lectis tuis literis, perspectus est a me, toto animo de te, ac de tuis orna-

---

non saepe in senatu fuisse] ut, quum post orationem pro Milone habitam, quum senatus in curiam vocatus esset, domi se continebat. Ep. 99, 3. Praeterea quod Manutius non neglexit, tum quum esset cum imperio curationi frumentariae praepositus, ingredi urbem ei non licebat, nisi ingrediendi veniam a senatu petiisset.

mihi quidem] duo antiquiores Codd. Dresd. 1. et 2. omittunt particulam *quidem*, probante Benedicto. Si quid mutandum sit, malim eius loco *autem* scribi.

liberalitate] Liberalis in Pompeium Lentulus fuerat, quum de frumentaria curatione ad eum deferenda et egerat consul et obtinuerat. *Manut.*

suae cupiditatis] Ptolemaeum reducendi.

tempore Caniniano] antequam Caninii rogatio de rege Ptolemaeo per Pompeium restituendo refrixisset. Suspiciosissimum hoc tempus erat, quod tum maxime multi suspicabantur Pompeium ipsum vehementer cupere sibi hoc negotium mandari.

mentis, et commodis cogitare. Quare ea, quae scribam, sic habeto, me cum illo re saepe communicata de illius ad te sententia, atque auctoritate scribere.

Quoniam senatusconsultum nullum exstet, quo 3
reductio regis Alexandrini tibi adempta sit: eaque, quae de ea scripta est, auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habeat, ut magis iratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium esse videatur: te perspicere posse, qui Ciliciam, Cyprumque teneas, quid efficere, quid consequi possis; et, si res facultatem habitura videatur, ut Alexandriam, atque Aegyptum tenere possis: esse et tuae, et nostri imperii dignitatis, Ptolemaide, aut aliquo propinquo loco rege collocato,

---

de illius ad te sententia atque auctoritate] Nempe ea quam statim exponit §. 3.

3. *exstet — haberet*] optime in hac obliqua orationis structura coniunctivos posuit Martyni-Laguna, quum sequatur te *suspicere posse*. Vulgo *exstat — habet*.

tantam vim] non hic magnitudinem intelligi posse Ernestius opinabatur, putabatque scribendum *eam vim*. At erat in hac senatus auctoritate ἀνθολκή quaedam repugnationis; aut nimia in repugnando vehementia. Quum enim vellent impedire ne Lentulus regem reduceret, eum omnino reducendum non esse censebant. Ergo bene se habet *tantam vim*.

consilium] Graevius edidit *consultum*. Sic et alii. Sed *consilium* melius respondet *praedio*. *Ernesti*. Recte; accedit etiam, ut Benedictus animadvertit, quod Cicero paulo ante SCtum negarat factum esse.

Cyprumque] post legem Clodiam Pisone et Gabinio coss. latam, Cyprus insula a Lentulo simul cum Cilicia est administrata. Et quia Cyprus et Cilicia Aegypto propinquae sunt, ideo longe melius, quam Cicero et Pompeius, qui Romae erant, perspicere Lentulus poterat, quid efficere et quid confici posset. *Manut.*

Ptolemaide] oppido Alexandriae propinquo. *Manut.*

bantur, per ſenatum conſecuti ſunt. Nam et ſtipendium Caeſari decretum eſt, et decem legati: et, ne lege Sempronia ſuccederetur, facile perfectum eſt. Quod ego ad te brevius ſcribo, quia me ſtatus hic rei publicae non delectat: ſcribo tamen, ut te admoneam, quod ipſe, literis optimis a pueritia deditus, experiendo tamen magis, quam diſcendo cognovi, tu, tuis rebus integris, diſcas, neque ſalutis noſtrae rationem habendam nobis eſſe ſine dignitate, neque dignitatis ſine ſalute

7 Quod mihi de filia, et de Craſſipede gratularis, agnoſco humanitatem tuam: ſperoque, et opto, nobis hanc coniunctionem voluptati fore.

8 Lentulum noſtrum eximia ſpe, ſummae virtutis adoleſcentem, quum ceteris artibus, quibus ſtuduiſti

---

ſe aſſequi arbitrabantur; ut *aſſequi* pro *aſſequunturos* dictum ſit, ut ſaepe.

nam et ſtipendium—facile perfectum eſt] Silentio praeterit ſe ipſum his honoribus Caeſari habendis auctorem fuiſſe, quod in oratione de provinciis conſularibus c. 8. ſeqq. in ſenatu, ubi nec negare nec diſſimulare poterat, a ſe factum defendit. Ad Lentulum autem ſcribens veritus eſſe videtur, ne ille ſibi hoc vitio verteret, quoniam illa conſilii et ſententiae mutatio ſibi ipſi ſubturpicula videbatur cf. ep. 106.

quod ego] Vulgo abeſt *ego*, recte a Manutio, Bengelio, Benedicto additum, et ab hoc plus ſeptem codicum auctoritate firmatum.

literis optimis] Vulgo *literis omnibus.* Martyni-Laguna dedit *literis omnibus optimis.* Nobis *optimis* ſimpliciter poſitum placet; nam adiectum *omnibus* abundat.

tu tuis rebus] Octo libri a Benedicto collati, hunc ordinem tenent verborum, a Victorio, Manutio, Bengelio ſervatum. Vulgo *tu rebus tuis.*

7. *de filia et Craſſipede*] Iterum ex hoc loco patet epiſtolam hanc A. U. C. 697. ſcriptam eſſe. Si enim hanc coniunctionem cum Craſſipede Lentulus anno demum inſequente Tullio gratulatus eſſet, ſera nimis fuiſſet gratulatio.

ſemper ipſe, tum in primis imitatione tui fac erudias. Nulla enim erit hac praeſtantior diſciplina: quem nos, et quia tuus, et quia te dignus eſt filius, et quia nos diligit, ſemperque dilexit, in primis amamus, carumque habemus.

EPISTOLA CXIV. (ad Div. XIII. 6.)

Scr. Romae A. U. C. 697. incertum quo menſe.

Cuſpii amicum L. Iulium ab illo rogatus Valerio Procoſ. diligentiſſime commendat.

M. T. CICERO Q. VALERIO, Q. F. ORCAE, PROCOS. S. P. D.

Si vales, bene eſt: valeo. Credo te memoria tenere, me et coram P. Cuſpio tecum locutum eſſe, quum te proſequerer paludatum, et item poſtea pluribus verbis tecum egiſſe, ut, quoscumque tibi eius neceſſarios commendarem, haberes eos in numero meorum neceſſariorum. Id tu pro tua ſumma erga me benivolentia, perpetuaque obſervantia mihi liberaliſſime, atque humaniſſime recepiſti. Cuſpius, homo in omnes ſuos officioſiſſimus, mirifice quosdam homines ex iſta provincia tuetur, et diligit, propterea quod fuit in Africa bis, quum maximis ſocietatis negotiis praeeſſet. Itaque hoc eius officium, quod adhibet erga illos, ego mea facultate, et gratia ſoleo, quantum poſſum, adiuvare. Quare Cuſpianorum omnium commendationis cauſam hac tibi epiſtola exponendam putavi. Reli-

---

Epiſt. CXIV. *paludatum*] Paludati ibant in provincias. Et Valerium Orcam hoc ipſo anno Africam pro conſule rexiſſe docuit Pighius in annalibus Tom. III. p. 384.

ſocietatis] publicanorum qui Africae vectigalia exigebant. Erant autem ſingularum provinciarum ſocietates; et Bithynica nominatur ad. Fam. XIII. 9. *Manut.*

quis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quae mihi tecum convenit, et simul significem, de numero esse Cuspii amicorum. Sed hanc commendationem, quam his literis consignare volui, scito esse omnium gravissimam. Nam P. Cuspius singulari studio contendit a me, ut tibi quam diligentissime L. Iulium commendarem. Eius ego studio vix videor mihi satisfacere posse, si utar verbis iis, quibus, quum diligentissime quid agimus, uti solemus. Nova quaedam postulat, et putat me eius generis artificium quoddam tenere. Ei ego pollicitus sum, me ex intima nostra arte deprompturum mirificum genus commendationis. Id quando assequi non possum, tu re velim efficias, ut ille genere mearum literarum incredibile quiddam perfectum arbitretur. Id facies, si omne genus liberalitatis, quod et ab humanitate, et potestate tua proficisci poterit, non modo re, sed etiam verbis, vultu denique exprompseris: quae quantum in provincia valeant, vellem expertus esses. Sed tamen ipsum hominem, quem tibi commendo, perdignum

---

ut notam] Inter Ciceronem et Valerium in Africam proficiscentem convenerat, ut quibus literis ei Cicero aliquem vere atque ex intimo animi sui sensu, non ex aliorum voluntate commendaret, signum quoddam apponeret, ut graves commendationes a levibus distinguerentur. *Manut.*

quae quantum in provincia valeant vellem expertus esses] Ex hoc loco Manutius colligit, Valerium paulo ante quam haec epistola scripta esset, in provinciam Africam venisse; id quod etiam confirmatur eius initio, ubi Cicero Orcae in memoriam revocat, quid cum eo, quum prosequeretur paludatum, locutus esset. Ergo nullum dubium esse potest, quin haec epistola ad annum 697. referenda sit, quo anno Africam Valerius Orca proconsul administravit.

sed tamen] Vulgo additur *suspicor*, quod prorsus alienum est, et iam ab Ernestio uncis circumscriptum. Sequitur enim *credo*, a quo tota constructio pendet.

esse tua amicitia, non solum, quia mihi Cuspius dicit, credo, (tametsi id satis esse debebat,) sed quia novi eius iudicium in hominibus, et amicis deligendis. Harum literarum vis quanta fuerit, propediem iudicabo; tibique, ut confido, gratias agam. Ego, quae te velle, quaeque ad te pertinere arbitrabor, omnia studiose, diligenterque curabo. Cura, ut valeas.

EPISTOLA CXV. (ad Div. XIII. 6.)

Scr. Romae A. U. C. 697.

Valerio Proconsuli P. Cornelium commendat.

M. T. CICERO Q. VALERIO Q. F. ORCAE PROCOS. S. P. D.

P. Cornelius, qui tibi has literas dedit, est mihi a P. Cuspio commendatus: cuius causa quanto opere cuperem, deberemque, profecto ex me facile cognosti. Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuspius quam maximas, quam primum, quam saepissime gratias agat. Vale.

EPISTOLA CXVI. (ad Q. Fr. II. 8.)

Scr. exeunte mense Iunio A. U. C. 697.

Scribit se summo fratris desiderio teneri, et Gabinio supplicationem a senatu denegatam, de agro Campano autem nihil actum refert.

MARCUS Q. FRATRI, S.

O literas mihi tuas iucundissimas, exspectatas,

Epist. CV. *P. Cornelius*] Vulgo haec epistola adluitur proxime praecedenti; complures tamen libri scripti hic recte novae epistolae initium faciunt; id quod etiam ab editoribus quibusdam iam olim est observatum.

has literas] Sic recte edd. vett. Male omissum *has* in recentioribus nonnullis.

Epist. CXVI. *iucundissi-*

ac primo quidem cum desiderio, nunc vero etiam cum timore! Atque has scito literas me solas accepisse post illas, quas tuus nauta attulit, Olbia datas. Sed cetera (ut scribis) praesenti sermoni reserventur. Hoc tamen non queo differre. Id. Maiis senatus frequens divinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. Adiurat Procilius hoc nemini accidisse. Foris valde plauditur. Mihi quum sua sponte iucundum, tum iucundius, quod me absente (est enim εἰλικρινὲς iudicium) sine oppugnatione, sine gratia nostra. Eram Antii. Quod idibus, et postridie fuerat dictum, de agro Campano actum iri, non est actum. In hac causa mihi aqua haeret. Sed plura quam constitueram. Coram enim. Vale, mi optime, et optatissime frater,

---

mas] quibus Quintus scripserat se feliciter e Sardinia in Italiam rediisse.

nunc vero etiam cum timore] ne quid tibi sinistri in navigatione accidisset.

in supplicatione Gabinio deneganda] Gabinius qui tum Syriam procos. regebat, literas miserat ad senatum, quibus ut sibi supplicatio decerneretur, postularat, quod in Palaestina contra Aristobuli filium Alexandrum, ipsumque Aristobulum rem bene gessisset. Haec supplicatio ei magna cum ignominia a senatu denegata est. cf. Cic. orat. de Prov. cons. c. IV.

Procilius] hoc anno tribunus plebis.

foris] h. e. a populo plauditur senatui.

εἰλικρινὲς iudicium] sincerum illud est ac simplex iudicium senatus, nihil in eo gratiae meae tribuit. *Manut.*

de agro Campano] ex eo SCto quod non. Apr. ex Ciceronis sententia factum erat. ut de agro Campano frequenti senatu idibus Maii referretur. Vid. ep. 149. (ad Div. I. 9.)

mihi aqua haeret] haerebat Cicero dubius animi quid ageret, utrum agri Campani venditionem probaret, quod videbatur e rep. an Pompeio gratificaretur, qui dividi potius agrum illum suis veteribus militibus voluisset. *Manut.*

et advola. Idem te noſtri rogant pueri. Illud ſcilicet, coenabis cum veneris.

EPISTOLA CXVII. (Att. IV. 7. extr.)

Scr. in Antiati circa autumnum A. U. C. 697.

De Domitio conſulatu quem petierat deiecto; de variis rebus domeſticis.

CICERO ATTICO, S.

Apenas vix diſceſſerat, quum epiſtola. Quid ais? putasne fore, ut legem non ferat? dic, oro te, clarius: vix enim mihi exaudiſſe videor. Verum ſtatim fac ut ſciam, ſi modo tibi eſt commodum. Ludis quidem, quoniam dies eſt additus, eo etiam melius hic

---

illud ſcilicet, coenabis] h. e. illud ſcito, nos te ad coenam exſpectare; nam Quintus fortaſſe ſcripſerat ſe poſt coenae tempus in urbem venturum; itaque hoc ſe ei concedere ob ſummum eius videndi deſiderium negat, poſtulatque, ut ante coenam veniat, apud ipſum coenaturus.

Epiſt. CXVII. *Apenas*] Recte iudicavit Manutius hic eſſe initium novae epiſtolae, non partem extremam eius quae eſt in hac editione CXI. Apenas eſt ſervi tabellarii nomen.

quum epiſtola] ſcil. a te venit.

ut legem non ferat] Prorſus incertum quo de legis latore, aut qua de lege loquatur; idque iam Manutius divinari poſſe negavit.

dic — clarius; vix — exaudiſſe vereor] feſtive iocatur. Ut enim ſi quis, quicum colloquimur, incredibilia nobis narret, haud recte eius verba exaudiſſe aimus, ſive id ipſi ſuſpicemur, ſive per iocum ſingamus; ſic hoc loco ſingit ſe Attici verba non exaudiſſe, quaſi eum hoc narrantem audiverit, non abſentis literas legerit. Itaque Germanice ſic reddiderim: *Sprich ein wenig lauter; denn ich habe wohl nicht recht gehört.*

ludis] ſcil. gladiatoriis.

illo miserius? nisi res publica; in qua ne speratur quidem melius quidquam. De Natta ex tuis primum scivi literis; oderam hominem. De poëmate quod quaeris; quid si cupiat effugere? quid? sinas? De Fabio Lusco quod eram exorsus; homo peramans semper nostri

---

sit. *Fasti codicillorum* sunt fasti privati. *Ernesti.* Falso autem Ernestius haec verba sic accepit, quasi illi fasti codicillorum Domitio tribuerentur. Immo vero ille, qui in suorum codicillorum fastis longas futurorum consulum paginulas habere dicitur, est Pompeius. Itaque inter *ut* et *non minus* inserendum puto pronomen *hic*, quod referatur ad illa verba *cum altero*, quibus Pompeius designabatur. Iocose enim Cicero ait, si est ut Pompeius iam longam seriem futurorum consulum habeat, qui suo et Caesaris arbitrio per proximos annos illum honorem adepturi sint; idque ὑπερβολικῶς sic enuntiat, quasi fieri possit, ut vel ad trecentos annos in fastis privatis s. codicillis suis consules designaverit.

de Natta] nempe L. Natta, quo pontifice praeeunte Clodius Ciceronis domum consecrarat.

de poëmate — si cupiat effugere] Nempe e tenebris domesticis, in quibus latet, premente domino, in lucem, ut ab omnibus legi possit. Poëma videtur intelligi, quod *de temporibus suis* scripsit. *Ernesti.*

de Fabio Lusco] Videtur idem esse, quem commendat ep. ad Div. IX. 25.

quod eram exorsus] Hoc obscurius dictum. Bosius coniiciebat legendum esse, ut in scidis repererat, *exosus.* Verum hoc alienum est. Ernestius interpretabatur, quod eram exorsus paulo ante, quam de Natta scripsi. Quomodo autem de Natta scribens exorsus erat de Fabio Lusco dicere, quem ne nominarat quidem? Itaque hoc referatur necesse est ad epistolam nuper ad Atticum scriptam, quae intercidit, in qua exorsus erat quaerere an ille Fabius Luscus sibi forte succenseat. Nisi forte transpositis verbis *quid quaeris*, et *quod eram exorsus* ita legendus sit hic locus: *De poëmate, quod eram exsus; quid si cupiat effugere? quid? sinas? De Fabio Lusco quod quaeris, homo* etc.

fuit, nec mi umquam odio. Satis enim acutus et permodestus, ac bonae frugi. Eum, quia non videbam, abesse putabam. Audivi ex Gavio hoc Firmano, Romae esse hominem, et fuisse assiduum. Percussit animum. Dices, tantulane causa? permulta ad me detulerat non dubia de Firmanis fratribus. Quid sit, quod se a me removit, si modo removit, ignoro. De eo, quod me mones, ut et πολιτικῶς me geram, et τὴν ἔσω γραμμὴν teneam; ita faciam. Sed opus est maiore

---

quia non videbam] quia me Romae non, ut antea, saepius convenerat.

ex Gavio hoc Firmano] an hic idem Gavius sit, qui Att. VI. 3. appellatur P. Clodii canis, quod Ernestius quasi suo iure sumit, incertum est.

tantulane causa] Nempe Atticus dicere poterat: nam quid tua refert, an te ille saepius salutatum veniat?

removit] Nihil opus erat quod coniunctivum *removeri* Ernestius reponeret.

τὴν ἔσω γραμμὴν] metaphora a stadio ducta. Quum enim quadrigae e carceribus emittebantur, aliae propiore, aliae remotiore anfractu circum metam currebant. Illae igitur interiorem, hae exteriorem lineam tenebant. Itaque τὴν ἔσω γραμμὴν tenere, est in cursu sibi prospicere, ut interiore h. e. breviore via uti possis. Sed in hac interiore linea vehementer cavendum erat, ne currus ad metam offenderet et frangeretur. At quoniam magnae artis erat metam fervidis rotis, ut Horatius ait, evitare, hoc autem loco Cicero, non tam id spectare videtur, quod gloriosissimum, sed quod tutissimum esset, haud scio an Manutius verum viderit, qui τὴν ἔξω γραμμὴν hic legendum putavit, ut sit sensus: quod me mones, ut hoc statu rei publ. qui impendet, in quo non optimates, sed potentes dominaturi videntur, ita me geram, ut sapientem reique publ. peritum civem decet (hoc enim valet πολιτικῶς) i. e. ut potentibus neque prorsus assentiam, neque sine ulla proficiendi spe, stulte repugnem, sed quasi lineam quandam teneam exteriorem, seorsimque ab eorum rationibus cursum dirigam: ego vero ita faciam.“ Quicquid sit sensum Manutius recte explicavit sive ἔσω sive ἔξω a Cicerone scriptum fuerit.

4 Pompeius in Cumanum Parilibus venit: misit ad me statim, qui salutem nuntiaret. Ad eum postridie mane vadebam, quum haec scripsi.

EPISTOLA CXIX. (ad Att. IV. 9.)

Scr. Neapoli IV. Kal. Maias. A. U. C. 698.

Quaerit quid tribuni de censu impediendo totaque de censura cogitent. 1. *de colloquio cum Pompeio narrat* 2. *Attico gratias agit* 3. *Quintum fratrem ad eum venturum* 4. *Cumano se Neapolim discessisse et in Pompe ianumire nuntiat* 5.

CICERO ATTICO, S.

Sane velim scire; num censum impediant tribuni

---

tali re semper absolute ponitur, et illa *ut properet*, *ut possis* in tanta vicinia aures Ciceronis nullo modo tulissent. *Ernesti.*

4. *in Cumanum*] praedium suum, Ciceronis Cumano vicinum.

Parilibus] IX. Kal. Maii.

Epist. CXIX. 1. *num censum impediant*] Recepi cum aliis correctionem veteris lectionis *impendant*. Sed res habet difficultatem. Nam Censores tum nulli fuere, et demum A. U. C. 705. C. Marcello et L. Paullo coss. post longum intervallum creati sunt. Itaque videtur hoc pertinere ad comitia creandis censoribus impedienda; quod diebus vitiandis fit. Deinde addit de censura ipsa universa, an eam sc. tollere lege in animo habeant aut mutare, limitibus novis circumscribendis, quale quid fecerat lege quadam Clodius. Sed tamen ep. ad Att. IV. 11. (h. ed. ep. 121.) censores memorantur. An haec aut illa epistola demum scripta est, quum censores essent? *Ernesti.* Nihil opus est ordinem epistolarum turbare. Nam non concedimus Ernestio nullos tum censores fuisse. Nam A. U. C. 692. Censores fuisse, et censum ab iis actum testatur Dio Cass. lib. 73. et Cicero epist. 22, 3. censorum mentionem facit, de quibus Asiani publicani vectigalia con-

diebus vitiandis, (est enim hic rumor) totaque de censura, quid agant, quid cogitent. Nos hic cum Pompeio fuimus. Multa mecum de re publica, sane sibi displicens, ut loquebatur: (sic est enim in hoc homine dicendum) Syriam spernens, Hispaniam iactans; hic quoque, ut loquebatur; et opinor, usquequaque

---

duxerant; etsi a neutro horum scriptorum nomina illorum censorum eduntur. Lex Clodia non sustulit censores, sed tantum cavit ne censores in senatu legendo praeterirent, nisi qui apud eos accusatus et utriusque censoris sententia damnatus esset. Itaque nec hoc anno urbis 698. defuerunt censores, etsi qui fuerint incertum est. Pighius in annal. ad h. d. fuisse putat M. Valerium Messalam, et M. Calpurnium Bibulum. Comitia Censorum a consulibus Marcellino et Philippo anno superiore habenda memoravit Cicero ep. 88, 2.

diebus vitiandis] hoc est e correctione Victorii et Manutii in ed. 1540. qui tamen post maluit *iniiciendis* i. e. intercalandis, quod in Mſ. repererat *initiandis*, ut alii post in aliis. At *initiandis* habent omnes edd. pr. Placet correctio Graevio. *Ernesti.* *Vitiare* dies dicuntur tribuni plebis, quum renuntiationibus interponendis impediant, quo minus agi cum populo possit.

nos hic cum Pompeio] locutus est cum Pompeio, in eius Cumano. Ad eum enim se iturum dixerat epistola superiore extr., et *hic* pro in his locis; ut recte Manutius interpretatur; scripsit enim hanc epistolam Neapoli, et a Cumano pridie iam discesserat.

sane sibi displicens] rei publicae statum, suamque sortem minime sibi placere simulans.

ut loquebatur.] solet enim aliud loqui, aliud sentire cf. ep. ad Div. VIII. 1.

Syriam — Hispaniam] C. Trebonius trib. pl. rogatione perlata Syriam Crasso, Hispanias Pompeio Coss. dederat. Crassus in provinciam profectus est; Pompeius ad urbem mansit; in Hispanias legatos misit, Afranium, Petreium, Varronem. *Manut.*

iactans] ita exagitans, quasi fastidiret; ut ostenderet, se provinciarum administrationem, quarum alii cupiditate flagrarent, minimi aestimare. *Manut.*

prudentia; quam a te, ut soleo, petam. Tu velim e Fabio, si quem habes aditum, odorere; et istum convivam tuum degustes; et ad me de his rebus, et de omnibus quotidie scribas. Ubi nihil erit, quod scribas; id ipsum scribito. Cura ut valeas.

EPISTOLA CXVIII. (ad Att. IV. 10.)

Scr. in Cumano IX. Kal. Maii A. U. C. 698.

Gn. Pompeio Magno II. M. Licinio Crasso II. Coss.

de Ptolemaeo in Aegyptum reducto. 1. *de studiis suis.* 2. *aedificationem suam Attico commendat.* 3. *se Pompeium in Cumano eius visurum nuntiat.* 4.

CICERO ATTICO, S.

Puteolis magnus est rumor, Ptolemaeum esse in regno. Si quid habes certius, velim scire.

2 Ego hic pascor bibliotheca Fausti. Fortasse tu putabas, his rebus Puteolanis et Lucrinensibus. Ne ista quidem desunt. Sed mehercule a ceteris oblecta-

---

istum convivam tuum] Sauseium, philosophum Epicureum.

degustes] ab eo expiscere, quae scire mea interest.

Epist. CXVIII. 1. *Ptolemaeum*] Aegypti regem duobus annis ante regno expulsum, de cuius reductione superioribus epistolis 92 — 96. 100. 101. 113. actum.

esse in regno] nempe restitutus erat iussu Pompeii ab A. Gabinio Syriae proconsule.

2. *bibliotheca Fausti*] hic est L. Cornelius Sulla Faustus, Sullae dictatoris filius, Faustae Milonis uxoris frater, Pompeii gener; quem unum cum Afranio et L. Caesare filio C. Caesar devicto Pompeio, voluit interfici. *Manut.*

his rebus] piscibus et praecipue ostreis, quibus sinus Puteolanus et lacus Lucrinus abundabat. *Popma.* Ergo non opus est quod Ursino placebat, pro *his rebus* legere *ostreis*.

tionibus ut deferor et voluptatibus, propter rem publicam, ſic literis ſuſtentor et recreor; maloque in illa tua ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, quam in iſtorum ſella curuli; tecumque apud te ambulare, quam cum eo, quocum video eſſe ambulandum. Sed de illa ambulatione fors viderit, aut ſi qui eſt, qui curet deus.

Noſtram ambulationem, et Laconicum, eaque, 3 quae Cyrea ſint, velim, quod poteris, inviſas; et urgeas Philotimum, ut properet; ut poſſim tibi aliquid in eo genere reſpondere.

---

ut deferor] hic *ut* inſerſi, ubi ab ultima praecedentis verbi abſorberi facile potuit, quod omnes fere agnoſcunt excidiſſe, ut ſequens *ſic* —. *Erneſti.*

quam in iſtorum] Pompeii et Craſſi, qui conſules hoc anno ſella curuli utebantur. Significat igitur Cicero, ſe his rei publicae temporibus vel conſulatui praeferre voluptatem e literarum ſtudiis petendam.

quocum video eſſe ambulandum] nempe cum Pompeio, cui iam propter eius potentiam in omnibus videbat obſequendum eſſe. Hoc enim illa *ambulatio* ſignificat: non ut Manutius putavit, ambulatio proprie dicta cum Pompeio, ad quem ſe in Cumanum iturum mox dicit.

de illa ambulatione] de meis in re publica conſiliis ad Pompeii nutum et voluntatem accommodandis.

3. *ambulationem*] quam ſibi propter domum Palatinam in urbe faciendam locaverat. Erat autem ambulatio hypaethria, cuius generis ambulationes praeſertim laxiores Vitruvius VI. 5. nobilium domus decere ait; earumque adornationem lib. V. 9. deſcribit, ubi de theatris agit.

Laconicum] de eius ratione et uſu nondum omnino conſtat. Hoc certum eſt, partem fuiſſe ſudationis in balneo; qua de re nuper poſt Galianum fuſius egit Schneiderus V. C. in egregiis ad Vitruvium commentariis Tom. II. p. 385 ſqq.

Cyrea] a Cyro architecto deſignata et inſtituta. Sic Victorius edidit. Olim legebatur: *eaque quae virida ſint.*

ut properet] hoc mihi valde de gloſſa ſuſpectum eſt; nam eſt in *urgeas*, quod in

Quod me admones de nostra Urania, suadesque, ut meminerim Iovis orationem, quae est in extremo illo libro: ego vero memini, et illa omnia mihi magis scripsi, quam ceteris.

2 Sed tamen postridie, quam tu es profectus, multa nocte cum Vibullio veni ad Pompeium. Quum-

---

editus erat cf. Ep. 28, 3. (ad Att. II. 3.) ut nunc demum tanquam novus ad Quintum fratrem mitti non posset. Itaque potius de eodem poëmate cuius mentio fit Ep. 117. (ad Att. IV. 7.) quod fuisse illud *de temporibus suis*, videtur accipiendum puto.

de nostra Urania] Lectionem, quae olim hic libros insederat, corruptam *de non curantia* certissime sic emendavit Malaspina. Nam libro I. de Divinatione c. 11. ubi plusculos ex eo versiculos recitat, ita loquitur: *Sed quo potius utar auctore, aut teste, quam te, cuius edidici etiam versus et libenter quidem, quos in secundo de consulatu Urania Musa pronuntiat.* Illam quum iam Victorius et Lambinus probassent, mirum est Tunstallum hic novum quid circumspexisse, cuius quidem coniectura *de nominum curatione* prorsus est inepta.

Iovis orationem] Ut enim in poemate de consulatu suo Calliopen et Uraniam loquentem induxerat, sic Iovem quoque; et huc auctorem invectivae in Ciceronem, quae Sallustii nomine fertur, his verbis respexisse iam Manutio visum: *quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerva omnes artes docuit, Iupiter optimus max. in concilium deorum admisit.*

2. *sed tamen*] ita loquimur interdum quum misso, qui erat institutus, sermone, novam aggredimur narrationem. Non enim est hic *sed tamen* ea sententia usurpatum, ut indicet contrarium aliquid iis, quae iam dixit. *Manut.*

postridie quam tu es profectus] Redierat Quintus e Sardinia superiore anno paulo post idus Maias, ut est supra ep. 113. rursus igitur Quintus Roma discesserat. *Manut.*

Vibullio] Rufo, Pompeii studiosissimo eiusdemque praefecto fabrum. Eius mentio fit epistola ad Lentulum (ad Div. I. 9.) ad Atticum saepe; et ap. Caesarem lib. I. de bello Civil. c. 15. *Manut.*

que ego egiſſem de iſtis operibus, atque inſcriptionibus, per mihi benigne reſpondit; magnam ſpem attulit. Cum Craſſo ſe dixit loqui velle; mihique ut idem facerem, ſuaſit. Craſſum conſulem ex ſenatu domum reduxi; ſuscepit rem; dixitque eſſe, quod Clodius hoc tempore cuperet per ſe, et per Pompeium conſequi: putare ſe, ſi ego eum non impedirem, poſſe me adipiſci ſine contentione quod vellem. Totum ei negotium permiſi, meque in eius poteſtate dixi fore. Interfuit huic ſermoni P. Craſſus adoleſcens, noſtri (ut ſcis) ſtudioſiſſimus. Illud autem, quod cupit Clodius, eſt legatio aliqua, ſi minus per ſenatum, per populum, libera, aut Byzantium, aut ad Brogitarum, aut utrumque. Plena res nummorum. Quod ego non nimium

---

operibus atque inſcriptionibus] Videtur eiusmodi res fuiſſe, quae fieri ſine publica conſenſione non poſſet. Itaque dabat operam Cicero, ne Clodius adverſaretur, et ut Pompeio, Craſſoque adiutoribus uteretur. Opera vero ipſa atque inſcriptiones, de quibus laborabat Quintus, crediderim ſignificari in ep. I. libri III. ubi mentio de Telluris aede fit. Nam ad eam aedem fieri quiddam atque inſcribi ſuo videlicet nomine Quintus volebat. Id curavit Cicero, ut ſcribit ipſe in eo loco, diligenter; ſtatuam etiam fratris locavit. *Manut.*

per Pompeium] cum quo in gratiam anno proximo redierat, concionemque acerbiſſimam in Marcellinum conſulem, Pompeii Craſſique conatibus reſiſtentem, habuerat. Dio lib. XXXIX. *Manut.*

in eius poteſtate] nempe in Craſſi, ut Cicero promitteret, ſe non impediturum ſi quid Clodio Craſſus concedere vellet.

P. Craſſus] M. conſulis filius, eloquentiae cum primis deditus; qui lege Clodia promulgata, cum Romanae iuventutis viginti fere millibus veſtitum Ciceronis cauſa mutaverat. Plutarchus in vita Cic. c. 33. *Manut.*

Byzantium aut ad Brogitarum] ut a Byzantiis, quod eos tribunus pl. ab exſilio ſua lege reſtituerat;

laboro, etiam si minus assequor, quod volo. Pompeius tamen cum Crasso locutus est; videntur negotium suscepisse. Si perficiunt: optime. Sin minus: ad nostrum Iovem revertamur.

---

a Brogitaro autem, quod eum Matris Magnae templo praefecerat, promissam pecuniam exigeret. Ideo subiungit Cicero: *plena res nummorum.* Hac utraque de re satis aperte in oratione pro Sextio: *Lege*, inquit, *tribunicia Matris Magnae Pessinuntius ille sacerdos expulsus, et spoliatus sacerdotio est; fanumque sanctissimarum atque antiquissimarum religionum venditum pecunia grandi Brogitaro, impuro homini, atque indigno illa religione, praesertim quum eam sibi ille non colendi sed violandi causa appetisset; reducti exsules Byzantium condemnati, tum quum indemnati cives e civitate eiiciebantur.* Et pro domo sua c. 20. *Idem tum lege tulisti, ut Cyprius rex cum bonis omnibus sub praecone subiiceretur, et exsules Byzantium reducerentur.* In ea vero de haruspicum responsis c. 13. *quid ago*, inquit, *id admiror, qui, accepta pecunia, Pessinuntem ipsum, sedem domiciliumque matris deorum, vastaris, et Brogitaro Gallograeco, impuro homini, ac nefario, totum illum locum fanumque vendideris?* Et quod ad Byzantios exsules attinet, negotium illud Cyprium tradit Plutarchus M. Catoni a Clodio esse commissum, ut eo diutius, dum eos lege Clodia, h. e. populi iussu restitueret, ab urbe abesset; quo scilicet ipse magis ad libidinem suam Cicerone expulso, Catone amandato remp. vexare posset. Exeundi igitur Clodio causa erat, ut syngraphas persequeretur suas. Unde in orat. de Harusp. resp. c. . *Deiotarus*, inquit, *est rex iudicio senatus, per nos; Brogitarum putabo regem, si habuerit, unde tibi solvat, quod ei per syngrapham credidisti.* — *Manut.*

etiamsi minus assequor, quod volo] Mea non multum refert, illane legatio Clodio concedatur, necne; etiamsi illud quod de operibus et inscriptionibus mihi tua causa concedi volo, minus assequar.

ad nostrum Iovem revertamur] quem sic fortasse in poëmate de temporibus suis loquentem induxerat, ut Ciceronem, etiamsi minus ex sententia res publica admi-

A. d. III id. Febr. ſenatus conſultum eſt factum 3
de ambitu in Afranii ſententiam, quam ego dixeram,

---

niſtraretur, ſuarum tamen virtutum laude ſe conſolari iuberet.

3. *de ambitu*] eorum magiſtratuum cauſa, quos proxime creari oportebat. Ii praetores erant. Nam conſules ex interregno creati iam erant Pompeius et Craſſus. Qui quum id ſpectarent, quod etiam conſecuti ſunt, ut petentibus praeturam M. Catone, et P. Vatinio, Catoni Vatinius, integerrimo civi omnium nequiſſimus anteferretur; neque id ſe poſſe obtinere ſine ambitu ſperarent, cavere ſibi a legibus voluerunt, ſenatus conſulto facto, ne qui praeturam per ambitum cepiſſet, ei propterea fraudi eſſet. Nimis hoc improbum atque iniquum videtur, ſed patet ex Plutarcho in Catone Uticenſi his verbis: οἱ δὲ καὶ τοῦτο δείσαντες, ὡς τῆς στρατηγίας ἀξιομάχου διὰ Κάτωνα πρὸς τὴν ὑπάτειαν γενησομένης, πρῶτον μὲν ἐξαίφνης, καὶ τῶν πολλῶν ἀγνοούντων, βουλὴν συναγαγόντες, ἐψηφίσαντο, τοῖς αἱρεθέντας στρατηγοὺς εὐθὺς ἄρχειν, καὶ μὴ διαλιπόντας τὸν νόμιμον χρόνον· Ἔπειτα διὰ τοῦ ψηφίσματος τὸ διδόναι δίκας ἀνυπεύθυνον κατασκευάσαντες, ὑπηρέτας αὐτῶν καὶ φίλους ἐπὶ τὴν στρατηγίαν προσῆγον, οὐ τοὶ μὲν δόντες ἀργυρίον, αὐτοὶ δὲ ταῖς ψήφοις φερομέναις ἐφεστῶτες. Et in Pompeio: τὸν Κάτωνα τοῦ δήμου στρατηγὸν αἱρουμένου, καὶ τὴν ψῆφον ἐπιφέροντος, Πομπήϊος ἔλυσε τὴν ἐκκλησίαν οἰωνοὺς αἰτιώμενος, ἀντίαν δὲ καὶ Βατίνιον ἀνηγόρευσαν, ἀργυρίῳ τὰς φύλας διαφθείραντες. Eſt igitur hoc SCtum non, ut alia, contra ambitum, ſed pro ambitu. Quod etiam inde fit apertius, quod factum eſt in Afranii ſententiam. Is enim nihil ad voluntatem Pompeii non adminiſtrabat, utpote qui conſulatum et eius opera adeptus eſſet, et eiusdem arbitratu geſſiſſet, ut eſt ad Att. I. 14. 15. (huius edit. ep.) addo illud, quod quum epiſtolam ita Cicero concluſerit; *quid multa? tenent omnia*, indicat nihil, contra quam vellent, eſſe factum. *Manut.*

quam ego dixeram] non, *quam ego dixeram in ſenatu.* Non enim eo turpitudinis Cicero veniſſet, ut quum antea conſul legem contra ambitum tuliſſet, idem ſententiam diceret, de impunitate iis danda, qui per ambitum deliquiſſent. Expono

quum tu adesses; sed magno cum gemitu senatus. Consules non sunt persecuti eorum sententias, qui Afranio quum essent assensi, addiderunt, ut praetores ita crearentur, ut dies LX privati essent. Eo die Catonem plane repudiarunt. Quid multa? tenent omnia: idque ita omnes intelligere volunt.

---

igitur *quam dixeram*, de qua tecum locutus eram. *Manut.* Nisi forte legendum est: *contra quam ego dixeram.*

sed magno cum gemitu senatus] nempe eorum, qui dissenserant, sed numero vincebantur.

non sunt persecuti eorum sententias] earum sententiarum rationem non habuerunt, ut de iis senatum consulerent.

Afranio quum essent assensi] Hos necesse est non optime animatos in rem publ. fuisse, qui Afranii sententiam pro ambitu dictam secuti sint. Id tamen argumentum videtur mentis non omnino pessimae, quod addiderunt, ut praetores ita crearentur, ut dies LX. privati essent, eo nimirum consilio, ut accusare volentibus eos, qui per ambitum praetores creati essent, spatium daretur. Nam, si praeturam protinus iniissent, accusandi locus non fuisset. Non enim eos, qui essent in magistratu, licebat postulare. Sed consules hoc non latuit. Itaque persequi sententias eorum noluerunt. Scriptumque est illud in SCto quod supra posuimus τοὺς αἱρεθέντας στρατηγοὺς εὐθὺς ἄρχειν; *ut creati praetores magistratum statim adirent.* Neque vero quisquam miretur, mense Februario de creandis praetoribus agi, qui mense Quintili postve designari soliti essent. Nam ita producta comitia erant, ut anni parte iam exacta, quo anno geri praeturam oportuisset, praetores tamen creati nondum essent; itaque dicit *crearentur*, quum designandi tempus abiisset. *Manut.*

dies LX] si recte atque ordine ageretur non LX tantum dies, sed menses quinque eoque amplius privatos esse oportebat. Quintili enim fere mense designabantur magistratus. *Manut.*

repudiarunt] Consules Pompeius et Crassus. Nullam enim eius videntur habuisse rationem, quum SCtum pro ambitu fecerunt. Vel potius, quia nomen eius, praeturam petentis, recipere noluissent; primum quod

EPISTOLA CXXI. (ad Q. Fr. II. 10.)

Scr. in Puteolano vel Cumano menſe Apr. vel Maio A. U. C. 698.

Fratrem iocoſe caſtigat, quod veritus eſſet ne ſe interpellaret, eumque ut mox advolet, et Marium adducat, rogat.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Tu metuis, ne me interpelles? primo ſi in iſto eſſem, tu ſcis, quid ſit interpellare. An te Ateius? mehercule mihi docere videbaris iſtius generis huma-

---

vir optimus Cato, hoc eſt Pompeii Craſſique improbis conatibus adverſarius; deinde quod L. Domitio Athenobarbo affinitate arctiſſime coniunctus. Eius enim ſororem, quod ex Plutarcho liquet, Domitius habebat in matrimonio. Domitium porro conſulatu deiecerant, quum legitimus eius eſſet annus, Pompeius et Craſſus. *Manut.*

Epiſt. CXXI. 1. *tu metuis ne me interpelles*] Quintus Cicero ad fratrem ſcripſerat, ſe eum in villa viſurum, niſi forte ei moleſtus futurus eſſet, aut eum interpellaturus.

ſi in iſto eſſem] ſi tot eſſem negotiis obrutus aut adeo ſtudiis immerſus, ut tu vereris.

an te Ateius?] An te Ateius nuper ut ſolet, moleſte interpellavit, etſi, uti ſolet, multis verborum ambagibus in excuſanda vel deprecanda hac moleſtia uſus, ut iſtum moleſtiae ſenſum quem ex eius interpellatione conceperas, mihi quoque, ſi me convenires, accidere poſſe ſomniares? Quis hic Ateius fuerit ad liquidum perduci haud poteſt. F. Iunius tamen coniecit eſſe Ateium Capitonem, cuius diligentiam in rebus novis perquirendis Cicero notat ad Att. lib. XIII. ep. 33. Minime vero quod Lambino in mentem venit, Ateii nomen cum Statii, qui libertus erat Quinti Ciceronis permutandum.

iſtius generis humanitatem] Scripſeras ita, quaſi velles exemplo tuo me docere, qua ratione aliquis moleſtus alteri futurus, ſ. eum interpellaturus illam moleſtiam humanitate vel urbanitate

nitatem: qua quidem ego nihil utor abs te. Tu vero, ut me et appelles, et interpelles, et obloquare, et colloquare velim. Quid enim mihi suavius? Non mehercule quisquam μουσοπάτακτος libentius sua recentia poëmata legit, quam ego te audio quacumque de re, publica, privata, rustica, urbana. Sed mea factum est insulsa verecundia, ut te proficiscens non tollerem. Opposuisti semel ἀναντίλεκτον causam, Ciceronis nostri valitudinem; conticui. Iterum Cicerones; quievi. Nunc mihi iucunditatis plena epistola hoc aspersit molestiae, quod videris, ne mihi molestus esses, veritus esse, atque etiam nunc vereri. Litigarem tecum, si fas esset; sed mehercule, istuc si umquam suspicatus ero, nihil dicam aliud, nisi verebor, nequando ego tibi, quum sum una, molestus sim.

2 Video te ingemuisse. Sic sit, εἴδ' ἐν αἰὰ ἔζησας. Numquam enim dicam, ἔα πάσας.

---

excusandi lenire possit. *Videbaris mihi me docere* velle in literis tuis *istius generis humanitatem*, quo genere ille Ateius utitur.

nihil utor abs te] eiusmodi verborum lenociniis mihi nihil opus est a te, si me invisere volueris.

μουσοπάτακτος] furore poetico correptus, divino Musarum afflatu concitatus.

tollerem] mecum abducerem, comitem itineris sumerem.

opposuisti] quum te invitabam, ut me comitareris.

ἀναντίλεκτον] Recepi Victorii lectionem, *causam cui contra dici non potest*. Hoc aptius quam Manutii lectio e cod. Bessarionis ἀντεῖςακτον *oppositam* sc. *voluntati meae*. Nam hoc iam est in *opposuisti*.

Ciceronis nostri] filii tui.

iterum Cicerones] Vereor ut haec lectio genuina sit. In edd. pr. et codd. Pall. Gruteri erat *iterum ceteri omnes*, quod manifesto corruptum est. Si verum est *Cicerones*, Tullius hoc significet necesse est: Quum te *iterum* invitabam opposuisti mihi *mei tuique filii curam*.

2. *video te ingemuisse — πάσας*] Haec verba hic prorsus a Ciceronis proposito abhorrent, nec in hoc orationis contextu ullo modo explicari possunt. Itaque Manutius et Ernestius ingenue falli sunt, se non intelligere. Ego vero suspicor

Marium autem noſtrum in lecticam mehercule conieciſſem, non illam regis Ptolemaei Anicianam. Memini enim quum hominem portarem ad Baias, Neapoli, octophoro Aniciano, machaerophoris centum ſequentibus, miros riſus nos edere, quum ille ignarus ſui comitatus, repente aperuit lecticam, et paene ille timore, ego riſu corrui. Hunc, ut dico, certe ſuſtuliſſem, ut aliquando ſubtilitatem veteris urbanitatis, et humaniſſimi ſermonis attingerem. Sed hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidem etiam nunc, invitare nolui. Hoc vero mihi peculiare fuerit, hic etiam iſto frui. Nam illorum

---

tranſpoſita eſſe, et infra poſt verba *de republica* ponenda, ubi ſedem ſuam et ſenſum facile tuentur.

illam regis Ptolemaei Anicianam] quam Ptolemaeus rex, Romae quum eſſet, ſibi poni curaverat magnifice donoque deinde dederat, ut videtur, Anicio cuidam, ſive creditori, ſive familiari, cuius opera uſus erat Romae. Erat illa lectica octophoros; comitatus ille machaerophorum centum fuerat opinor Ptolemaei, quem ioci cauſa imitatus eſt Cicero, quum Marium lectica deferret ad Baias. *Erneſti.* Manutius putat caſu contigiſſe ut eadem via poſt octophorum Anicianum ſequerentur illi machaerophori. Fieri tamen potuit, ut ioci cauſa a Cicero centum Anicii ſervos, cuius villa erat in vicinia, conduceret, ut quum lecticam undique contectam et velatam octo ſervi in humeros ſustuliſſent, cum machaeris ſequerentur. Et quum forte Marius remoto paululum velo caput e lectica exſeruiſſet, armatis repente hominibus conſpectis magnopere conterritus eſt, quaſi illi cuſtodiae cauſa appoſiti ſe captivum ducerent.

quum hominem portarem] i. e. Anicii in lectica ad Baias portandum curarem.

hunc ut dico] Ita legendum eſſe vidit Manutius Vulgo: *tunc ut dico.*

in villam apertam] i. e. in domum villaticam tum nondum ita exſtructam, ut ſub tecto eſſe et habitare liceret; immo ne nunc quidem ita aedificatam, ut rude poſſit aedificium appellari, tantum abeſt ut excultum et perpolitum ſit.

illorum] quae tibi nota

praediorum ſcito mihi vicinum Marium lumen eſſe. Apud Anicium videbimus ut paratum ſit. Nos enim ita philologi ſumus, ut vel cum fabris habitare poſſimus. Habemus hanc philoſophiam, non ab Hymetto, ſed ab area Syria. Marius, et valitudine eſt, et natura imbecillior. De interpellatione, tantum ſumam a vobis temporis ad ſcribendum, quantum dabitis. Utinam nihil detis, ut potius veſtra iniuria, quam

---

ſunt in agro Pompeiano; ubi villam Marii fuiſſe patet ex epiſtola ad eum lib. VII. ep. 3. ad Fam. *Manut.*

apud Anicium] cuius villa in Puteolano Ciceronis villae vicina erat.

paratum ſit] Marii cauſa, ut ſit ubi homo infirmus commode excipiatur. *Manut.*

nos enim ita philologi ſumus] Nam ego ita ſum philologus, h. e. ita literarum ſtudioſus, ut mollis tamen minime ſim; quales fere ſunt, quos librorum conſuetudo tenet. Poſſum, inquit, vel cum fabris habitare. *Manut.*

ſed ab area Syra] Mire hic locus in codd. corruptus. Nam, ut Gruteri Mss. utamur, ille in Palatinis ſuis vel *ſed ab areus ſira*, vel *ſed ab Araiſira;* vel *ſed ab Arayſira*, vel *ſed ab ara ſiria*, vel *ſed ab araxira* invenit. Lectionem *ab area Syra* interpretantur ſic, ut ſit area in qua ſervi Syri opus fabrile faciant. Tunſtallus p. 110. correxit *ex arce* Ψυρίας; quia Cicero ad Att. XVI. 13. ubi conſulto verborum involucris utitur Arpinum per νῆσον Ψυρίην ex Odyſſ. c. 172. deſignat. Verum hoc nimius contortum eſt, quam ut probari poſſit. Equidem nihil melius reperio, quam ut legatur *ab area Cyri* ſcil. architecti. Ait enim Cicero ſe hanc philoſophiam, ut poſſit ad cum fabris habitare, non ab Hymetto, ſed ab *area Cyri*, cuius opera in aedificanda domo ſua utebatur, habere; ubi ſcilicet ſaepe ac multum cum fabris vivere conſueverit, ac fortaſſe ſaepius ſub dio pernoctavit.

de interpellatione] h. e. quod ad interpellationem illam tuam attinet.

ignavia mea cessem! De re publica nimium te laborare doleo, et meliorem civem esse, quam Philoctetem, qui accepta iniuria, illa spectacula quaerebat, quae tibi acerba esse video. Amabo te, advola: consolabor te, et omnem abstergebo dolorem, et adduc, si me amas, Marium. Sed adproperate. Hortus domi est.

---

cessem] Iocose significat, se non tam assidue, quam Quintus putaverit, libris scribendis operam dare; saepius potius cessare; ideoque, si cum Mario veneris, velim mihi nihil prorsus temporis ad scribendum relinquatis, ut ignaviae meae vestrae interpellationis iniuriam praetendere possim.

de re publica] Totum hunc locum insertis illis, quae supra male inculcata erant, verbis: *video* te — ἕα πάσας, ita constituendum esse suspicor: *De re publica, video te ingemuisse; sic fit, εἴ γ' ἐν αἴᾳ ἔζησας; nunquam enim dicam ἔα πάσας, sed nimium te laborare doleo, et meliorem civem esse, quam Philoctetem, qui accepta iniuria illa spectacula quaerebat, quae tibi acerba sunt, video.* Quintus tristem rei publicae statum deploraverat; id Cicero negat se ei vitio vertere; sic enim fieri solet, quandoquidem in terra h. e. in patria vixisti; nunquam enim tibi dicam ἔα πάσας scil. μελεδῶνας, ut Lambinus supplevit; h. e. nunquam te omnes de re publica curas prorsus abiicere iubebo; sed tamen te nimium laborare doleo; et video te meliorem esse civem quam Philoctetem etc.

Philoctetem] Nempe Philoctetes accepta a civibus suis iniuria, quum in insula Lemno destitutus esset, exsecratus erat eos, a quibus iniuriam acceperat.

illa spectacula] patriae laceratae et intestinis malis laborantis.

quae tibi acerba esse video] Si sic legamus, Cicero doluisset fratrem suum *meliorem civem esse quam Philoctetem;* haec enim verba ab antecedente *doleo* penderent. Quod quum in Ciceronem non cadat, legendum est, opinor, *quae tibi acerba sunt, video.* Ita enim Cicero tantum dicit, se dolere, quod frater nimium de re publ. laboret, etsi videat eum meliorem civem esse quam Philoctetem.

hortus domi est] Ita propinquis aedibus, ut in ipsis

EPISTOLA CXXII. (ad Att. IV. 11.)

Scr. in Cumano II. Kal. Maii A. U. C. 698.

Rogat ut pergat Atticus ſibi omnia quae Romae publice gerantur narrare.

CICERO ATTICO, S.

Delectarunt me epiſtolae tuae: quas accepi uno tempore duas ante diem II kal. Perge reliqua. Geſtio ſcire iſta omnia. Etiam illud cuiusmodi ſit, velim perſpicias: (potes a Demetrio;)

---

aedibus eſſe videri poſſit. *Erneſti.* Sed cur hoc Cicero addiderit, et tam breviter, ut obſcuriuſculum ſit quid velit? Manutius ita exponit: „Ruri vicinitas horti requiritur maxime, ut ſit, non modo, quo opſonia condiamus ad ſuavitatem, verum etiam quo languentem ſtomachum quarundam herbarum acrimonia excitemus; *hortenſia*, inquit, non *longe petimus*" Verum haec omnia ſunt ἀπροσδιόνυσα. Et ſi quis cum Io. Tiſſino (collect. in Ep. Cic. ad Q. Fratrem p. 281.) ſic interpretari velit, quaſi Cicero innuat, ſe hospites ſuos oleribus potiſſimum ex horto aedibus vicino accepturum, id ipſum praeſertim in fine epiſtolae Cicero aliis verbis multo dilucidius exprimere potuiſſet. Itaque ſcripturam vitio laborare ſuſpicor, quod ſine meliorum codicum praeſidio ſanari vix poſſit.

Epiſt. CXXI. *illud*] nempe quod ſequitur de Pompeio.

potes a Demetrio] Intelligitur Gn. Demetrius libertus Gn. Pompeii qui magnam apud eum auctoritatem habuit, et omnium ipſius conſiliorum particeps fuit. Unde Cicero cupiens ſcire vim et ſenſum ſermonis Pompeii, quem habuerat cum Craſſo, hortatur Atticum, ut inde quaerat; facile enim ex eo omnem rem intelligi poſſe. Plin. lib. XXXV. c. 18 quum numeraret eos, quos e ſervili conditione fortuna in altum evexiſſet, quia eos patroni valde dilexerant, non praetermiſit hunc. Sic enim inquit: *ſed quid hos refero, aliquo literarum honore commendatos? talem in*

dixit mihi Pompeius, Crassum a se in Albano exspectari ante diem IV kal.; is quum venisset, Romam esse statim venturos, ut rationes cum publicanis putarent. Quaesivi, gladiatoribusne? respondit, antequam inducerentur. Id cuiusmodi sit, aut nunc, si scias, aut quum is Romam venerit, ad me mittas velim. Nos hic voramus literas cum homine mirifico (ita mehercule sentio) Dionysio, qui te omnesque vos salutat. οὐδὲν γλυκύτερον, ἢ πάντ᾽ εἰδέναι.

---

catasta videre Chrysogonum Syllae, Amphionem Q. Catuli, Heronem L. Luculli, Demetrium Pompeii. Tradit etiam Dio, quum de Theatro Pompeii in historia sua loquerentur lib. XXXIX, se audivisse illud non Pompeium aedificasse, sed Demetrium eius libertum, e pecunia, quam sibi paraverat, in cunctis expeditionibus cum patrono versatus. Qua de causa merito ei operi illius cognomen attribuisse, ne Pompeius ipse male audiret, quod eius libertus tam multam pecuniam coëgisset, ut huiusmodi sumptus facere posset. Mira etiam quaedam de huius potentia et opibus Plutarchus narrat, qui hortos etiam illos magnificos eum aedificasse tradit, qui horti Demetrii sunt postea appellati. *Victor.*

dixit mihi Pompeius] Addidi *mihi*, ut volebat Malaspina, qui in MSS. duobus repererat. Est et in ed. Rom. Iens. Asc. Ald. respondet ei *quaesivi.* — *Ernesti.*

Crassum a se in Albano exspectari] Manutius ex h. l. colligit Pompeium et Crassum tum, quum haec epistola scriberetur, i. e. exeunte mense Aprili nondum consulatum adiisse, quia utrumque consulem simul rusticatum esse haud sit credibile. Iam fieri quidem potuit, ut quia ex interregno consules creati essent, hoc mense magistratum nondum adierint; attamen in tanta perturbatione disciplinae veteris, facile etiam hanc licentiam sibi sumere consules potuerunt, ut aliquot dies in villis transigerent.

gladiatoribusne?] h. e. illis diebus quibus munus gladiatorium editum iri constabat.

οὐδὲν — εἰδέναι] *Nihil dulcius est, quam omnia scire.* Id quidem de multiplici do-

Quare, ut homini curioſo, ita perſcribe ad me, quid primus dies, quid ſecundus, quid cenſores, quid Appius, quid illa populi Apuleia. Denique etiam, quid a te fiat, ad me velim ſcribas. Non enim (ut vere loquamur) tam rebus novis, quam tuis literis, delector. Ego mecum, praeter Dionyſium, duxi neminem: nec metuo tamen, ne mihi ſermo deſit. Abs te opere de-

---

ctrina, quam, adiutus a Dionyſio, ſibi parabat, intelligit, ſed tamen ſtatim id ad curioſitatem, resque novas Romae actas audiendi cupiditatem transfert.

primus dies] ſcil. gladiatorum.

quid cenſores] an cenſum acturi ſint, necne? cf. ep. 17.

Appius] Fortaſſis de Appio quaerit, quia videbat eum hoc anno conſulatum petiturum. Anno enim proximo conſulatum geſſit. De Appio conſule deſignato minime credendum. Conſul enim creatus ex interregno. Ut mittam, quod necdum advenerat legitimus comitiorum menſis Quintilis. Hanc enim epiſtolam Aprili menſe ſcriptam intelligitur. *Manut.*

Apuleia] Clodius, alter Apuleius Saturninus, quem *Apuleiam* propter libidinum infamiam dicit. Tunſtallus tamen p. 98. mavult intelligi *Clodiam* ſi lectio ſana ſit; ſed malit legere ἀφέλεια: quid populus in Appii petitione conſulatus faciat pro illa ſua ἀφελείᾳ, qua in creandis conſulibus utitur, libere agens, et ſine ſimulatione aut diſſimulatione. Non placet. Nam merae hic perſonae ſunt. *Erneſti.*

ne mihi ſermo deſit. Abs te opere delector] Valde ſe torſerunt in h. l. viri docti, qui ſic eſt in ed. Rom. At ed. Ienſ. Ald. etc. habent *deſit abs te, quo magnopere delector.* At tamen comparatum cum *neminem* clarum facit, hoc *non metuo ne mihi ſermo deſit*, referri ad antecedentia; etſi unum Dionyſium mecum habeo, tamen ſermo non deerit, ſc. propter doctrinam eius. Ergo *abs te cum opere delector* coniungendum eſt: tu interea quoque me delectabis opere ſive libro quem de rebus novis ſcripſiſti, ſive epiſtolis ad me ſcribendis, de quibus ab initio dixerat: epiſtolae tuae me delectarunt. Dixit *opere*, ut opponeretur ſermoni, ſicut alibi *verba* et

lector. Tu Lucceio nostrum librum dabis. Demetrii Magnetis tibi mitto; statim ut sit, qui a te mihi epistolam referat.

EPISTOLA CXXIII. (ad Att. IV. 12.)

Scr. in Tusculano, ut videtur, vel in Antiati exeunte Maio A. U. C. 698.

Egnatium Romae esse scribit; Macroni se praesto vix esse posse, ostendit; Atticum ut apud se postr. kal. coenet invitat.

CICERO ATTICO, S.

Egnatius Romae est. Sed ego cum eo de re Halimeti vehementer Antii egi. Graviter se acturum

---

res, *facta* opponuntur. In quo venustas quaedam est. Quidam de aedificio intelligunt, nec hoc male. *Ernesti.* Mihi tamen neutra ratio satis placet. Melius arbitror lectionem illam Iens. Ald. sequi, sed ita ut verba transponantur. *Ego mecum praeter Dionysium abs te, quo magnopere delector, duxi neminem; nec metuo tamen ne mihi sermo desit. In Lucceio* etc. *abs te* dixit, quia Dionysius erat Attici libertus, cui ille, ut cum Cicerone proficisceretur, concesserat.

nostrum librum] commentarios illos rerum in consulatu gestarum, quos Lucceio a se confectos missurum ostenderat.

Demetrii Magnetis] librum περὶ ὁμονοίας, quem ad Att. VIII. 11. scribit ad Atticum missum esse.

statim ut sit] ut eidem tabellario, qui tibi hunc librum reddet, statim possis epistolam ad me referendam dare.

Epist. CXXIII. *Egnatius*] foenerator.

Halimeti] Incerta est nominis scriptura. Iunius e Mss. duobus citat *Alimenti.* Corradus coniiciebat *Thallumeti*, quod nomen ad Att. V. 12. occurrit, vel *Alimentii* ut significet Cincium, lib. I. ep. 5. *Alimentius* enim est cognomen Cinciorum, Liv. XXIX. Sed certi nihil definiri potest.

cum Aquilio confirmavit. Videbis ergo hominem, si voles. Macroni vix videor praesto esse. Idibus enim auctionem Larini video, et biduum praeterea. Id tu, quoniam Macronem tanti facis, ignoscas mi velim. Sed si me diligis, postridie kalend. cena apud me cum Pilia. Prorsus id facies. Kalend. cogito in hortis Crassipedis, quasi in diversorio, cenare. Facio fraudem senatus consulto. Inde domum cenatus, ut sim mane praesto Miloni. Ibi te igitur videbo, et promovebo. Domus te nostra tota salutat.

Aquillio] Iurisconsulto, ut sit Q. Aquillius Gallus qui Ciceronis collega fuerat in praetura, ut in Orat. pro Cluentio c. 15. et de Offic. III. c. 14.

praesto esse] Macronis causam non videor posse defendere, quum auctioni constituerim interesse. Fortasse autem vel emere quippiam Cicero volebat in auctione; vel ad eum bonorum pars, quae vendebantur, ex hereditate pertinebat. Hereditates enim quum in plures essent dispertiendae, quo id fieret commodius, auctione divenditae in pecuniam redigebantur. *Manut.*

apud me] domi meae, quum in urbem rediero.

facio fraudem] Quum senatus vocabatur, senatores, qui erant in urbe, adesse iubebantur in senatu, qui non erant, iuberi non poterant. Cicero autem ne citari posset, urbem non est ingressus Kalendis, quo die senatus habebatur; sed in hortis suburbanis Crassipedis generi sui consistere et cenare voluit. Fraude igitur subterfugit SC. quo in SCto scriptum erat, ut senatores, qui in urbe essent, in senatum vocati venirent, non venientibus pignora auferrentur. *Manut.*

praesto Miloni] non intelligitur hic Milonis causa, a Clodio de vi accusati. Nam ea incidit in annum superiorem. Neque vero de nuptiis, ut quidam putarunt, Milonis accipiendum est. Hae enim erant XVIII. Kal. Decembr. futurae. cf. ep. 129. Ergo aliam ob causam vel in ius vocatus erat Milo, vel accusatus.

ibi — promovebo] *ibi* apud Milonem. Edidi deinde ex edd. pr. *promovebo* pro *promonebo* quod a Bosio est. *Promovebo* est: inde te deducam ad me cenatum, ut recte explicat Tunstallus p. 97. *Ernesti.*

EPISTOLA CXXIV. (ad Div. VII. 23.)

Scripta Romae, anno incerto quidem, ſed fortaſſe tamen A. U. C. 698. poſt reditum ex Arpinati.

De ſignis a Gallo Ciceroni emptis 1. de domo ab eo Romae empto, ut in vicinia Ciceronis habitaret 2.

CICERO S. D. FABIO GALLO.

Tantum quod ex Arpinati veneram, quum mihi a te literae redditae ſunt: ab eodemque accepi Aviani literas; in quibus hoc inerat liberaliſſimum, nomina ſe facturum, quum veniſſet, qua ego vellem die. Fac, quaeſo, qui ego ſum, eſſe te. Eſtne aut tui pudoris, aut noſtri, primum rogare de die: deinde plus annua poſtulare? Sed eſſent, mi Galle, omnia facilia, ſi et ea mercatus eſſes, quae ego deſiderabam, et ad eam ſummam, quam volueram. Attamen iſta ipſa, quae te emiſſe ſcribis, non ſolum rata mihi erunt, ſed etiam grata. Plane enim intelligo, te non modo ſtudio, ſed etiam amore uſum, quae te delectarint, hominem, ut ego ſemper iudicavi, in omni iudicio elegantiſſimum,

---

Epiſt. CXXIV. 1. *Aviani*] ſtatuarii; de eo et vera nominis ſcriptura Cannegieter diſſ. de aetate et ſtilo Aviani c. 8. qui ſcripturam *Avianius* vitioſam eſſe docet. *Erneſti.*

nomina ſe facturum] nempe Avianus, a quo Gallus Ciceroni pretio conſtituto ſtatuas emerat, nomina ſe facturum i. e. pecuniae debitae ſummam in tabulas relaturum, et harum apographum Ciceroni miſſurum oſtenderat, ita ut Ciceroni ipſi permitteret, quo die pecuniam ſolvere vellet.

rogare de die] poſtulare ut differatur dies ſolutionis.

plus annua poſtulare] Nempe moris fere erat ſolutionem pro emptis mercimoniis ultra annum non differre.

grata] quod officium et benivolentiam erga me tuam in his emendis agnoſco.

quae me digna putaris, coëmisse. Sed velim maneat Damasippus in sententia. Prorsus enim ex istis emptionibus nullam desidero. Tu autem ignarus instituti mei, quanti ego genus omnino signorum omnium non aestimo, tanti ista quatuor, aut quinque sumpsisti. Bacchas istas cum Musis Metelli comparas. Quid simile? primum, ipsas ego Musas numquam tanti putassem: atque id fecissem Musis omnibus approbantibus. Sed tamen erat aptum bibliothecae, studiisque nostris congruens. Bacchis vero ubi est apud me locus? At pulchellae sunt. Novi optime, et saepe vidi. Nominatim tibi signa mihi nota mandassem, si probassem. Ea enim signa ego emere soleo, quae ad similitudinem gymnasiorum exornent mihi in palaestra locum. Martis vero signum quo mihi pacis auctori? Gaudeo nullum Saturni signum fuisse. Haec enim duo signa putarem mihi aes alienum attulisse. Mercurii mallem

---

quae me digna putaris] Minime opus est, quod Ernestio in mentem venit, reponere, *non quae me digna putaris*. Etsi enim Cicero illa signa sibi placere negat, Gallus tamen illa Cicerone digna esse putare poterat.

Damasippus] scripserat, opinor, Gallus empturum ea signa Damasippum, si Ciceroni non placerent. Horat. lib. II. Sat. 3. v. 64. *insanit veteres statuas Damasippus emendo*.

pacis auctori] Si de pace inter Pompeium et Caesarem intelligas, cuius auctor Cicero fuerat, ne bellum civile oriretur; hanc epistolam post reditum Ciceronis e bello civili scriptam esse oporteat; sed potest etiam Cicero se pacis auctorem nominare, quod suaserat concordiam inter ordines senatorium et equestrem; quod si sumas, nihil impedit, quo minus haec epistola A. U. C. 698. scripta sit, quum Cicero ex Arpinati Romam rediisset.

haec enim duo signa] sc. quia sunt signa deorum tristium, nec boni ominis.

Mercurii] iocose, quia Mercurius deus est mercaturae, ait, si inter signa empta

aliquod fuiſſet. Felicius, puto, cum Aviano transigere poſſemus. Quod tibi deſtinaras trapezophoron, ſi te delectat, habebis: ſin autem ſententiam mutaſti, ego habebo ſcilicet. Iſta quidem ſumma nae ego multo libentius emerim deverſorium Tarracinae, ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim. Omnino liberti mei video eſſe culpam, cui plane res certas mandaram; itemque Iunii, quem puto tibi notum eſſe, Aviani familiarem. Exedria quaedam mihi nova ſunt inſtituta in porticula Tuſculani. Ea volebam tabellis ornare. Etenim, ſi quid generis iſtiusmodi me delectat, pictura delectat. Sed tamen, ſi iſta mihi ſunt habenda, certiorem velim me facias, ubi ſint, quando arceſſantur, quo genere vecturae. Si enim Damaſippus in ſententia non manebit, aliquem pſeudoDamaſippum vel cum iactura reperiemus.

Quod ad me de domo ſcribis iterum, iam id ego 2
proficiſcens mandaram meae Tulliae. Ea enim ipſa hora acceperam tuas literas: egeram etiam cum tuo

---

Mercurii ſignum fuiſſet, fortaſſe cum Aviano ſtatuario felicius transigi potuiſſe, ut viliore ſaltim precio illa ſigna coëmerentur. Itaque non erat cur Erneſtio Victorii coniectura *facilius* placeret.

ego habebo ſcilicet] ut nos dicimus: *ſo verſteht ſichs, daſs ichs behalte.*

exedria] loca in porticibus ubi ſedentes disputare ſoliti erant. *Exedra* tamen muliebri genere, uſitatius. Vitruv. V. 11. et Cic. de Orat. III. c. 1. Sed *exedrium* inde factum ὑποχοριστικῶς. *Manut.*

nova — in porticula] ergo erant et vetera, non in porticula, ut haec, ſed in porticu ampliore, i. e. in Xyſto qui nominatus ad Att. I. 8. (h. ed. ep. 4.) *Manut.*

pſeudoDamaſippum] ſi Damaſippus illa ſigna non emerit, quaerendus eſt nobis alius Damaſippi ſimilis, cui iſta vel cum iactura quadam vendamus.

2. *proficiſcens*] quum Roma decedebam, ut villas, inprimis Arpinatem obirem.

mandaram] Recte ſic emendavit Erneſtius. Vulgo *mandabam.*

Nicia, quod is utitur, ut ſcis, familiariter Caſſio. Ut redii autem, prius, quam tuas legi has proximas literas, quaeſivi de mea Tullia, quid egiſſet. Per Liciniam ſe egiſſe dicebat. Sed opinor. Caſſium uti non ita multum ſorore. Eam porro negare ſe audere, quum vir abeſſet (eſt enim profectus in Hiſpaniam Dexius) illo et abſente, et inſciente, migrare. Eſt mihi gratiſſimum, tanti a te aeſtimatam conſuetudinem vitae, victusque noſtri: primum ut eam domum ſumeres, ut non modo prope me, ſed plane mecum habitare poſſes: deinde ut migrare tanto opere feſtines. Sed ne vivam, ſi tibi concedo, ut eius rei tu cupidior ſis, quam ego ſum. Itaque omnia experiar. Video enim quid mea interſit, quid utriusque noſtrum. Si quid egero, faciam ut ſcias. Tu et ad omnia reſcribes, et quando te exſpectem, facies me, ſi tibi videtur, certiorem.

EPISTOLA CXXV. (ad Div. I. 8.)

Scr. Romae menſe A. U. C. 698.

Lentulum ſcribit e M. Plaetorio, de rebus quae ad ipſum pertineant quid actum ſit 1. *praeterea de ſtatu rerum communium cogniturum. Commutatam eſſe totam rationem ſenatus, iudiciorum, rei totius publicae; ipſumque ſe ad Pompeii voluntatem conformare* 2. *quem Lentulo quoque valde amicum eſſe cognoverit* 3. *denique quum rumor eſſet Lentulum res bene geſſiſſe, ſtudia ſua in honoribus ei decernendis promittit* 4.

Caſſio] nempe domum Gallus a Caſſio quodam emerat; in qua eius ſoror Licinia cum viro ſuo Dexio habitabat. Poſtulaverat Gallus, ut ſibi domus, quam primum traderetur, et Licinia migraret; id quod ſe Licinia marito abſente et inſciente facere poſſe negabat.

plane mecum habitare] fortaſſe quod paries communis eſſet, vel quod aedes illae ita Ciceronis aedibus vicinae, ut ad eum percommode Gallus itare poſſet. *Manut.*

M. T. CICERO P. LENTULO PROCOS. S. D.

De omnibus rebus, quae ad te pertinent, quid actum, quid constitutum sit, quid Pompeius susceperit, optime e M. Plaetorio cognosces; qui non solum interfuit his rebus, sed etiam praefuit; neque ullum officium erga te hominis amantissimi, prudentissimi, diligentissimi praetermisit.

2 Ex eodem de toto statu rerum communium cognosces: quae quales sint, non facile est scribere. Sunt quidem certe in amicorum nostrorum potestate, atque ita, ut nullam mutationem umquam hac hominum aetate habitura res esse videatur. Ego quidem, ut debeo, et ut tute mihi praecepisti, et ut me dignitas, utilitasque cogit, me ad eius rationes adiungo,

---

Epist. CXXV. 1. *e M. Plaetorio*] Sic legendum esse vidit Manutius. Plaetorii enim inter gentes Romanas noti; et M. Plaetorius praetor in orat. pro Cluent. c. 53. nominatur. Vulgo *ex Emplatorio*, quod non est nomen Romanum.

2. *non facile est scribere*] partim quia longum esset, partim quod literis committere non satis tutum.

amicorum] Pompeii et Caesaris; adde etiam Crassum, cum quo, rogatus a Pompeio et Caesare, a Publio praeterea, ipsius Crassi filio, redierat in gratiam. *Manut.*

ut me dignitas utilitasque cogit] Vulgo *ut me pietas utilitasque cogit.* Sed *pietas* in Pompeium iam inest in antecedente verbo *debeo.* In codd. erat vel *ut me dietas utilitasque*, vel *ut me dictas utilitasque*, vel *ut me digtas utilitasque* (sic Dresdensis IV. quicum consentit Dresd. I. qui habet *vel ut me dignitas*;) vel denique *ut me commoditas utilitasque me.* Ultima lectio ex interpretatione vocabuli *utilitas* nata esse videtur. Plurimorum igitur codicum vel vestigia scripturae, vel expressae literae quum in lectione *dignitas* consentiant, hanc Benedicti exemplo vulgatae *pietas* praeferendam duxi, quam e coniectura Victorius, Manutius et Lambinus

quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti. Sed te non praeterit, quam sit difficile, sensum de re publica, praesertim rectum et confirmatum deponere. Verum tamen ipse me conformo ad eius voluntatem, a quo honeste dissentire non possum: neque id facio, ut forsitan quibusdam videar, simulatione. Tantum enim animi inductio, et mehercule amor erga Pompeium apud me valet, ut, quae illi utilia sunt, et quae ille vult, ea mihi omnia iam et recta, et vera videantur. Neque (ut ego arbitror) errarent, ne adversarii quidem eius, si quum pares esse non possent, pugnare desisterent. Me quidem etiam illa res consolatur, quod ego is sum, cui vel maxime concedant omnes, ut vel ea defendam, quae Pompeius velit, vel taceam, vel etiam, id quod mihi maxime lubet, ad nostra me studia referam literarum: quod profecto faciam, si mihi per eiusdem amicitiam licebit. Quae enim proposita fuerant nobis, quum et honoribus am-

---

ediderunt, postea unius Gulielmii cod. auctoritate a Graevio confirmatam. Nam quod Manutius negabat *dignitas* h. l. aptum esse, quia Cicero deinde dicat *dignitatem consularem — amissam esse*, id argumentum facile diluitur; aliud enim est *antiqua illa consularis dignitas;* aliud pars quaedam dignitatis quae etiam in commutato rei publicae statu servari et poterat, et vero etiam debebat; h. e. ne frustra a potentioribus dissentiret, eosque inimicos nactus magis etiam, si boni aliquid efficere vellet, impediretur.

conformo] Sic Manut. Graev. Ernesti aliique, codicum auctoritate nixi ediderunt. Victorius et Gebhardus lectionem *confirmo*, in qua plurimi codd. consentiunt, sequi maluerunt, quos nuper imitatus est Benedictus. Nobis tamen *conformo* verius videtur, ne bis in eodem versu idem verbum ponatur; quum statim praecesserit *confirmatum*. Praeterea *se confirmare ad alicuius voluntatem* vereor ut Latine dicatur.

honeste] cum dignitate et honore.

plissimis, et laboribus maximis perfuncti essemus, dignitas in sententiis dicendis, libertas in re publica capessenda; ea sublata tota: sed nec mihi magis, quam omnibus. Nam aut assentiendum est nulla cum gravitate paucis, aut frustra dissentiendum. Haec ego ad te ob eam causam maxime scribo, ut iam tu quoque de tua ratione meditere. Commutata tota ratio est senatus, iudiciorum, rei totius publicae. Otium nobis exoptandum est; quod ii, qui potiuntur rerum, praestaturi videntur, si quidam homines patientius eorum potentiam ferre potuerint. Dignitatem quidem illam consularem fortis, et constantis senatoris, nihil est quod cogitemus. Amissa culpa est eorum, qui a senatu et ordinem coniunctissimum, et hominem clarissimum abalienarunt.

---

si quidam homines] in primis M. Cato, eiusque sororum viri M. Bibulus, et L. Domitius Ahenobarbus Caesaris et Pompeii veteres inimici. *Manut.*

ordinem coniunctissimum] equestrem; quem ipse Cicero consul cum senatu coniunxerat. Alienatus autem est a senatu Catonis opera, qui petentibus Asianis publicanis, ut induceretur locatio vectigalium, quae cupiditate prolapsi, nimium magno conduxerant, responsum dari passus non est, quam Caesar, anno sequenti consul, occasionem arripuit conciliandi sibi et a senatu disiungendi ordinis equestris. Sueton. Iul. c. 20. Idem Cicero significat ad Att. I. 17. 18. (supra ep. 22. 23. huius edit.) *Manut.*

hominem clarissimum] Pompeium, quem abalienaverant a senatu, quia, quae ille devicto Mithridate regibus, dynastis, et civitatibus in Asia concesserat, confirmari a senatu non permiserant; quorum princeps fuit L. Lucullus, qui sororem M. Catonis Serviliam in matrimonio habebat, adiuvantibus Catone et Metello Celere consule, ex quo Pompeius uxore ducta Caesaris filia, facile impetravit, ut is consul acta sua confirmaret. Appianus lib. II. de bello civ. Dio lib. 37. Sueton. in Iul. c. 19. *Manut.*

3 Sed, ut ad ea, quae coniunctiora rebus tuis sunt, revertar: Pompeium tibi valde amicum esse cognovi. Eo tu consule, quantum ego perspicio, omnia, quae voles, obtinebis; quibus in rebus me sibi ille affixum habebit; neque a me ulla res, quae ad te pertineat, negligetur. Neque enim verebor, ne sim ei molestus; cui iucundum erit etiam id ipsum, quod me esse gratum videbit. Tu velim tibi ita persuadeas, nullam rem esse minimam, quae ad te pertineat, quae mihi non carior sit, quam meae res omnes. Idque quum sentiam, sedulitate mihimet ipsi satisfacere possum: re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio, quod nullam partem tuorum meritorum non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum.

4 Rem te valde bene gessisse rumor erat. Exspectabantur literae tuae; de quibus eramus iam cum Pompeio locuti; quae si erunt allatae, nostrum studium exstabit in conveniendis magistratibus, et senatoribus. Cetera, quae ad te pertinebunt, quum etiam plus contenderimus, quam possumus, minus tamen faciemus, quam debemus.

---

3. *eo consule*] non quum erit consul, sed quoad erit. Hoc enim anno consulatum gerebat cum M. Crasso. *Manut.*

erit etiam id ipsum] Sic edidit Martyni-Laguna. Vulgo *erit etiam propter id ipsum.* Graevius legi volebat *erit etiam propter se ipsum.*

esse minimam] Ernestio placebat *esse vel minimam*, nisi potius *maximam* addatur.

mihimet ipsi] Vulgo *mihimet ipse*. In quo Ernestio *ipse* non sine causa frigere videbatur. Idem tamen lectionem *ipsi* quam habent aliquot MSS. ut Guelf. et edd. pr. quaedam iniuria damnat; *mihimet ipsi*, ut supra ep. 92. involvit hoc: etiamsi ceteris non satisfaciam, mihi ipsi tamen satisfacio, quod ad sedulitatem attinet.

4. *cum Pompeio locuti*] ut allatis tuis literis, rem bene gestam significantibus, referat ad senatum de supplicationibus tibi decernendis. *Manut.*

EPISTOLA CXXVI. (ad Div. VII. 1.)

Scr. Romae menſe A. U. C. 698.

Ludos deſcribit a Pompeio hoc anno editos, Marioque gratulatur, quod eos ſpectatum non venerit. 1. Se quidem iis minime delectatum interea Galli Caninii cauſam egiſſe, vehementer tamen optare, ut forenſi labore aliquando ſolutus arbitratu ſuo, et cum Mario vivere poſſit. 2.

M. CICERO S. D. M. MARIO.

Si te dolor aliquis corporis, aut infirmitas valitudinis tuae tenuit, quo minus ad ludos venires: for-

---

Epiſt. CXXVI. 1. *ſi te dolor*] tum ex podagra qua laborabat ut ep. 4. tum ex alio morbo; erat enim Marius et valetudine et natura imbecillior ut ad Q. Fr. lib. II. ep. 10. (h. ed. ep. 120.) *aliquis*] ſic libri ſcr. et edd. pr. E Vaticano Victorius *aliqui*, quia rarius eſt. Ciceronis quidem tempore non ſic dixere. *Erneſti.*
ad ludos] Gn. Pompeius Magnus iterum conſul, in theatri a ſe exſtructi conſecratione, ut Pedianus, Plinius lib. VII. c. 48. Plutarchus, Dio ſcriptum reliquerunt, ludos dedit. Sed idem Plinius lib. VIII. c. 7. datos ait in dedicatione templi Veneris Victricis; et Gellius lib. X. c. 1. in aede Victoriae dedicanda. Quae controverſia ita ſedatur, ſi templum Veneris victricis cum theatro dedicatum putemus. Nam etſi de templo Veneris Plutarchus, ubi de theatro et ludis loquitur, mentionem nullam facit, idem tamen infra Pompeium ait, in campis Philippicis, nocte, quae praelium proxima anteceſſit, ſomniaſſe, ire ſe ad theatrum, et Veneris victricis templum ſpoliis exornare. Quod autem Gellius Victoriam non Venerem appellat, non differre, opinor, exiſtimavit Victoriam a Venere victrici, quoniam utrique cognomen idem eſſet Caeligena. Varro lib. IV. de L. L. Ludorum igitur duo genera Pompeius dedit, unum in theatro ipſo, alterum in circo. Certamen autem in theatro vel ſcenicum erat, vel gymnicum,

tunae magis tribuo, quam ſapientiae tuae. Sin haec, quae ceteri mirantur, contemnenda duxiſti, et, quum per valitudinem poſſes, venire tamen noluiſti: utrumque laetor, et ſine dolore corporis te fuiſſe, et animo valuiſſe, quum ea, quae ſine cauſa mirantur alii, neglexeris: modo, ut tibi conſtiterit fructus otii tui; quo quidem tibi perfrui mirifice licuit, quum eſſes in iſta amoenitate paene ſolus relictus. Neque tamen dubito, quin tu in illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforaſti, et patefeciſti Seianum, per eos

---

Scenicum Pompeii fuit actione duarum tragoediarum: Clytaemneſtrae Attii poetae, et Equi Troiani Livii Andronici, additis Graecis Oſcisque ludis; gymnicum athletae. In Circo, qui et Hippodromus et ſtadium dictus eſt, equorum curſus, venationes binae per dies quinque, in quibus leones quingenti caeſi ſunt, pugna elephantorum XX, ut ait Plinius vel XVIII. ut Dio. — *Manut.*

contemnenda duxiſti] Sic Graevius et Erneſtius ediderunt. Plerique *contemnenda eſſe duxiſti.*

in iſta amoenitate] villae ſcil. quam in agro Puteolano Marius habebat.

in illo cubiculo] Vulgo *ex illo cubiculo;* quod non bene coit cum ſequentibus verbis *matutina tempora lectiunculis conſumpſeris;* praepoſitionem *ex.*, quae mox ſuo loco recurrit librarii temere hic pro *in* ſubſtituerunt.

ex quo tibi Stabianum perforaſti et patefeciſti Seianum] Si lectio vera eſſet, nihil aliud ſignificaret, quam hoc: *ex quo cubiculo* villae tuae Pompeianae, *perforatis feneſtris* proſpectum *in Stabianum* et *Seianum* praedium aperuiſti. Nam *perforare*, ut Gesnerus in Theſ. L. L. putabat, de ſylva exciſa, monte perfoſſo, ut proſpectus aperiretur, accipere vetat illud *ex quo* ſc. cubiculo. Nec ſatis conſtat an ibi ſylvae et montes fuerint, quos excidere et perfodere Mario licuerit. Sed vox *Seianum* corrupta videtur. Variant libri Mſti. Alii habent *ſenum*, alii *ſenium*, quidam *Seianum*. Manutius vero et Lambinus in quibusdam libris invenerunt *Scenam.* Quod placuit Benedicto, qui ſic edidit: *ex quo tibi Stabia-*

dies matutina tempora lectiunculis conſumpſeris: quum illi interea, qui te iſtic reliquerant, ſpectarent communes mimos ſemiſomni. Reliquas vero partes diei tu conſumebas his delectationibus, quas tibi ipſe ad arbitrium tuum compararas; nobis autem erant ea perpetienda, quae ſcilicet Sp. Maecius probaviſſet. Omnino, ſi quaeris, ludi apparatiſſimi: ſed non tui ſtomachi. Coniecturam enim facio de meo. Nam primum honoris cauſa in ſcenam redierant ii, quos

---

num perforaſti et pateceſiſti ſcenam; in quo tamen *Stabiano* non bene opponitur *ſcena;* quare ſi cui haec lectio placeat, ei potius auctor ſim, ut legat: *ex quo tibi Stabianam perforaſti et pateceſiſti ſcenam.* Nam Stabiae (quod oppidum Plinio teſte lib. III. c. 5. in bello ſociali deletum erat, ac deinde in villas abierat) meridiem verſus erant Pompeiis oppoſitae. Nec dubium eſt, quin ex cubiculo illo Pompeiani ſui in agrum Stabianum pulcherrimum potuerit Marius proſpectum habere. Si vero in *Seianum* loci nomen aliud lateat, nihil aptius video, quam quod Lambino placuit, *Miſenum.* Ex eodem enim Pompeiani cubiculo Marius poterat verſus meridiem Stabianum agrum, et verſus occidentem Miſenum promontorium proſpicere.

qui te iſtic reliquerant] Ita ſcribendum recte ut opinor iudicavit Erneſti; quia haec ſcripta ſunt poſt ludos. Vulgo *reliquerunt.* Sic ſupra *relictus eſſes* non *relictus ſis.*

ſemiſomni] vel quia nihil novum ſpectarent, vel etiam, quia matutino tempore; nam verbum *interea* ad *matutina* referri *tempora* ſatis conſtat; ut eos dicat matutina tempora ſpectandis communibus mimis conſumpſiſſe, quae Marius multo et ſapientius et iucundius legendo traducebat. *Manut.*

quae ſcilicet Sp. Maecius] Sp. Maecius Tarpa, ſeverus poematum iudex Horat. Ep. ad Piſones V. 386. et Serm. I. Sat. 10. v. 38.

ludi apparatiſſimi] *ludos poſt hominum memoriam apparatiſſimos magnificentiſſimosque,* vocat orat. in Piſon. c. 27.

honoris cauſa in ſcenam redierant] ut ludos Pompeii honorarent, mimi veteres in ſcenam redierant, qui antea ne quid aetatis vitio pecca-

venationes binae per dies quinque, magnificae, nemo negat. Sed quae potest homini esse polito delectatio, quum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur, aut praeclara bestia venabulo transverberatur? quae tamen, si videnda sunt, saepe vidisti: neque nos, qui haec spectavimus, quidquam novi vidimus. Extremus elephantorum dies fuit: in quo admiratio magna vulgi atque turbae, delectatio nulla exstitit. Quin etiam misericordia quaedam consecuta est, atque opinio eiusmodi, esse quandam illi belluae cum genere humano societatem.

2 His ego tamen diebus, ludis scenicis, ne forte

---

et sumptum. Oleo enim ungebantur athletarum corpora. Id primo dictum in una re, de athletis scilicet, qui labore et sumptu exercitati, mox interdum parum probarentur; deinde ad omnia similia translatum est, in quibus et operae et sumptus iacturam factam esse constaret. Sic Plaut. Poen. I. 2, 119. *Manut.*

venationes] in quibus leones quingentos interfectos esse auctor Plutarchus et Dio lib. XXXIX. *Manut.*

binae per dies quinque] binae, quia mane datae, post meridiem instauratae sunt. *Manut.*

homini polito] Manutio placebat lectio *politico*, quam nuper restituit Benedictus, collato loco epist. ad Div. II, 8. init qui tamen nihil habet huic nostro ad sententiam simile. *Polito* est in optimis codd. Victorii, Ursini, Graevii, ab hisque merito probatur.

misericordia quaedam] *quaedam* dixit quia proprie miseremur nostri similium, non brutorum. Causam huius misericordiae Plinius exponit his verbis lib. VIII. c. 7. *Amissa fugae spe misericordiam vulgi inenarrabili habitu querentes supplicavere, quadam sese lamentatione complorantes, tanto populi dolore, ut oblitus imperatoris ac munificentiae honori suo exquisitae, flens universus consurgeret, dirasque Pompeio quas ille mox luit, imprecaretur.* Eadem fere Dio l. l. Plutarchus hanc rem breviter attigit. *Manut.* Quod Plinius de universo populo narrat, Dio probabilius ab aliquot hominibus e plebe factum esse refert.

2. *ludis scenicis*] Ludos

videar tibi non modo beatus, ſed liber omnino fuiſſe, dirupi me paene in iudicio Galli Caninii, familiaris tui. Quod ſi tam facilem populum haberem, quam Aeſopus habuit: libenter mehercule artem deſinerem, tecumque, et cum ſimilibus noſtri viverem. Nam me quum antea taedebat, quum et aetas, et ambitio me hortabantur, et licebat denique, quem nolebam, non defendere: tum vero hoc tempore vita nulla eſt. Neque enim fructum ullum laboris ex his exſpecto: et cogor nonnumquam homines non optime de me meritos, rogatu eorum, qui bene meriti ſunt, defendere. Itaque quaero cauſas omnes aliquando vivendi arbitratu meo; teque, et iſtam rationem otii tui et laude vehementer, et probo: quodque nos minus interviſis, hoc fero animo aequiore, quod, ſi Romae eſſes, tamen neque nos lepore tuo, neque te (ſi qui eſt in me)

ſcenicos vocat Clytaemneſtram et Equum Troianum, itemque Graecos et Oſcos ludos. Hic quaero, ſi ludi ſunt inter dies feſtos quod Macrobius lib. I. Saturn. c. 16. ſcriptum reliquit, et feſti dies iidem ſunt nefaſti, quod idem tradidit; qui potuit Caninii cauſam Cicero ludis ſcenicis i. e. nefaſtis diebus agere? Nam iudicia faſtis tantum diebus fiebant; nefaſti autem faſtis oppoſiti. Non deeſt quod reſpondeam. Ludi non omnes, ſed anniverſarii tantum inter dies feſtos fuere, ludi autem Pompeii non anniverſarii, ſed extra ordinem dati, quum theatrum templumque Veneris Victricis dedicaret; itaque per eos dies iudicia fieri licuit. Exoritur altera quaeſtio: ſi ludos Cicero ſpectavit, quo modo Caninium defendit? Potuit ante meridiem defendere, poſt meridiem ſpectare. *Manut.*

Galli Caninii] hic fuit Ciceronis et Varronis amicus ad Div. IX. ep. 2. eumque Cicero Athenis vidit quum in Ciliciam proficiſceretur. ad Div. II. 8.

non optime de me meritos] Erravit Manutius quum hoc ad Gabinium et Vatinium ſpectare putavit. Utrumque enim Cicero non hoc anno, ſed ſequente demum, Domitio Ahenobarbo et Appio Claudio Pulchro coſſ. defendit.

meo frui liceret, propter molestissimas occupationes meas: quibus si me relaxaro, (nam ut plane exsolvam, non postulo,) te ipsum qui multos annos nihil aliud commentaris, docebo profecto, quid sit humaniter vivere. Tu mihi modo istam imbecillitatem valitudinis tuae sustenta, et tuere, ut facis, ut nostras villas obire, et mecum simul lecticula concursare possis. Haec ad te pluribus verbis scripsi, quam soleo, non otii abundantia, sed amoris erga te, quod me quadam epistola subinvitaras, si memoria tenes, ut ad te aliquid huiusmodi scriberem, quo minus te praetermisisse ludos poeniteret. Quod si assecutus sum, gaudeo: sin minus, hoc me tamen consolor, quod posthac ad ludos venies, nosque vises, neque in epistolis relinques meis spem aliquam delectationis tuae. Vale.

EPISTOLA CXXVII. (ad Div. XIII. 74.)

Scr. Romae A. U. C. 698.

Philippo Proconsuli Oppium praesentem et Egnatii absentis negotia commendat.

M. T. CICERO Q. PHILIPPO, PROCOS. S. D.

Etsi non dubito, pro tua in me observantia, pro-

---

qui multos] Vulgo olim *qui id multos*. Verum *id* recte deleverunt Graevius Ernestiusque.

tu mihi modo] *tu modo* edd. pr. et Graev. *tu mihi* Gebhard. e duobus MSS. Ernestius e MS. suo dedit utrumque.

humaniter vivere] i. e. ut recte Manutius intp. iucunde simul et honeste, cum iis voluptatibus et studiis, quibus animus quidem remittitur, numquam tamen a virtute disiungitur.

Epist. CXXVII. 1. *pro tua in me observantia*] Benedictus e cod. Torgav. affert lectionem *pro tua in me benivolentia*.

que nostra necessitudine, quin commendationem meam memoria teneas: tamen etiam atque etiam eumdem tibi L. Oppium, familiarem meum praesentem, et L. Egnatii, familiarissimi mei, absentis, negotia commendo. Tanta mihi cum eo necessitudo est, familiaritasque, ut, si mea res esset, non magis laborarem. Quapropter gratissimum mihi feceris, si curaris, ut is intelligat, me a te tantum amari, quantum ipse existimo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Idque ut facias, te vehementer rogo.

EPISTOLA CXXVIII. (ad Div. XIII. 40.)

Scr. Romae A. U. C. 698.

L. et C. Aurelios Orestas fratres Anchario Macedoniae proconsuli commendat.

M. T. CICERO Q. ANCHARIO, Q. F. PROCOS. S. P. D.

L. et C. Aurelios, L. filios, quibus et ipsis, et patre eorum, viro optimo, familiarissime utor, commendo tibi maiorem in modum, adolescentes omnibus optimis artibus ornatos, meos pernecessarios, tua amicitia dignissimos. Si ulla mea apud te commenda-

---

Epist. CXXVIII. *L. et C. Aurelios*] cognomine Orestas. Duos enim Aurelios Orestas superioris tamen, aetatis Cicero nominat in Bruto c. 15 Q. autem Ancharius tribunus pl. fuerat Caesare et Bibulo coss. praetor Marcellino et Philippo; proconsul, non gesto tamen consulatu, Macedoniae praefuit post Pisonem, qui auctore Pediano e provincia rediit Pompeio et Crasso coss. Ergo haec epistola vel hoc anno, vel sequente Domitio et Appio coss. scripta est. *Manut.*

tio valuit, quod ſcio multas plurimum valuiſſe; haec ut valeat, rogo. Quod ſi eos honorifice, liberaliterque tractaris: et tibi gratiſſimos, optimosque adoleſcentes adiunxeris, et mihi gratiſſimum feceris. Vale.

EPISTOLA CXXIX. (ad Att. IV. 13.)

Scr. in Tuſculano exeunte Novembri A. U. C. 698.

Romae ſe mox futurum nuntiat; afuiſſe ſe in altercationibus, quas in ſenatu factas audiverit, laetatur; petit ab Attico ut ſibi praeſentem in publ. ſtatum deſcribat. 1. 3. *libros de oratore iam abſolutos eſſe, ut ab Attico deſcribi poſſint, ſignificat.* 4.

CICERO ATTICO, S.

Nos in Tuſculanum veniſſe a. d. XVII kal. Decemb. video te ſcire. Ibi Dionyſius nobis praeſto fuit. Romae a. d. XIIX kalend. volumus eſſe: quid dico, volumus? immo vero cogimur. Milonis nuptiae; comitiorum nonnulla opinio eſt. Ego, ut ſit rata,

---

quod ſcio multas] quo pertinet *quod?* patet eſſe parentheſin; in ea *quod* locum non habet. Puto eſſe legendum: *quas ſcio multas apud te valuiſſe. Erneſti.* Manutius hunc uſum pronominis *quod* aliorum locorum exemplis adſtruere voluit; verum haec ad unum omnia diſſimilia ſunt.

Epiſt. CXXIX. 1. *nos in Tuſculanum veniſſe*] ſcilicet e reliquis praediis ſuis, Pompeiano, Cumano, Formiano, quae per autumnum obierat. Nam niſi Cicero diutius ab urbe afuiſſet, nihil opus fuiſſet ex Attico praeſentem rei publ. ſtatum cognoſcere; nec dicere potuiſſet absque eo ſe hoſpitem Romam venturum.

a. d. XVII. Kal.] nempe Ianuarias.

ego ut ſit rata] Varie locus corruptus in ſcr. edd. ſcribitur. Haec lectio eſt a

afuisse me in altercationibus, quas in senatu factas audio, fero non moleste. Nam aut defendissem, quod non placeret; aut defuissem, cui non oporteret. Sed mehercule velim, res istas, et praesentem statum rei publicae, et quo animo consules ferant hunc σκυλμον, rescribas ad me, quantum potest. Valde sum ὀξύπεινος: et, si quaeris, omnia mihi sunt suspecta. Crassum quidem nostrum minore dignitate aiunt profectum

---

Bosio e Mſ. Alii omnes *ergo*. Tunstallus p. 85. corrigit: *Ego, ut si rerer, afuisse* etc. non placet. Puto: *Ergo, ut si rata* sc. sit ea comitiorum opinio, ibo Romam, ut iis intersim. *si* habent ed. Iens. et MSſ. quidam. In *afuisse* nova sententia est. *Ernesti*. Bosius lectionem *ego, ut sit rata*, sic interpretatur: Quamvis rata sit opinio illa comitiorum, ita ut ea certo habeantur, tamen non moleste fero me afuisse ab iis altercationibus, quas in senatu factas audio. Popma legendum censebat: *Ergo ea sit rata*. hoc sensu: *ergo ea dies* XVIII. kal. sit rata et certa me Romam venturum.

in altercationibus] eorum qui Pompeii partibus favebant cum eius adversariis. Fortasse agebatur de iure delectus habendi ei concesso, et de provinciis Pompeio et Crasso decernendis.

consules] Pompeius et Crassus. Etsi Crassus proximis diebus urbe, iturus in provincias, exierat; sed eius animum, quum adesset, nosse Atticus potuerat. *Manut.*

hunc σκυλμὸν] has turbas. Et vera haec est lectio. Alii vel ὄχλον, vel σκύαμον, unde Corradus putabat legi posse κύαμον, de suffragatione in comprobandis Caesaris actis facta.

valde sum ὀξύπεινος] Sic ex ed. Rom. et Ms. Faerni Malaspina. At ed. Iensonii et seq. *potes et vales*. *Sum ὀξύπεινος*. Sane et *vales* friget; sed et *valde*; nam id est iam in ὀξύπεινος. Suspicor in *valde* vel *vales* latere verbum, quod rem exprimat, in qua sit ὀξύπεινος ut II. 12. est: *in curiositate sum ὀξύπεινος*. *Ernesti*. Non moveor Ernestii suspicione. *Valde ὀξύπεινος* aeque bene dicitur, atque ut nos dicimus *sehr heißhungrig*, etsi iam hoc vocabulo famis vehementia notatur.

minore dignitate — nequam] Hic locus mihi semper frigidus visus est. Si

paludatum, quam olim aequalem eius L. Paullu iterum consulem. O hominem nequam!

---

sanus est: comparationis fundamentum est in eo, quod uterque post alterum consulatum in provinciam abiit, uterque eadem aetate fuit; Paullus magno comitatu prosequentium abiit; Crassus nullo, atque etiam ab Ateio Capitone trib. pl. diris devotus. Sed mihi hoc friget, uti dixi. *Ernesti.* Equidem quid in ista comparatione frigidum aut ieiunum sit haud intelligo. Sed quum Cicero in epistola ad Lentulum (ad Div. I. 9.) huius edit. ep. 149. narret Crassum quum paludatus in Syriam iret, paene a suis laribus in provinciam esse profectum; coenasse enim apud se in sui generi Crassipedis hortis, quaeri potest quomodo ista sibi conveniant. Tempora enim congruere non videntur. Sed hoc ita, ni fallor, expedire licet. Crassus urbem reliquit exeunte mense Novembri; aliquot dies autem in praediis suburbanis commoratus est; antequam in provinciam pergeret. Cicero ex Tusculano antequam a. d. XIIX kal. Ian. urbem intraret, ut antea factum videmus (ep. 122.) in hortos Crassipedis extra urbem sitos devertit; ibique Crassus apud Cice nem coenatus quasi test voluit se cum eo in grati rediisse; ac tum dem proficisci in provinciam p rexit.

aequalem eius L. Paullu uterque enim L. Paullus L. Crassus sexagenarius e quum ille in Macedoniam, in Syriam iret paludatus.

iterum consulem] Liv. l XLIV. c. 22. *Traditum memoriae, maiore, quam lita, frequentia prosequ tium consulem* (L. Paullu *celebratum; ac prope ce spe ominatos esse homin finem esse Macedonico bel maturumque reditum c egregio triumpho consu fore;* contra Crassum Atei tribunus plebis primo exi vetuit; deinde in carcere ducere voluit, cui qu aliquot collegae interce rent, eum omnibus di devovit; denique urbe e euntem nemo praeter Po peium comitatus est, te Plutarcho in Crasso; quib ex rebus intelligitur Cicer nem, quum dicit *minore gnitate* quam Paullum ur exisse Crassum paludatun consulto mitioribus, qua pro re, verbis usum esse, εἰρωνικῶς locutum.

De libris oratoriis factum est a me diligenter. 2
Diu multumque in manibus fuerunt; describas licet.
Illud etiam te rogo, τὴν παροῦσαν κατάστασιν τυ- 3
πωδῶς: ne istuc hospes veniam.

EPISTOLA CXXX. (ad Q. Fr. II. 11.)

Scripta videtur mense Ianuario A. U. C. 699.

L. Domitio Ahenobarbo, Appio Claudio Pulchro Coss.

Tenediis libertatem a senatu negatam 1. *Quinti a Magnetibus mentionem honorificam factam esse refert* 2. *de Lucretii poematibus et Sallustii Empedocleis iudicium suum interponit.* 3.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Epistolam hanc convicio efflagitarunt codicilli tui.

---

2. *de libris oratoriis*] tribus de oratore h. a. scriptis. *in manibus fuerunt*] ut vitia librariorum expurgarentur.

3. *illud etiam te rogo*] fortasse legendum *illud etiam atque etiam te rogo.* Vel *illud iterum te rogo.* Nam idem iam ante rogarat.

τὴν παροῦσαν κατάστασιν τυπωδῶς] praesentem rei publ. statum summatim mihi describas velim.

Epist. CXXX. 1. *Epistolam hanc*] Manutius iudicavit hanc epistolam potius Pompeio et Crasso, quam sequenti anno Appio et Domitio coss. scriptam esse, quia si hoc anno scripta esset, absque dubio de itione Quinti ad Caesarem mentionem aliquam fecisset. Quod quidem valeret, si hanc epistolam post tertium huius anni mensem scriptam esse aliquis contenderet. Puto autem eam post Idus mensis Ianuarii A. U. C. 699. datam, quum Cicero mense Decembri medio Romam rediisset, Quintus autem forte ad praedium aliquod, mox rediturus, urbe exisset. Paulo post initium enim Ianuarii senatus videtur Tenediorum legationem audisse et qui dies infra memoratur *prid. Id.* significat, ut opinor, prid. id. Februarii, qua de die agitur proxima ad Quintum epistola (huius edit. 132.)

convicio] vehementi quadam admonitione.

codicilli] scriptorum ge-

Nam res quidem ipſa, et is dies, quo tu es profectus, nihil mihi ad ſcribendum argumenti ſane dabat. Sed quemadmodum coram quum ſumus, ſermo nobis deeſſe non ſolet, ſic epiſtolae noſtrae debent interdum halucinari.

2 Tenediorum igitur libertas, ſecuri Tenedia praeciſa eſt; quum eos praeter me, et Bibulum, et Calidium, et Favonium nemo defenderet.

3 De te a Magnetibus ab Sipylo mentio eſt honorifica facta, quum te unum dicerent poſtulationi L. Sextii Panſae reſtitiſſe.

---

nus in ceratis tabulis, quo veteres utebantur, ubi properanter aliquid ac breviter, quod inſtar epiſtolae non eſſet, exarare cogitarent; ut apud amicum in coena, foris, in itinere vel navi, ſi charta praeſto non eſſet. Dabant deinde amanuenſi, ut deſcriptae inde literae mitterentur. Interdum etiam ipſos mittebant codicillos, quod haec ipſa ad Quintum epiſtola perſpicue probat. *Manut.*

halucinari] garrire, etiamſi certum argumentum non ſit, tamen quicquid in buccam venerit, effundere.

2. *Tenediorum*] Petitum eſt a legatis ex inſula Tenedo miſſis, ut Tenedii ſuis legibus viverent. Negatum. Potius enim cenſuit ſenatus, ut eadem conditione, qua ceteri in provincia populi Romani, tenerentur, h. e. ut legibus a populo Romano aut a provinciali magiſtratu datis uterentur. *Manut.*

Tenedia ſecuri] ictu vehementi, quum univerſus fere ſenatus contra Tenediorum libertatem conſentiret, et *ſecuri Tenedia* quum dixit, quaſi quodam ioco alluſit ad veterem illam ſive fabulam ſive hiſtoriam de Tenne rege, a quo inſula nomen accepit; qui leges ſanxit, ſi quis adulterum deprehendiſſet, ut eum ſecuri interficeret; idque ſervavit ita diligenter, ut etiam de filio ſuo deprehenſo interrogatus, quid fieri oporteret, reſpondiſſe dicatur, id fieret quod lex iuberet. *Manut.*

3. *de te a Magnetibus ab Sipylo*] Sic Victorius emendavit h. l. Vulgo corrupte *de te magis ab Sipylo.*

poſtulationi L. Sextii Panſae] publicani, ut videtur, cuius iniquae poſtulationi Quintus, quum Aſiam regeret, reſtiterat.

Reliquis diebus, si quid erit, quod te scire opus 4
sit, aut etiam si nihil erit, tamen scribam quotidie
aliquid. Prid. id. neque tibi, neque Pomponio deero.

Lucretii poëmata, ut scribis, ita sunt, non mul- 5
tis luminibus ingenii; multae tamen artis. Sed quum
veneris, virum te putabo, si Sallustii Empedoclea legeris; hominem non putabo. Vale.

EPISTOLA CXXXI. (ad Div. V. 8.)

Scr. Romae mense Febr. A. U. C. 699.

Scribit se Crassi dignitatem studiose in senatu defendisse 1. *excusat superiorum temporum simultates* 2. *seque omnia quae intelligat ad eius voluntatem, commodum, amplitudinem pertinere vel sua sponte, vel ab eo suisque admonitum diligentissime facturum promittit* 3.

M. T. CICERO M. LICINIO P. F. CRASSO S. D.

Quantum meum studium exstiterit dignitatis tuae, vel tuendae, vel etiam augendae, non dubito, quin ad te omnes tui scripserint. Non enim fuit, aut mediocre, aut obscurum, aut eiusmodi, quod silentio posset praeteriri. Nam et cum consulibus, et cum

---

5. *ita sunt*] Vulgo *lita sunt*, quod verum esse non potest; adeo abhorret *a luminibus*. Victorius correxit *non ita m. l.* quod bene convenit seqq. *multae tamen artis*. *Ita* est in ed. Iens. Malim *ut scribis, ita sunt, non multis luminibus* etc. nec dubitavi ita edere. Quidam Mss. etiam addunt *at* ante *multae*.

virum te — hominem non putabo] patientem laboris et molestiae, sed sine sensu humanitatis pulcri, venusti. Carmen illud de philosophia Empedoclis scriptum erat, opinor, brevitate molesta et obscura. *Ernesti*.

Epist. CXXXI. 1. *cum consulibus*] cum Domitio et Appio fortasse contendentibus, ut revocaretur Crassus,

multis consularibus tanta contentione decertavi, quanta numquam antea ulla in causa, suscepique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis: veterique nostrae necessitudini iamdiu debitum, sed multa varietate temporum interruptum, officium cumulate reddidi. Neque mehercule umquam mihi tui aut colendi, aut ornandi voluntas defuit: sed quaedam pestes hominum, laude aliena dolentium, et te nonnumquam a me alienarunt, et me aliquando immutarunt tibi. Sed exstitit tempus optatum mihi magis, quam speratum, ut, florentissimis tuis rebus, mea perspici posset, et memoria nostrae voluntatis, et amicitiae fides. Sum enim consecutus, non modo ut domus tua tota, sed ut cuncta civitas me tibi amicissimum esse cognosceret. Itaque et praestantissima omnium feminarum, uxor tua, et eximia pietate, virtute, gratia, tui Crassi meis consiliis, monitis, studiis, actionibusque utuntur: et senatus populusque Romanus intelligit, tibi absenti nihil esse tam promptum, aut tam paratum, quam in omnibus rebus, quae ad te pertineant, operam, curam, diligentiam, auctoritatem meam.

---

quandoquidem dirarum obnuntiatione neglecta, in provinciam abivisset; quod perniciosum rei publicae fore videbatur, sicut fuit, ipso cum exercitu a Parthis interfecto. *Manut.*

interruptum] caussas interruptae cum Crasso coniunctionis, gratiaeque reconciliatae diligenter exposuit Schmiederus in libro: *hist. philol. Bemerkungen zur Erläuterung der Briefe Cic. ad Div.*

uxor tua] Tertullae nomen fuisse, et a Caesare stupratam Suetonius in Caes. c. 50. auctor est.

tui Crassi] filii Marcus, et Publius quos hoc tempore constat fuisse Romae, quamquam Publius paullo post patrem prosecutus est, cum quo periit in Parthis. Marcum autem et ante hoc tempus et post in Gallia Caesaris quaestorem fuisse patet ex eius commentariis de bello Gallico. *Manut.*

Quae ſint acta, quaeque agantur, domeſticorum 2
tibi literis declarari puto. De me ſic exiſtimes, ac tibi perſuadeas vehementer velim, non me repentina aliqua voluntate, aut fortuitu, ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidiſſe: ſed, ut primum forum attigerim, ſpectaſſe ſemper, ut tibi poſſem quam maxime eſſe coniunctus. Quo quidem ex tempore memoria teneo, neque meam tibi obſervantiam, neque mihi tuam ſummam benivolentiam, ac liberalitatem defuiſſe. Si quae inciderunt, non tam re, quam ſuſpicione violata: ea quum fuerint et falſa et inania, ſint evulſa ex omni memoria, vitaque noſtra. Is enim tu vir es, et eum me eſſe cupio, ut, quoniam in eadem rei publicae tempora incidimus, coniunctionem, amicitiamque noſtram utrique noſtrum laudi ſperem fore. Quam ob rem tu, quantum tuo iudicio tribuendum eſſe nobis putes, ſtatues ipſe: et, ut ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate; ego vero tibi profiteor atque polliceor eximium, et ſingulare meum ſtudium in omni genere officii, quod ad honeſtatem, et gloriam tuam ſpectet. In quo, etiamſi multi mecum contendent, tamen quum reliquis omnibus, tum Craſſis tuis iudicibus, omnes facile ſuperabo: quos quidem ego ambo unice diligo; ſed in Marco benivolentia impar. Hoc magis ſum Publio deditus, quod me, quamquam a pueritia ſua ſemper, tamen hoc tempore maxime, ſicut alterum parentem, et obſervat, et diligit.

---

2. *quae ſint acta*] Reizium hic novae epiſtolae initium ſumpſiſſe, Martyni-Laguna ex eius ſchedis MStis refert, ipſe tamen ab eius iudicio diſcedit.

inciderunt] Bene hoc Erneſtius ex edd. pr. Rom. Ven. it. Ms. Guelf. 2. reſtituit, pro vulg. *interciderent.*

in Marco benivolentia impar] Ita correxi vulg. *impari.* Notat enim Marcum Craſſum filium ſuo amori non pari benivolentia reſpondere.

3 Has literas velim existimes foederis habituras esse vim, non epistolae, meque ea, quae tibi promitto ac recipio, sanctissime esse observaturum, diligentissimeque facturum. Quae a me suscepta defensio est, te absente, dignitatis tuae: in ea iam ego, non solum amicitiae nostrae, sed etiam constantiae meae causa, permanebo. Quam ob rem satis esse hoc tempore arbitratus sum, hoc ad te scribere: me, si quid ipse intelligerem, aut ad voluntatem, aut ad commodum, aut ad amplitudinem tuam pertinere, mea sponte id esse facturum; sin autem quippiam aut a te essem admonitus, aut a tuis, effecturum, ut intelligeres, nihil neque te scripsisse, neque quemquam tuorum frustra ad me detulisse. Quamobrem velim ita et ipse ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribusque rebus, ut ad hominem amicissimum: et tuis praecipies, ut opera, consilio, auctoritate, gratia mea sic utantur in omnibus, publicis, privatis, forensibus, domesticis, tuis, amicorum, hospitum, clientum tuorum negotiis; ut, quoad eius fieri possit, praesentiae tuae desiderium meo labore minuatur. Vale.

EPISTOLA CXXXII. (ad Q. Fr. II. 12.)

Scr. Romae idibus Febr. A. U. C. 699.

De Commageni regis causa a Cicerone in senatu discussa 1. *de literis a Caesare acceptis* 2.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Gaudeo tibi iucundas esse meas literas; nec ta-

---

3. *diligentissimeque factu-rum*] Vulgo inculcatum *esse* ante *facturum* iure delevit Ernestius.

nihil — frustra ad me detulisse] Concinnior, ut opinor, ordo verborum foret: *nihil neque te scripsisse frustra neque quemquam tuorum ad me detulisse.*

men habuissem scribendi nunc quidem ullum argumentum, nisi tuas accepissem. Nam prid. id. quum Appius senatum infrequentem coëgisset, tantum fuit frigus, ut populi convicio coactus sit nos dimittere. De Commageno rege, quod rem totam discusseram, mirifice mihi et per se, et per Pomponium blanditur Appius. Videt enim, hoc genere dicendi si utar in ceteris, Februarium sterilem futurum: eumque lusi iocose satis; neque solum illud extorsi oppidulum, quod erat, positum in Euphrate: sed praeterea togam

---

Epist. CXXXII. 1. *populi*] stantis ante fores in Graecostasi et gradibus cf. epist. ad Q. Fr. I. 1. (h. ed. 90.) *Manut.*

convicio] clamore et querela paullo liberiore. *Manut.*

Commageno] Antiocho Commagenes rege; cuius regni caput Samosata fuit in Asia, circa montem Taurum. De hoc rege meminit ep. ad Div. lib. XV. 3. 4. *Manut.*

rem] petierat, opinor, ut ei regni possessio senatus consulto confirmaretur. Idque videntur iudicare, quae proxime sequuntur verba de oppidulo extorto. *Manut.* Ex iis autem, quae sequuntur, hoc potius colligas, petiisse regem, ut sibi honor praetextae quem Caesare Cos. adeptus erat novo senatus decreto confirmaretur.

discusseram] abieceram; ita contra eum locutus eram in senatu, ut tota res ad nihilum recederet. *Manut.*

blanditur] metu; ne itidem exteris legatis, aut regibus aliquid a senatu petentibus obsistam. Quod ideo Appius nolle videbatur, quia quum aliquid eorum causa senatus decrevisset, munera mercedis loco, aut etiam pactam mercedem, consuli, qui ad senatum retulisset, dare consuessent. Id significant illa verba, quae sequuntur: *Videt hoc genere dicendi si utar in ceteris, Februarium sterilem futurum.*

quod erat, positum] Commate post *erat* distinxi; *quod erat*, scil. eius, Antiochi regis Commageni.

in Euphrate] Vulgo addebatur *et Zeugmate*; quod e glossemate fluxisse iam Manutius sibi persuaserat. Nam Zeugma est oppidum in Commagene ad Euphratem; neque aliud est in eodem re-

ſum eius praetextam, quam erat adeptus Caeſare conſule, magno hominum riſu cavillatus. „Quod nos vult, inquam, renovare honores eosdem, quo minus togam praetextam quotannis interpolet, decernendum nihil cenſeo. Vos autem homines nobiles, qui Busrenum praetextatum non ferebatis, Commagenum feretis?“ Genus vides, et locum iocandi. Multa dixi in ignobilem regem: quibus totus eſt exploſus. Quo genere commotus (ut dixi) Appius, totum me amplexatur. Nihil eſt enim facilius, quam reliqua discutere. Sed non faciam, ut illum offendam, ne imploret fidem Iovis Hoſpitalis, Graios omnes convocet, per quos mecum in gratiam rediit.

2 Theopompo ſatisfaciemus. De Caeſare fugerat me ad te ſcribere. Video enim, quas tu literas exſpectaris. Sed ille ſcripſit ad Balbum, faſciculum illum epiſtolarum, in quo fuerat et mea, et Balbi, totum ſibi aqua madidum redditum eſſe: ut ne illud quidem ſciat, meam fuiſſe aliquam epiſtolam. Sed ex Balbi epiſtola pauca verba intellexerat, ad quae reſcripſit his verbis: „De Cicerone video te quiddam ſcripſiſſe; quod ego

gno ad Euphratem poſitum. Praetera abſurde diceretur oppidum *in Zeugmate* poſitum, quod eſſet oppidum in oppido.

quod nos vult] Alii, ut Victorius ediderunt, *quod vult;* alii *quod non vult*, et hoc quidem ſe prorſus non intelligere Manutius fatebatur. Reſcripſi autem *quod nos vult renovare;* i. e. quod a nobis petit Commagenus rex, ut honorem praetextae ei renovemus, ſ. novo decreto confirmemus, *quo minus togam praetextam quotannis interpolet*, iocoſe, quaſi praetextam niſi novo decreto renovaretur, novis quotannis coloribus inducere, eamque uſu detritam ſarcire cogeretur.

nihil decernendum cenſeo] ex ſententia petentis Commageni. Erat autem haec in ſententiis ſenatoriis, ubi nihil novari placeret, uſitata concluſio: *decernendum nihil cenſeo. Manut.*

Busrenum] regulum barbarum obſcurum.

2. *de Cicerone*] nempe de Quinto.

non intellexi: quantum autem coniectura consequebar, id erat huiusmodi, ut magis optandum, quam sperandum putarem." Itaque postea misi ad Caesarem eodem illo exemplo literas. Iocum autem illius de sua egestate ne sis aspernatus. Ad quem ego rescripsi, nihil esse, quod posthac arcae nostrae fiducia conturbaret: lusique in eo genere et familiariter, et cum dignitate. Amor autem eius erga nos perfertur omnium nuntiis singularis. Et literae quidem ad id, quod exspectas, fere cum tuo reditu iungentur; reliqua singulorum dierum scribemus ad te, si modo tabellarios tu praebebis. Quamquam eiusmodi frigus impendebat, ut summum periculum esset, ne Appio suae aedes urerentur. Vale.

EPISTOLA CXXXIII. (ad Div. VII. 5.)

Scr. Romae mense Februario aut Martio A. U. C. 699.

Caesari Galliae Proconsuli Trebatium diligentissime commendat.

---

quam sperandum putarem] scil. Quintum ad eum iturum, ut operam in bello navaret. *Manut.*

ne sis aspernatus] Scripserat Caesar tale quid: argentum sibi non esse, unde Quintum ditare possit; studium et benivolentiam, et quaecunque in sua potestate essent, ei non defutura. *Manut.*

arcae nostrae] iocus ioco relatus. Si tu, inquit, eges, nos non abundamus. Itaque arcae nostrae noli confidere. Nam si decoxeris, ego te meis nummis tuo aere alieno non expediam. Et est hic *conturbare*, pro *decoquere* ut Martial. Epigr. IX. 1. *Manut.*

fere cum tuo reditu iungentur] i. e. eo fere tempore perferentur ad te, quo tu reditum ad nos adornabis. *Manut.*

suae aedes urerentur] quod in domo consulis, quo salutandi ac deducendi causa quam plurimi convenirent, caminum esse oporteret, saeviente frigore, luculentissimum. *Manut.*

CICERO CAESARI IMP. S. D.

Vide, quam mihi persuaserim, te esse me alterum, non modo in his rebus, quae ad me ipsum, sed etiam in iis, quae ad meos pertinent. C. Trebatium cogitaram, quocumque exirem, mecum ducere, ut eum meis omnibus studiis, beneficiis quam ornatissimum domum reducerem. Sed postea quam et Pompeii commoratio diuturnior erat, quam putaram; et mea quaedam tibi non ignota dubitatio, aut impedire

---

Epist. CXXXIII. *te esse me alterum*] Vulgo *te me esse alterum*. Ernestius dedit *te esse alterum me*; quia forma propria sit *ille est alter ego*, et Cicero semper sic scribat: ut Att. III. 15. *deinde te quasi alterum me*; ubi tamen legitur *deinde te, quasi me alterum*. Itaque Nizolii lectionem praetuli, *te esse me alterum*.

C. *Trebatium*] C. Trebatium Testam, familiarem suum, iuris consultum, ad quem sunt complures Ciceronis epistolae.

quocumque exirem] legatione non frumentaria, ut nonnulli putarunt, sed Hispaniensi, cum Pompeio proconsule, cui lege Trebonia ut omnes historiae narrant, utriusque Hispaniae administratio in quinquennium demandata erat. *Manut.*

commoratio] ad urbem. Numquam enim Pompeius ivit in provinciam, quae belli civilis origo fuit lib. VI. ad Div. ep. 6. *Eundum in Hispaniam censui; quod si fecisset, civile bellum nullum omnino fuisset.* Hic autem de curatione frumentaria, qui potest intelligi, quum ea iam ante biennium demandata Pompeio esset, nec ea res tam diuturnam Pompeii commorationem ferret? quin etiam, frumenti comparandi caussa ivit Pompeius in Sardiniam et Africam Marcellino et Philippo Coss. ut lib. I. ep. 9. (h. ed. 149.) demonstrat. at haec ad Caesarem scripta biennio post nondum ab urbe Pompeium discessisse ostendit. Praeterea ep. 17. (hui. edit. 141.) eandem manifeste rem attingens, ait: *quoad opinatus sum, me in provinciam exiturum.* Ire in provinciam non opinor, diceret, si ad frumentariam curationem iturus esset. *Manut.*

dubitatio] Verebatur ne

profectionem meam videbatur, aut certe tardare: vide, quid mihi sumpserim. Coepi velle, ea Trebatium exspectare a te, quae sperasset a me. Neque mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri. Casus vero mirificus quidam intervenit, quasi vel testis opinionis meae, vel sponsor humanitatis tuae. Nam quum de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer accuratius domi meae, literae mihi dantur a te: quibus in extremis scriptum erat: „M. Rufum quem mihi commendas, vel regem Galliae faciam, vel hunc Leptae delega si vis;

Clodius absenti negotium facesseret. Eadem legatio significatur ep. ad Att. IV. 18. (hui. ed. 158.) et ad. Quintum Fr. III. 1. (h. e. 143.) *Manut.*

cum Balbo nostro] Hic est L. Cornelius Balbus, Gaditanus, Caesaris et Ciceronis amicissimus, pro quo exstat oratio. Pervenit Caesaris beneficio ad maximas divitias, et consulatum postremo est adeptus. Plin. VII. 43. *Manut.*

M. Rufum] Vulgo editur in recentioribus *M. Orsium*; quod est ex correctione Victorii, qui in Ms. libro invenerat *M. Rufum.* Mirum vero est quantum in hoc nomine corrumpendo variaverint librarii. Alii enim Codd, ut Manutius testatur, habent *M. Orsium*, alii *M. Issium* alii *Mirsium*, alii *Idsium.* quidam *Fivium.* Nonnulli *M. Ilsinium* vel *M. Itisium* vel *M Insium* vel *M. Insinium* vel *M. Isium*, alii aliter. *M. Orsium* qui tenuerunt opinati sunt esse eundem de quo lib. II. ad Q. Fr. ep. 14. (hui. ed. 148.) fit mentio, quos quia tempora non congruunt bene Manutius refutavit. Ergo in re incerta servandam duxi lectionem *M. Rufum*, nisi forte quis de *Mescinio Rufo* cogitet, qui postea Ciceronis quaestor fuit in Cilicia.

vel regem Galliae faciam] iocose; quasi aliud non haberet, quod Rufo tribueret.

vel hunc Leptae delega, si vis] In magna varietate scripturae, servavi *delega*, quod plurimi codd. et editiones antiquae habent. In aliis erat vel *delegam*, vel *delegem*; vel *certe legatum* vel *Leptae legatum.* Manutius coniiciebat *vel tertiae*

ad me alium mitte quem ornem." Sustulimus manus et ego, et Balbus. Tanta fuit opportunitas, ut illud nescio quod non fortuitum, sed divinum videretur. Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, ut initio mea sponte, post autem invitatu tuo mittendum duxerim. Hunc, mi Caesar, sic velim omni tua comitate complectare, ut omnia, quae per me possis adduci, ut in meos conferre velis, in unum hunc conferas; de quo tibi homine haec spondeo, non illo vetere verbo meo, quod, quum ad te de Milone scripsissem, iure lusisti: sed more Romano, quo modo homines

---

legionis legatum. Lambinus vel *Leptae delegabo.* Rutgersius *vel Leptide legatum*, (urbe Africae) quod hic prorsus alienum est. In lectione quam sequuti sumus sensus est hactenus facillimus: *vel* (si tibi hoc non placeat) *tu hunc* Furium *Leptae delega*, qui eum ornet; *ad me alium mitte quem ornem*; nisi quod incertum est quis hic Lepta fuerit, aut qua ratione homini a Cicerone commendato prodesse potuerit. Turnebus lectionem *Leptae delega* amplexus hanc ita interpretatur, „ut Caesar dixerit iocans, tam divitem fore propediem eum hominem ipsum, ut creditori suo Leptae Cicero qui solvat delegare possit; id est enim delegatione solvere. Nam is, qui tui causa a me ditatus fuerit, tibi debebit, ut tuum aes alienum solvere debeat." Verum hoc vana coniectura nititur. Unde enim scimus illum Leptam Ciceronis creditorem fuisse?

vetere verbo meo] quo antea usus eram in Milone commendando. Quum infra videam subiungi *sed more Romano;* et *more Romano commendare* sit exquisite laudare et praestanti quodam uti genere commendationis, quod hic locus demonstrat, et ille in ep. 18. *ego te Balbo, quum ad vos proficiscetur more Romano commendabo*, facile possum coniicere frigidum fuisse verbum illud Ciceronis, quod scriptum de Milone Caesar luserat. Itaque sequitur minime frigida laudatio: probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem esse neminem. *Manut.*

quo modo homines non inepti loquuntur] Haec verba non pertinent ad ipsam formam commendationis, sed

non inepti loquuntur; probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem esse neminem. Accedit etiam, quod familiam ducit in iure civili; singularis memoria, summa scientia. Huic ego neque tribunatum, neque praefecturam, neque ullius beneficii certum nomen peto; benivolentiam tuam et liberalitatem peto; neque impedio, quo minus, si tibi ita placuerit, etiam hisce eum ornes gloriolae insignibus. Totum denique hominem tibi ita trado de manu (ut aiunt) in manum tuam istam, et victoria et fide praestantem. Sumus enim putidiusculi, quamquam per te vix licet: verum, ut video, licebit. Cura, ut valeas, et me, ut amas, ama.

EPISTOLA CXXXIV. (ad Q. Fr. II. 13.)

Scr. Romae postridie Idus Febr. A. U. C. 699.

De rebus id. Febr. in senatu actis 1. *de Callisthene et Philisto, historiae scriptoribus.* 2.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Risi nivem atram: teque hilari animo esse, et

---

ad illam locutionem proverbialem *more Romano* q. d. Cicero: spondeo tibi more Romano, ut hoc verbo utar, quo homines non inepti uti solent, si volunt indicare sponsionem certam, severam, fide dignam.

quamquam] Recte sic Ernestius correxit vulgatum *quam*, quod male sic acceperunt, quasi in *putidiusculi* vis comparativi esse posset. Cicero ait, nimia paene et putidiuscula diligentia utor in Trebatio commendando; quamquam vereri debeo, ne tu eam mihi non concedas; sed tamen, pro humanitate tua, quam in te intellexi sitam, eam facile mihi ignosces.

Epist. CXXXIV. 1. *Risi nivem atram*] de qua scripsisti. Anaxagorae fuit opinio, *nivem atram* esse, quod ex aqua fieret, quae nigra esset, inepto ac falso argu-

prompto ad iocandum, valde me iuvat. De Pompeio assentior tibi, vel tu potius mihi. Nam, ut scis, iampridem istum canto Caesarem. Mihi crede, in sinu est: neque ego discingor. Cognosce nunc idus. Decimus erat Coelio dies. Domitius ad numerum iudices non

---

mento. Sed hoc nihil ad hunc locum. Scripserat fortasse Quintus iocose, nivem se atram invenisse, illam, inquam, Anaxagorae, quasi tristem minimeque iucundam; quia scilicet ei per nives incommodissimo itinere eundum, ac forte etiam in ipsis nivibus cum hoste, non sine summo vitae discrimine pugnandum foret. *Manut.* Enimvero tutius est fateri nos nescire qualis ille Quinti iocus fuerit.

de Pompeio] non debere nos unius Pompeii amicitia niti; Caesarem simul esse complectendum, ut amicum Pompeio firmiorem. *Manut.*

in sinu est; neque ego discingor] faveo, neque favere umquam desinam; ductum a rebus carissimis, quas in sinu gestamus; quae ne excidant, non discingimur *Manut.* Simul per iocum tangere videtur laxiorem, qua Caesar uti solebat, cincturam. De qua Suetonius in Iul. c. 45. *Etiam cultu notabilem ferunt; usum enim lato clavo ad manus fimbriato, nec ut umquam aliter quam super eum cingeretur, et quidem fluxiore cinctura. Unde emanasse Sullae dictum, optimates saepius admonentis, ut male praecinctum puerum caverent.*

Idus] Februarii. Scripsit autem hanc epistolam postridie idus mane. Quod extrema epistolae verba declarant.

decimus erat Coelio dies] M. Coelio Rufo. Erravit Pighius Ciceronis orationem pro Coelio, quae exstat, hoc anno habitam esse, quum in ea cap. 32. Sex. Clodius dicatur paucis ante diebus absolutus. Id autem factum esse constat A. U. C. 697. Manutius, qui ad epistolam 6. lib. II. ad Quintum fratrem (hui. edit. 104.) recte orationem pro Coelio anno 697. assignaverat, aliud egisse aut sui ipsius oblitus esse videtur, quum ad h. l. Coelium a Cicerone adversus accusatorem Atratinum defensum esse dicit, iure ob eum errorem notatus a Fabricio in vita Ciceronis. Errori occasionem praebuit Domitii praetoris nomen.

habuit. Vereor ne homo taeter, et ferus, Pola Servius ad accusationem veniat. Nam noster Coelius valde oppugnatur a gente Clodia. Certi nihil est adhuc; sed veremur. Eodem igitur die Tyriis est senatus datus frequens; frequentes contra Syriaci publicani. Vehementer vexatus Gabinius; exagitati tamen a

---

Duo enim fuerunt illa aetate Gn. Domitii. Alter Gn. Domitius M. F. M. N. Calvinus, praetor A. U. C. 697. apud quem Cicero Coelium defendit; alter Gn. Domitius L. F. Ahenobarbus hoc anno 699. praetor, quo quaestionem exercente iterum accusatus est Coelius.

Pola Servius] Novum est ut praenomen post cognomen ponatur. Livius tamen semel, quod meminerim, ita locutus, quum Manlium Gnaeum appellat. Polam hunc aut de gente Clodia, plebeia tamen, aut certe gentis Clodiae studiosissimum opinor fuisse. Nam in epistola M. Coelii ad Ciceronem (lib. VIII. 12. ad Fam.) eius opera video Ap. Pulchrum P. Clodii fratrem in accusando Coelio uti cogitasse. Et puto Servium istum accusationes factitasse, primum, quia *ferum hominem* hic appellat Cicero; deinde quod in ea Coelii epistola ita scriptum est: *non destitit arcessere Polam Servium accusatorem inire cum Domitio consilia.* — *Manut.*

noster Coelius] quia Ciceronis amantissimus, quod utriusque indicant epistolae; cui etiam curam collocandae filiae Cicero dedit, quum iret in provinciam. *Manut.*

a gente Clodia] quia Clodia P. Clodii soror, quae Metelli Celeris uxor fuerat, suas omnes ad oppugnandum Coelium opes contulerat: ut oratio pro ipso demonstrat. *Manut.*

Tyriis] legationibus Tyro missis, ut de publicanis quererentur. Nam inter provinciales et publicanos ob nimis acerbam vectigalium exactionem, aut nimis lentam solutionem numquam fere negotium non fuit. *Manut.*

Syriaci] quia Tyrus in Phoenicia quae Syriae pars fuit. *Manut.*

vexatus] a publicanis, in quos iniquissimus fuerat Gabinius, quod indicant illa verba in orat. de prov. cons. c. 5. *iam vero publicanos miseros tradidit in servitutem Iudaeis et Syris, nationibus natis servituti*, et quae sequuntur, et Dio lib. XXXIX. et hic in ep. 2. lib. III. ad Q. Fr. (h. ed. 151.) *Manut.*

Domitio publicani, quod eum essent cum equis prosecuti. L. noster Lamia paullo ferocius, quum Domitius dixisset: Vestra culpa haec acciderunt, equites Romani; dissolute enim iudicatis; Nos iudicamus, vos laudatis, inquit. Actum est eo die nihil. Nox diremit. Comitialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur non impediri se lege Pupia, quo minus habeat senatum, et quod Gabinia sanctum sit, etiam

---

Domitio] Ahenobarbo cos. *prosecuti*] quum iret in provinciam. *Manut.*

L. noster Lamia] Vulgo scribitur *C. noster Lamia.* Verum recte Manutius notavit intelligi L. illum Aelium Lamiam, principem equestris ordinis, Ciceronis studiosissimum.

nos iudicamus, vos laudatis] nos tamen minus facimus, quam senatores, qui etiam solent reos laudare in iudiciis, ut absolvantur; nec adeo habent, quod nobis equitibus exprobrent, qui tantum iudicant et absolvunt crimine, quod minus est quam laudare. *Ernesti.*

Comitialibus] qui nulli dum fuerant. Nam toto mense Februario comitiales, qui fuerunt omnes post Quirinalia, nec plures quam sex fuisse constat. Comitiales autem erant de numero fastorum. Sed eodem tempore et *lege* et *cum populo* non agebatur; si lege, non cum populo; si cum populo, non lege. Itaque licebat utrumque; sed eodem tempore utrumque non fiebat. Senatus autem per eos dies non habebatur. Contraque qui dies, fasti non erant comitiales, iis et lege agi, et haberi senatum, idque die, confectis iudiciis, licebat, factumque animadvertimus. *Manut.*

interpretatur] Hinc, opinor, suam Appius hauriebat interpretationem. Vetabat Pupia lex, haberi senatum a XIIX. kal. Febr. usque ad Kal. Febr. tametsi dies essent duo, fastus unus alter nefastus, ille IV. hic III. kal. Febr. quibus nisi Pupia lege contra sancitum esset, senatus haberi potuisset. Cautum erat praeterea eadem lege, ne nisi perfectis aut reiectis legationibus aliis de rebus senatus haberetur. Sic igitur suam opinionem aut voluntatem potius tueri Appius poterat. Quid vetat Pupia lex? id

cogi ex kal. Febr. usque ad kal. Mart. legatis ſenatum quotidie dare. Ita putantur detrudi comitia in men-

---

ſcilicet, haberi ſenatum menſe Febr. niſi perfectis aut reiectis legationibus. Ego legi pareo; ſenatum alia de re, praeterquam perficiendarum legationum cauſa non habeo. Ea quidem me non impedit, quo minus audiendis legationibus ſenatum dem. Nihil enim in ea tale ſcriptum eſt, ſed hoc tantum ne ſenatus habeatur, niſi perfectis aut reiectis legationibus. Cogi autem ſe Gabinia lege contendebat Appius, quia quum in lege ſcriptum eſſet, ut quotidie ſenatus legationibus daretur menſe Februario, verbum *quotidie* volebat omnes Februarii dies comprehendere ſive comitiales, quibus haberi ſenatus non poterat, ſive non comitiales. Gabinius autem *quotidie* dixerat, non de omnibus plane diebus, ſed de omnibus iis, qui quidem comitiales non eſſent; quia ſcilicet haberi ſenatum eo menſe nulla omnino de re, niſi legationum cauſa volebat. Nec dubito, quin leges hae tribunitiae fuerint; ſi quidem ſenatum quibusdam quaſi conditionibus coërcent. *Manut.*

quotidie dare] Sic legendum erat, non *dari* ut vulgo. Si *dari* legitur, *cogi* ſenſu logico accipiatur neceſſe eſt, pro *conſequi*; id quod vidit Erneſtius; verum hoc incommodum eſt; melius enim ſibi reſpondent: *non impediri ſe — etiam cogi — dare.*

comitia] quid hoc? an comitiorum tempus adeſt ante Quinctilem menſem? numquam ſane, ſi ordine res agatur, ſed extra ordinem interdum. Nam quum Appius ipſe et Ahenobarbus conſules eſſent creati ex interregno, creandorum praetorum cura ad eos pertinebat, qui proximo ſuperiore anno deſignati non fuerant; eaque comitia conſules in hoc usque tempus duxerant; ſicuti Pompeius et Craſſus anno proximo, quum ipſi creati eſſent conſules ex interregno, comitia tamen rogandis praetoribus non ante menſem Maium habuerunt; quod ſupra oſtendimus. His porro comitiis praetorem creatum M. Catonem hiſtoriae demonſtrant, qui ſuperiore anno iniquiſſimam, praelato homine improbo P. Vatinio, repulſam tulerat. Plutarchus et alii. *Manut.*

ſem Martium. Sed tamen his comitialibus tribuni plebis de Gabinio ſe acturos eſſe dicunt. Omnia colligo, ut novi ſcribam aliquid ad te. Sed ut vides, res me ipſa deficit. Itaque ad Calliſthenem, et ad Philiſtum; in quibus te video volutatum. Calliſthenes quidem, vulgare, et notum negotium; quemadmodum Graeci aliquot. Siculus ille, capitalis, creber, acutus, brevis, paene puſillus Thucydides; ſed utros eius habueris libros (duo enim ſunt corpora) an utrosque, neſcio. Me magis de Dionyſio delectat. Ipſe eſt enim veterator magnus, et perfamiliaris Philiſto. Sed quod adſcribis, aggrederisne ad hiſtoriam? me auctore potes. Et, quoniam tabellarios ſubminiſtras, hodierni diei res geſtas Lupercalibus habebis. Oblecta te cum Cicerone noſtro quam belliſſime.

---

tribuni pl.] maxime C. Memmius, qui eum de repetundis poſtulavit. ep. 1. lib. III. ad Q. Fr. (h. ed. ep. 147.) *Manut.*

ad Calliſthenem et Philiſtum] Hic alii addebant *video;* alii *redeo;* ſed aſſentior Mureto, qui utrumque librariis deberi docuit Var. lect. II. 5.

Calliſthenes] Olynthius, qui bellum Troicum, item de rebus geſtis Alexandri ſcripſit.

quemadmodum Graeci aliquot] Vulgo additur *locuti ſunt*, quod Muretus delendum cenſuit. Recte.

Siculus ille] Philiſtus Syracuſius.

capitalis] Hoc Manutius intp. gravis, capita rerum attingens; Erneſtius vero: ingenioſus. Neutrum placet. Oppoſitionis ratio videtur poſtulare ut ſignificet *ſcriptorem primarium*, non vulgarem; quaſi de Graeco κεφάλαιος.

paene puſillus Thucydides] quem nimirum imitatus eſt. Cic. de orat. II. 13.

Lupercalibus] Cras. Nam haec epiſtola ſcripta eſt poſtridie Idus mane. Et Lupercalibus item mane ſcribere cogitabat, quae poſtridie eſſent acta. *Manut.*

EPISTOLA CXXXV. (ad Div. VII. 6.)

Scr. Romae menſe Martio A. U. C. 699.

Trebatium, quem ad Caeſarem in Galliam miſerat, deſiderium urbis impatienter ferentem hortatur, ut in provincia maneat, et quo conſilio profectus ſit id aſſiduitate et virtute aſſequatur.

CICERO TREBATIO, S. D.

In omnibus meis epiſtolis, quas ad Caeſarem, aut ad Balbum mitto, legitima quaedam eſt acceſſio commendationis tuae, nec ea vulgaris, ſed cum aliquo inſigni indicio meae erga te benivolentiae. Tu modo ineptias iſtas, et deſideria urbis, et urbanitatis depone: et, quo conſilio profectus es, id aſſiduitate et virtute conſequere. Hoc tibi tam ignoſcemus nos amici, quam ignoverunt Medeae, quae Corinthum arcem altam habebant matronae opulentae, optimates:

Epiſt. CXXXV. *legitima*] uſitata, ut quae lege fiunt. *Manut.*

urbanitatis] Hic urbanitas non eſt virtus, ſed pro rebus urbanis (*das Leben in der groſsen Welt*) accipitur quarum deſiderio ſe flagrare Trebatius ſignificaverat. *Manut.*

quo conſilio] Profectus erat eo conſilio, ut benivolentiam Caeſaris aſſiduitate et virtute adipiſceretur. *Manut.*

quae Corinthum — optimates] Sunt verba ex Ennii Medea leviter inflexa. Hos et ſequentes verſiculos ita conſtituit Planckius in Ennii Medea commentario illuſtrata p. 83.

Matronai opolentai, optumates, Korintum quai
Arcem altam habetis, nei mi vitio vortite,
A patria quod abſim; nam moltei ſuam
Rem bene geſſere et poplicam patria procul;
Moltei, domei quei aitatem egerunt, propterea
Sunt improbatei.

Aliter Hermannus de metr. II. p. 132. disponit, trochaicos octonarios ſeptenario interpoſito, eſſe arbitratus:

quibus illa manibus gypſatiſſimis perſuaſit, ne ſibi vitio illae verterent, quod abeſſet a patria. „Nam multi ſuam rem bene geſſere, et publicam, patria procul. Multi, qui domi aetatem agerent, propterea ſunt improbati.“ Quo in numero tu certe fuiſſes, niſi te extruſiſſemus. Sed plura ſcribemus alias. Tu, qui ceteris cavere didiciſti, in Britannia ne ab eſſedariis decipiaris, caveto: et quando Medeam agere coepi, illud ſemper memento: „Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe non quit, nequidquam ſapit.“ Cura ut valeas.

EPISTOLA CXXXVI. (ad Div. VII. 7.)

Scr. Romae menſe Aprili A. U. C. 699.

Studium ſuum in commendando Trebatio ſignificat, monetque ut ipſe ſe in familiaritatem Caeſaris inſinuet.

CICERO TREBATIO.

Ego te commendare non deſiſto; ſed, quid proficiam, ex te ſcire cupio. Spem maximam habeo in

---

Quae Corinthi arcem altam habetis, matronae opulentae optimates,
Multi ſuam rem bene geſſere et publicam patria procul,
Multi qui domi aetatem agerent, propterea ſunt improbati.

manibus gypſatiſſimis] Iocatur Cicero, quia hiſtrio qui in ſcena Medeae perſonam agebat, faciem et manus habebat gypſatas. Fruſtra quidam haec verba Enniana eſſe ſibi perſuaſerant. Sed ipſa lectio *manibus gypſatiſſimis* an vera ſit quaeritur. Benedictus e veſtigio lectionis cod. Torgar. eruit lectionem *manibus rapaciſſimis*. Sam. Petitus ad lig. Att. p. 67. correxit: *III anibus gypſatiſſimis* i e. matronis illis tribus gypſatiſſimis. Neutrum placet.

et quando Medeam agere coepi] Haec verba ſatis declarant verſiculum *qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe non quit, nequidquam ſapit* in Ennii tragoedia ab ipſa Medea pronuntiatum fuiſſe, quod

Balbo; ad quem de te diligentissime et saepissime scribo. Illud soleo mirari, non me toties accipere tuas literas, quoties a Quinto mihi fratre afferantur. In Britannia nihil esse audio neque auri, neque argenti. Id si ita est, essedum aliquod suadeo capias, et ad nos quam primum recurras. Sin autem sine Britannia tamen assequi, quod volumus, possumus; perfice, ut sis in familiaribus Caesaris. Multum te in eo frater adiuvabit meus, multum Balbus; sed mihi crede, tuus pudor, et labor plurimum. Imperatorem liberalissimum, aetatem opportunissimam, commendationem certe singularem habes; ut tibi unum timendum sit, ne ipse tibi defuisse videare.

EPISTOLA CXXXVII. (ad Att. IV. 14.)

Scr. in villa Cumana mense Maio A. U. C. 699.

Atticum rogat, ut Roma absens ad suos scribat, ut libri sui Ciceroni pateant; et ut si quid novi habeat, scribat, denique ut itinere ex sententia confecto, se quam primum revisat.

CICERO ATTICO, S.

Vestorius noster me per literas fecit certiorem,

---

nisi esset, Cicero non dixisset, se ut coeperit Medeam agere, ita nunc quoque eius personam acturum. Utrum vero his ipsis verbis Ennius versiculum illum, quem Cicero ut Euripideum affert,

μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός

exprimere voluerit, incertum est. Sententia quidem similis; sed Latina verba Graecis haud satis respondent. Et graecum quidem illum versiculum in Medea, quae est inter Euripideas, haud reperiri constat. Ceterum de hac re legendus est Manutius ed. h. l. et Planckius l. l. p. 69. sqq.

Epist. CXXXVI. *essedum*] vehiculum scil. in Britannia usitatum. Putabat enim Cicero Trebatium iam in Britannia esse, aut mox illuc iturum.

te Roma a. d. VI id. Mai. putare profectum esse, tardius, quam dixerat, quod minus valuisses. Si iam melius vales, vehementer gaudeo. Velim, domum ad te scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus, ac si ipse adesses, quum ceteri, tum Varronis. Est enim mihi utendum quibusdam rebus ex iis libris ad eos, quos in manibus habeo: quos, ut spero, tibi valde probabo. Tu velim, si quid forte novi habes, maxime a Quinto fratre, deinde a C. Caesare, et si quid forte de comitiis, de re publica, (soles enim tu haec festive odorari) scribas ad me; si nil habebis, tamen scribas aliquid. Numquam enim mihi tua epistola aut intempestiva, aut loquax visa est. Maxime autem rogo, rebus tuis, totoque itinere ex sententia confecto, nos quamprimum revisas. Dionysium iube salvere. Cura, ut valeas.

Epist. CXXXVII. *putare*] Cur Vestorius tantum scriberet se *putare* Atticum profectum esse, nisi forte tum ipse quoque Roma abesset? Vereor ne expungendum sit *putare*.

domum ad te] pro *domum ad tuos* — *Manut.*

quos in manibus habeo] de re publica scil. *Manut.*

a Quinto fratre] qui ad Caesarem hoc ipso, quo epistola scripta est, mense profectus erat. *Manut.*

de comitiis] quorum tempus non ita longe aberat; eo tamen anno habita non sunt. *Manut.*

festive] Recte sic scribendum esse iudicarunt Manut. Victor. Ernesti, pro vulg. *festine*.

toto itinere] Vix credibile est hoc iter Asiaticum fuisse, ut Manutius putat: quomodo enim si Atticus in Asiam profectus esset, Cicero eum rogare potuisset, ut si quid novi de Quinto et Caesare haberet, nempe vel e Gallia vel e Britannia, sibi nuntiaret?

EPISTOLA CXXXVIII. (ad Q. Fr. II. 14.)

Scr. in Cumano vel Pompeiano mense Maio A. U. C. 699.

Nuntiat se librum de re publica scribere: Quinto operam in mandatis eius persequendis pollicetur; Orsium et Trebatium commendat.

MARCUS Q. FRATRI S.

Duas adhuc a te accepi epistolas, alteram in ipso discessu nostro, alteram Arimino datam. Plures, quas scribis te dedisse, non acceperam. Ego me in Cumano, et Pompeiano, praeterquam quod sine te, ceterum satis commode oblectabam. Et eram in iisdem locis usque ad kal. Iun. futurus. Scribebam illa, quae dixeram, πολιτικά: spissum sane opus, et operosum. Sed si ex sententia successerit: bene erit opera posita. Sin minus: in illud ipsum mare deiiciemus, quod scribentes spectamus. Aggrediemur alia, quoniam quiescere non possumus. Tua mandata persequar diligenter, et adiungendis hominibus, et quibusdam non alienandis. Maximae mihi vero curae erit, ut Ciceronem tuum, nostrumque videam, scilicet quotidie: sed inspiciam quid discat, quam saepissime; et, nisi ille contemnet, etiam magistrum me ei profitebor: cuius rei nonnullam consuetudinem nactus sum in hoc horum dierum otio, Cicerone nostro minore

---

Epist. CXXXVIII. *alteram*] Vulgo *quarum* alteram. *Quarum* auctore Ernestio delevi.

Arimino] primo provinciae Caesaris oppido, quum ad Caesarem Quintus proficisceretur.

πολιτικά] libros de re publica.

quid discat] Tyrannione docente. *Manut.*

minore] scio recte dictum, *minore* ut a *maiore* Quinti filio distinguatur: moveor tamen suspicione nonnulla

producendo. Tu, quemadmodum ſcribis, quod etiam ſi non ſcriberes, facere te diligentiſſime tamen ſciebam, facies ſcilicet, ut mea mandata digeras, perſequare, conficias. Ego, quum Romam venero, nullum praetermittam Caeſaris tabellarium, cui literas ad te non dem. His diebus (ignoſces) cui darem, fuit nemo ante hunc M. Orfium, equitem Romanum, noſtrum et perneceſſarium, et quod eſt ex municipio Atellano: quod ſcis eſſe in fide noſtra. Itaque eum tibi commendo in maiorem modum, hominem domi ſplendidum, gratioſum etiam extra domum: quem fac ut tua liberalitate tibi obliges. Eſt tribunus militum in exercitu noſtro. Gratum hominem, obſervantemque cognoſces. Trebatium ut valde ames, vehementer te rogo. Vale.

---

ne gloſſema fuerit additum ad illud *noſtro*. Cur enim quum ad fratrem ſcribat, adiungat *minore?* nonne ſatis filium ſuum ab illius filio diſtinxit, quum de ſuo dixit *noſtro*, de illo *tuum?*— *Manut.* Recte quidem ſi de Quinti filio tantum *tuum* ſcripſiſſet. Scripſerat autem *Ciceronem tuum noſtrumque;* utroque pronomine enim Quinti tantum filium ſignificaverat, ut ſuum eius amorem oſtenderet, quaſi fratris filium in ſui filii loco haberet. Itaque ad ambiguitatem vitandam h. l. non erat ſuperfluum addi *minore.*

producendo] Erneſtius negat ſe hoc intelligere. An *perdocendo?* Si tamen lectio ſana eſt, ſignificat filium meum ad me vocando, ut eum ipſe inſtituerem.

digeras] ordines, ne quod elabatur aut praetermittatur. *Erneſti.* *digerere* prudentiae eſt; *perſequi* diligentiae, *conficere* conſtantiae; quibus tribus virtutibus officium eius, cui aliquid mandatum eſt, omne continetur. *Manut.*

equitem Romanum] ſapit gloſſatorem. Nec enim opus erat addere, quum omnes ſcirent Orfium eſſe ordinis equeſtris. *Erneſti.*

eſt tribunus militum in exercitu noſtro] Si haec proprie intelligas, vix locum ſuum tuentur. Nam primum difficile eſt dicere, cur Cicero id h. l. inſerſe-

EPISTOLA CXXXIX. (ad Div. VII. 8.)

Scr. menſe Maio A. U. C. 699.

Scribit ſe Trebatium Caeſari iterum commendaſſe; reprehendit autem eius feſtinationem, et miratur cur tribunatus commoda contempſerit.

CICERO TREBATIO.

Scripſit ad me Caeſar perhumaniter, nondum te ſibi ſatis eſſe familiarem propter occupationes ſuas, ſed certo fore: cui quidem ego reſcripſi, quam mihi gratum eſſet futurum, ſi quam plurimum in te ſtudii, officii, liberalitatis ſuae contuliſſet. Sed ex tuis literis cognovi praeproperam feſtinationem tuam; et ſimul ſum admiratus, cur quaedam tribunatus commoda, dempto praeſertim labore militiae, contempſeris. Querar cum Vacerra, et Manilio; nam Cornelio nihil audeo dicere, cuius tu periculo ſtultus es, quum te ab eo ſapere didiciſſe profiteris. Quin tu urges iſtam occaſionem, et facultatem, qua melior numquam reperietur? Quod ſcribis de illo Preciano iureconſulto,

---

rit, multo enim aptius fuiſſet paullo ante ſcribere: *M. Orſium, equitem Romanum, tribunum militum.* Deinde quemnam exercitum ſignificaret? Si Caeſaris, ridiculum eſſet id in epiſtola ad Quintum monere, qui ipſe in Caeſaris exercitu legatus eſſet. Et cur hunc exercitum *noſtrum* diceret? Citius exſpectares: *in exercitu veſtro.* Arbitror autem Ciceronem hic per iocum ἀλληγορικῶς loqui; ut ſignificet: *eſt anteſignanus clientum noſtrorum*, quemadmodum ep. 10. aſſeclas et clientes Pompeii, *Pompeii manum* appellat.

Epiſt. CXXXIX. *Vacerra et Manilio*] iurisconſultis.

Cornelio] a Q. Cornelio Maximo ius civile Trebatius didicerat, ut ſine praeceptoris culpa ſtultus eſſe non poſſet L. II. §. 45. D. de orig. iur. *Manut.*

Preciano] qui erat apud Caeſarem gratioſior, ut vi-

ego te ei non desino commendare. Scribit enim ipse mihi, te sibi gratias agere debere. De eo quid sit, cura, ut sciam. Ego vestras literas Britannicas exspecto. Vale.

EPISTOLA CXL. (ad Q. Fr. II. 15.)

Scr. Romae mense Iunio A. U. C. 699.

Caesaris in se et Quintum amorem et liberalitatem collaudat, suumque erga eum studium pollicetur 1. de Trebatio benigne a Caesare accepto, et Curtio ei commendato. 2. de rerum Romanarum statu. 3.

MARCUS Q. FRATRI, S.

A. d. IIII non. Iun. quo die Romam veni, accepi tuas literas, datas Placentiae: deinde alteras postridie, datas Laude Nonis, cum Caesaris literis, refertis omni officio, diligentia, suavitate. Sunt ista quidem magna, vel potius maxima. Habent enim vim magnam ad gloriam, et ad summam dignitatem. Sed mihi crede, quem nosti: quod in istis rebus ego plurimi aestimo, id iam habeo: te scilicet primum tam inservientem communi dignitati; deinde Caesaris tantum in me amorem; quem omnibus his honoribus, quos me a se

---

detur, quam Trebatius, quum ipsum Trebatium ei Cicero commendet. Praeciorum gens Romae fuit; unde Praecilii. Fortasse hic ex Praeciis in aliam familiam adoptione transierat. *Manut.*

te sibi gratias agere debere] ex quo Trebatius colligere poterat, eum vere a Cicerone Preciano commendatum fuisse.

de eo quid sit] quid Precianus tibi tribuerit, aut conciliaverit.

Epist. CXL. 1. *Laude Nonis*] Sic emendavit Car. Sigonius, et iure Manutius ac Lambinus probaverunt. Vulgo corrupte *Blandenone*. *Laus* erat urbs Galliae prope Placentiam.

exspectare vult, antepono. Literae vero eius una datae cum tuis, — quarum initium est, quam suavis ei tuus adventus fuerit, et recordatio veteris amoris; deinde, se effecturum, ut ego in medio dolore, ac desiderio tui, te, quum a me abesses, potissimum secum esse laetarer; — incredibiliter delectarunt. Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris, sed mehercule currentem nunc quidem, ut omnia mea studia in istum unum conferam. Ego vero ardenti quidem studio; ac fortasse efficiam, quod saepe viatoribus, quum properant, evenit: ut, si serius, quam voluerunt, forte surrexerint, properando, etiam citius, quam si de multa nocte vigilassent, perveniant quo velint: sic ego, quoniam in isto homine colendo tam indormivi diu, te mehercule saepe excitante, cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum vero (quoniam scribis poëma ab eo nostrum probari) quadrigis poëticis. Modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, penicillo meo. Sed quid ago? quod mihi tempus, Romae praesertim, ut iste me rogat, manenti, vacuum ostenditur? sed videro. Fortasse enim (ut fit) vincet tuus amor omnes difficultates.

Trebatium quod ad se miserim, persalse, et humaniter etiam gratias mihi agit. Negat enim, in tanta multitudine eorum, qui una essent, quemquam fuisse, qui vadimonium concipere posset. M. Curtio tribunatum ab eo petivi; (nam Domitius se derideri 2

---

ardenti quidem studio] Vereor ut Cicero dixerit, *ardenti studio studia in aliquem conferre*. Itaque suspicor eum ante sic scripsisse: *ut omnia mea officia in istum unum conferam.*

Britanniam] res a Caesare gestas in Britannia.

coloribus tuis] narratione tua de Caesaris rebus gestis, quae erit poëmatis materia.

tuus amor] i. e. amor tui.

2. *Domitius*] Ahenobarbus consul, Caesaris adversarius.

facio ſemper, ut, quicunque calamus in manus meas venerit, eo ſic utar, tamquam bono. Verum attende nunc, mi optime, et ſuaviſſime frater, ad ea dum reſcribo, quae tu in hac eadem brevi epiſtola πραγματικῶς valde ſcripſiſti. Petis, ut ad te, nihil occultans, nihil diſſimulans, nihil tibi indulgens, genuine, fraterneque reſcribam. Id eſt, utrum huc advoles, ut dixeris, an ad expediendum te, ſi cauſa ſit, commorere. Si, mi Quinte, parva aliqua res eſſet, in qua ſciſcitarere, quid vellem: tamen, quum tibi permiſſurus eſſem, ut faceres, quod velles, ego ipſe, quid vellem, oſtenderem. In hac vero re hoc profecto quaeris, cuiusmodi illum annum, qui ſequitur, exſpectem? Plane aut tranquillum nobis, aut certe munitiſſimum: quod quotidie domus, quod forum, quod theatri ſignificationes declarant; nec laboramus conſcientia copiarum noſtrarum, quod Caeſaris, quod

---

petis] Vulgo: *de quo petis.* At nec ſenſus, nec verborum conſtructio patitur illud *de quo* praeponi.

id eſt utrum huc advoles — commorere] Niſi totum hoc inciſum e gloſſemate fluxit, certe ſcabritie quadam e corruptela librariorum laborat. Quintus ad fratrem ſcripſerat, ſi is proximo anno ſibi a Clodii machinationibus timeret, ſe ad id tempus quod dixerat, Romam e provincia rediturum; ſin omnia tuta putaret, diutius in provincia manſurum. Cicero igitur ei perſuadere cupit, nihil eſſe, quod ſibi a Clodii furore quicquam metuendum putet; itaque eum hortatur, ut ad negotia ſua expedienda in provincia, quousque velit, maneat. Haec omnia ſatis intelligerentur; etiamſi illa verba *id eſt, utrum voles — commorere* abeſſent; quae forſitan gloſſator aliquis ex iis, quae ſequuntur collecta, hic annectenda putavit. Sin autem illa a Cicerone addita videantur, certe ſic fere legenda ſunt: *petis ut — — reſcribam, utrum huc advoles, ut dixeris, an ad expediendum te, ſi cauſa ſit, commorere;* etſi ne ſic quidem Ciceronis manum plane reſtitutam opinor.

nec laboramus, conſcien-

Pompeii gratiam tenemus. Haec, me ut confidam, faciunt. Sin aliquis erumpet amentis hominis furor: omnia sunt ad eum frangendum expedita. Haec ita sentio, iudico, ad te explorate scribo. Dubitare te non assentatorie, sed fraterne veto. Quare suavitatis equidem nostrae fruendae causa cuperem te ad id tempus venire, quod dixeras: sed illud malo tamen, quod putas; etenim magni aestimo ἀμφιλαφείαν illam tuam, et explicationem debitorum tuorum. Illud quidem sic habeto, nihil nobis expeditis, si valebimus, fore fortunatius. Parva sunt, quae desunt, nostris quidem moribus, et ea sunt ad explicandum expeditissima, modo valeamus. Ambitus redit immanis.

---

tia copiarum nostrarum] Ita correxi vulgatam: *nec laborant, quod mea conscientia copiarum nostrarum.*

amentis hominis] P. Clodii.

suavitatis equidem nostrae] fortasse legendum *tuae.*

quod putas; etenim — tuorum] Vulgo sic legebantur ista: *quod putas; magis etiam illa (etenim magis aestimo me) ἀμφιλαφείαν illam tuam et exspectationem debitorum tuorum.* Cuius quidem scripturae scabritiem correctione nostra expolivimus. Nempe Cicero sperabat, si Quintus diutius apud Caesarem maneret, futurum, ut mox ad amplas pecunias perveniret, quibus aes alienum dissolvere, et rei familiaris difficultates explicare posset. Tunstallus locum ita constituendum putavit: *quod putas, ne agas, etiam illud (etenim magni aestimare te) — et expeditionem debitorum tuorum.* In quo *expeditionem* bene ad sensum. Sed quia statim occurrit *expeditis*, et *expeditissima*, praeferendam est *explicationem.* Nam *explicare* in re argentaria saepe ponitur pro *expedire*, ut paulo post, item aliis apud Ciceronem locis. ἀμφιλαφείαν de copiis et facultatibus ad tuendam rem familiarem sufficientibus ut supra ep. 104, 3.

ambitus] nempe candidatorum consulatus, qui immani ambitu et largitione inter se certabant. Erant autem quatuor Memmius, Domitius, Scaurus, Messala.

putasset, si esset a me rogatus: hoc enim est eius quotidianum, se ne tribunum militum quidem facere: etiam in senatu lusit Appium collegam, propterea isse ad Caesarem, ut aliquem tribunatum auferret) sed in alterum annum. Id et Curtius ita volebat. Tu, quemadmodum me censes oportere esse in re publica et in nostris inimicitiis; ita et esse, et fore, auricula infima scito molliorem.

3. Res Romanae se sic habebant. Erat nonnulla spes comitiorum, sed incerta; erat aliqua suspicio dictaturae, ne ea quidem certa; summum otium forense, sed senescentis magis civitatis, quam acquiescentis. Sententia autem nostra in senatu eiusmodi, magis ut alii nobis assentiantur, quam nosmetipsi. τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται.

EPISTOLA CXLI. (ad Q. Fr. II. 15. extr.)

Scr. Romae mense Quintili A. U. C. 699.

Nihil opus esse rescribit fratri, ut sui periculi causa citius quam ipsi opus sit e provincia Romam redeat 1. *ambitum in urbe valde ingravescere significat.* 2.

---

propterea isse ad Caesarem] non in consulatu. Nimis enim praeter dignitatem, atque omnino absurdum, consulem, maximarum rerum procuratione districtum, discedere paulo longius ab urbe, ut tribunatum peteret a proconsule. Intelligo igitur de itione illa de qua ad Q. fr. II. 6. (hui. edit. ep. 104.) Lentulo et Philippo coss. ante annum. *Manut.*

me censes] Ita sensus postulat, ut legamus; Vulgo *te censes.*

3. τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται] *talia aerumnosum bellum efficit.* Versiculus est 119. ex Euripidis Supplicibus; quo utitur ad deplorandam intestinam civitatis discordiam. Ceterum finis huius epistolae periit; ideoque male cum sequenti, quae iam ἀκέφαλος est, in unam eandemque epistolam coaluit.

MARCUS Q. FRATRI, S.

* * * Calamo, et atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. Scribis enim, te meas literas superiores vix legere potuisse; in quo nihil eorum, mi frater, fuit, quae putas. Neque enim occupatus eram, neque perturbatus, nec iratus alicui: sed hoc

---

Epist. CXLI. 1. *calamo*] Quatuor fit argumentis ut hoc putem esse principium epistolae; primum quod fortasse paulo infirmius videbitur, ut homines diversa sentiunt, quod haec verba initium potius epistolae, quam epistolae partem redolent; deinde, quod apparet respondisse iam Ciceronem duabus Quinti epistolis Placentiae et Laude datis; nunc autem uni respondet brevi epistolae, quam post illas accepit. Praeterea si una esset cum superiore epistola, bis ageret de rebus Romanis. Nam ibi iam dixerat: *Res Romanae sic se habent. Erat nonnulla spes comitiorum* etc. Infra vero rursus: *Ambitus redit immanis.* Itaque eadem esse repetita credibile non est, postremo quod hanc scriptam esse constat post Idus Quintiles; quum inferat: Idibus Quinctilibus foenus fuit ZZ ex Z. At superior epistola paulo post IV. nonas Iunias, ut ipse in prima epistolae parte significat. *Manut.* Et hic quidem hanc epistolam non ut vulgo fit, cum superiore coniungendam esse, argumentis omni dubitatione maioribus evicit. Unum hoc monendum est, ante verba: *calamo et atramento* pauca quaedam verba intercidisse. Fieri potuit ut sic inciperet: *In hac epistola calamo et atramento — agetur.* Nisi forte prima illa verba *calamo — agetur* transposita sunt; et hoc ordine legenda: *Scribis te meas literas superiores vix legere potuisse; in quo nihil eorum, mi frater fuit, quae putas. Neque enim occupatus eram, neque perturbatus, nec iratus alicui. Sed hoc facio semper, ut quicumque calamus in manus meas venerit, eo sic utar, tamquam bono. Nunc igitur calamo et atramento temperato, charta etiam dentata res agetur.*

charta — dentata] i. e. dente polita et laevigata. Plin. Hist. nat. XIII. 2. *scabritia chartae laevigatur dente conchave.* — *Ernesti.*

iunctus Dionyfius, M. Pomponius. Valde mehercule mihi gratum, fi Eutychides tuam erga me benivolentiam cognofcet, et fuam illam in meo dolore συμπάθειαν, neque tum mihi obfcuram, neque poft ingratam fuiffe.

2 Iter Afiaticum tuum puto tibi fufcipiendum fuiffe. Numquam enim tu fine iuftiffima caufa tam longe a tot tuis et hominibus cariffimis et rebus fuaviffimis abeffe voluiffes. Sed humanitatem tuam, amoremque in tuos reditus celeritas declarabit. Sed vereor, ne lepore te fuo detineat diutius rhetor Clodius, et homo pereruditus, ut aiunt, et nunc quidem deditus Graecis literis Pituanius. Sed, fi vis homo effe, recipe te ad nos, ad quod tempus confirmafti. Cum illis tamen, quum falvi venerint, Romae vivere licebit.

3 Avere te fcribis, accipere aliquid a me literarum; dedi, ac multis quidem de rebus, ἡμερολεγδὸν perfcripta omnia: fed, ut coniicio, quoniam mihi non videris in Epiro diu fuiffe, redditas tibi non arbitror. Genus autem mearum, ad te quidem, literarum eius-

---

Dionyfius] alius Attici libertus, cuius faepe fit mentio.

in meo dolore] in exfilii calamitate.

neque poft ingratum] nempe Cicero Atticum rogaverat, ut eum manumitteret.

2. *Iter Afiaticum*] cuius faciendi Atticus derepente confilium cepiffe ex hoc ipfo loco patet.

a tot tuis – abeffe voluiffes] Sic auctore Erneftio locum conftitui. Vulgo *tam longe a tot tuis et hominibus et rebus cariffimis abeffe voluiffes.* Alii *a tot tuis et rebus cariffimis et fuaviffimis abeffe voluiffes.*

humanitatem tuam] refertur ad id quod dixerat et *rebus fuaviffimis.* Nam *humanitatis* eft rerum domefticarum fuavitate delectari.

Clodius] Sex. Clodius Siculus, de quo Sueton. in cl. Rhet. c. 5. Ei Antonius conful duo millia iugerum campi Leontini affignavit, ut eft in Philippica II. c. 39.

3. ἡμερολεγδὸν] de die in diem, feu ut quaeque fingulis diebus acciderunt.

modi fere est, ut non libeat cuiquam dare, nisi de quo exploratum sit, tibi eum redditurum.

Nunc Romanas res accipe. A. d. III non. Quint. 4
Sufenas et Cato absoluti; Procilius condemnatus. Ex quo intellectum est, τρισαρειοπαγίτας ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam denique rem publicam flocci non facere. Debemus patrem familias domi suae occidere nolle; neque tamen id ipsum abunde. Nam absolverunt XXII, condemnarunt XXIIX. Publius sane diserto epilogo criminans mentes iudicum moverat. Hortalus in ea causa fuit, cuiusmodi solet. Nos verbum nullum. Verita est enim pusilla, quae nunc laborat, ne animi in Publio offenderer.

His rebus actis, Reatini me ad sua τέμπη duxe- 5
runt, ut agerem causam contra Interamnates apud

Sufenas] M. Nonius Sufenas.

Cato] C. Cato. Uterque de ambitu reus absolutus est.

Procilius] hic ob caedem in patre familias vel perpetratam, vel intentatam reus fuerat, ut intelligitur e sequentibus.

τρισαρειοπαγίτας] *eximios illos Areopagitas;* ironice; iustos et severos scilicet.

occidere nolle] Fortasse legendum: *occidi nolle.* Agitur enim de iudicibus inter sicarios. Horum est providere ne cives occidantur; poenas legibus ei maleficio constitutas persequendo.

neque tamen id ipsum abunde] εἰρωνικῶς; neque tamen opus est ut multi vel omnes iudices ita sentiant; scilicet quia XXII absolverant Procilium.

Publius] Clodius; absque cuius epilogo fortasse ne illi XXIIXX quidem iudices reum condemnassent.

Hortalus] Q. Hortensius.

nos verbum nullum] ad defendendum Procilium.

pusilla] Tullia.

laborat] morbo affecta.

ne animi in Publio offenderer] Sic Gruterus et Gronovius; nisi malis legere: *ne aliquid in Publio offenderem;* scil. acerbius in Clodium invehendo, dum Procilium adversus eius accusationem defenderem.

5. *ad sua* τέμπη] Amoenissima enim regio. Varro lib. I. de re rust. *Manut.*

contra Interamnates] co-

consulem, et decem legatos; quod lacus Velinus, a M' Curio emissus, interciso monte, in Narem defluit: ex quo est illa siccata, et humida tamen modice Rosea. Vixi cum Axio. Quin etiam me ad Septem aquas duxit.

6 Redii Romam Fonteii causa a. d. VII idus Quint. veni in spectaculum; primum, magno et aequabili

---

gnomine Nartes, i. e. Nartis incolas, qui ea parte, qua Velinus amnis in Narem defluit, habitabant ad confluentem, ex quo Interamnates dicti. Hi autem videntur alveum Velini amnis inferius derivasse suo commodo, interciso monte, supra quem amnis prius ferebatur dextrorsum in Narem; qua ratione Velinus lacus minuebatur, minusque humoris inferne, et voris superne Reatinorum agris suppeditabat. *Iunius.* Recte quidem, sed id ipsum argumento est, post *defluit* quaedam verba intercidisse; fortasse leg. *Velinus, qui — defluit est ab illis* (Interamnatibus) *derivatus.*

Velinus, qui a M' Curio emissus] M' Curio Dentato IV. cos.

Rosea] campus agri Reatini fertilissimus, de quo Varro de R. R. Cic. I. c. *Caesar Vopiscus aedilicius causam quum ageret apud censores campos Roseae, Italiae dixit esse sumen; in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam.*

vixi cum Axio] senatore Romano quem in agro Roseano villam habuisse testis est Varro lib. III. c. 2. de re rust. *Manut.*

ad Septem aquas] Septem aquae quadraginta stadiis distabant a lacu, ut scribit Dionysius Halic. lib. I. c. 14. ubi fortasse alteram villam Axius habebat. *Corrad.*

6. *Fonteii causa*] Incertum est, quis hic Fonteius, aut cur eius causa Cicero Romam redierit. Quod Corradus putat legendum esse *Pontinii*, qui tum volebat triumphare, ad Att. IV. 16. ea quidem coniectura vulgata lectione incertior est, ut hanc mutari minime placeat.

veni in spectaculum] Nempe tum ludi apparatissimi a Milone aedili edebantur tam scenici quam Circenses.

magno et aequabili plausu] significat se gratiosum apud populum esse; idemque epistola superiore scripserat ad Quintum Fr. se satis muni-

plausu; (sed hoc ne curaris; ego ineptus, qui scripserim;) deinde Antiphonti operam. Is erat ante manumissus, quam productus. Ne diutius pendeas, palmam tulit. Sed nihil tam pusillum, nihil tam sine voce, nihil tam verum. Haec tu tecum habeto. In Andromacha tamen maior fuit Astya; nam in ceteris

---

tum esse adversus Clodium, *quod domus* (a multis celebrata *quod forum*, *quod theatri significationes* declarent.

Antiphonti operam] scil. *dedi*, quod in brevitate quam amat in his epistolis omittit, ut passim alia quoque verba facile supplenda. Nonnulli tamen addiderunt *dedi* scil. e glossa. *Antiphon* fuit histrio, servus fortasse Milonis, qui ludos edebat.

quam productus] in scenam. Alias, ut Bosius monuit, victoriae praemium in servis histrionibus fuit manumissio.

palmam tulit, *sed nihil*] prae ceteris histrionibus plausum tulit; quanquam multa in eo Cicero reprehendenda putabat.

nihil tam verum] Si *verum* est a Ciceronis manu, in vitio ponatur necesse est, quum in praecedentibus vocabulum *pusillum* pertineat ad exilitatem totius actionis, ut *pusilla* vox est in vitio apud Quintil. Inst. Or. XI. 3. praeterea *sine voce* notet exilem histrionis pronuntiationem. Itaque *verum* h. l. nihil aliud significare potest, quam Antiphontem in agendo suam naturam sine arte secutum esse potius, quam affectus personae quam gerebat, imitatione effinxisse. Malaspina tamen malebat *victum*.

tecum habeto] Videtur Cicero iudicium suum celatum velle propter Milonem, cui ut videtur, multum placuerat Antipho.

maior fuit Astya] Vulgo *Astyanax*, quod si verum est nomen, alius tragoedus aut histrio fuit. Bosius autem quia in omnibus Msptis invenit *Astyanam*, legendum censuit: *Astya. Nam in ceteris.* Quicquid sit, hoc certum est sensus causa delendum esse particulam *quam*, quae vulgo post *maior fuit* inculcatur. Significat enim Cicero Antiphontem quamvis palmam tulerit, in Andromacha tamen Ennii fabula agenda ab Astya vel Astyanacte superatum, in ceteris parem neminem habuisse; sed omnes fuisse ipso deteriores.

parem habuit neminem. Quaeris nunc de Arbuscula: valde placuit. Ludi magnifici et grati. Venatio in aliud tempus dilata.

7 Sequere nunc me in campum. Ardet ambitus; σῆμα δέ τοι ἐρέω. Foenus ex triente idib. Quint. factum erat bessibus. Dices: istuc quidem non moleste fero. O virum! o civem! Memmium Caesaris omnes opes confirmant. Cum eo Domitium consules iunxe

---

Arbuscula] Fuere eodem tempore tres insignes meretrices, eaedemque mimae Arbuscula, Cytheris, Origo. Servius ecl. X. Arbusculam et Horatius nominat Sat. ult. lib. I. In lapide autem antiquo, qui Romae est ad Agonem mentio fit Volusiae Arbusculae. Et in aliis lapidibus nominatur Cytheris. *Manut.*

valde placuit] et mihi et populo.

ludi] Apollinares in circo.

grati] populo scilicet.

7. *sequere nunc me in campum*] hoc dicitur: Accipe nunc de ratione petitorum. Petebantur enim in Campo Martio magistratus.

ardet ambitus] incredibiliter pecunia corrumpendo certant candidati.

σῆμα — ἐρέω] *signum autem tibi dicam* ex Homeri Il. Ψ. 326.

foenus ex triente] Idibus Quintilibus foeneratores pecuniam dederunt bessibus i. e. ut pro centenis octoni in anno (i. e. singulis mensibus pro centum assibus bes i. e. duae tertiae assis) usurae nomine penderentur; quum antea supra trientem, dimidium quod est bessis, usura non fuisset. Eam pecuniam ambitiosa candidatorum manus sumebat, ut tribubus pro magistratu alius alio plus promitteret. Idibus autem ut usurae solverentur in consuetudine fuisse et Horatius testatur, et Cicero ipse in Catilinam et Antonium. *Manut.*

dices: istuc quidem non moleste fero] iocatur in Atticum, ut foeneratorem, quasi ipse hoc nuntio de foenore aucto delectaretur, quum sibi ipsi quoque ex nummis in foenore positis usurae crescerent.

consules] Ap. Pulcher et Domitius Ahenobarbus Memmio et Domitio Calvino consulatum pactione polliciti. Pactio autem quae fuerit aperte scribit Att. IV. 18. (hui. ed. ep. 158.) *Manut.*

runt; qua pactione, epistolae committere non audeo. Pompeius fremit, queritur, Scauro studet: sed utrum fronte, an mente, dubitatur. ἐξοχὴ in nullo est. Pecunia omnium dignitatem exaequat. Messala languet: non quo aut animus desit, aut amici: sed coitio consulum, et Pompeius obsunt. Ea comitia, puto fore, ut ducantur. Tribunicii candidati iurarunt se arbitrio Catonis petituros. Apud eum H-S quingena deposuerunt; ut, qui a Catone damnatus esset, id perderet, et competitoribus tribueretur. Haec ego pridie scribebam, quam comitia fore putabantur. Sed ad te v kal. Sext. si facta erunt, et tabellarius non erit profectus, tota comitia perscribam: quae si, ut putantur, gratuita fuerint; plus unus Cato potuerit, quam omnes quidem iudices. Messius defendebatur a nobis, e legatione revocatus. Nam eum Caesari legarat Ap-

---

fremit] ob pactionem a consulibus cum Memmio et Domitio factam. Ipse enim Scauro studet, consulatum petenti. Studet autem non tam ob eam causam, quia Scaurus bello Mithridatico quaestor eius fuerat, ut Appianus lib. Antioch. et Iosephus lib. I. de bello Iud. tradiderunt, sed etiam quia sororem eius Aemiliam Pompeius habuerat in matrimonio, de quo Plutarchus in Sulla et Pompeio. Erat autem hic ad petendum consulatum Scauro legitimus annus. Fuerat enim praetor biennio ante Lentulo et Philippo coss. orat. pro Sext. c. 447. *Manut.*

dubitatur] quin saepe animum occultat simulationis integumento Vid. ep. 9. et sane ad extremum Pompeius Scaurum abiecit lib. III. ad Quintum Fr. ep. 8. (hui. ed. 159.) *Manut.*

ἐξοχὴ in nullo est] nemo prae ceteris magnopere excellit.

ea comitia] Puto comitia consularia dilatum iri. Et vere hoc anno nulla fuerunt, sed consules anni proximi ex interregno creati.

Messius] is de quo Att. IV. 1. (hui. ed. ep. 87.)

revocatus] Manutius arbitratur eum ab amicis aut

pius. Servilius edixit, ut adesset. Tribus habet Pomptinam, Velinam, Maeciam. Pugnatur acriter: agitur tamen satis. Deinde me expedio ad Drusum, inde ad Scaurum. Parantur orationibus indices gloriosi. Fortasse accedent etiam consules designati: in quibus si Scaurus non fuerit, in hoc iudicio valde laborabit.

8 Ex Quinti fratris literis suspicor, iam eum esse in Britannia. Suspenso animo exspecto, quid agat. Illud quidem sumus adepti, quod multis et magnis indiciis possumus iudicare, nos Caesari et carissimos, et iucundissimos esse.

9 Dionysium velim salvere iubeas, et eum roges et hortere, ut quamprimum veniat, ut possit Ciceronem meum, atque etiam me ipsum, erudire.

EPISTOLA CXLIII. (ad Div. VII. 9.)

Scr. Romae initio mensis Sextil. A. U. C. 699.

Scire cupit quid agat Trebatius, monetque ne in urbem redire properet. 1. *Cn. Octavii cuiusdam crebra invitatione se adhuc nihil usum esse scribit.* 2.

---

propinquis revocatum, ne iudicium effugisse videretur legationis praesidio potius quam innocentia. Nam iudicii causa neminem de legatione invitum revocari licebat.

Servilius] praetor, postquam redierat Messius, eum ad caussam dicendam adesse iussit.

tribus habet] quae ei favent, et absoluturae sunt.

agitur tamen satis] aliquid tamen proficitur, etsi acres habemus adversarios. *Manut.*

ad Drusum] defendendum.

ad Scaurum] qui accusatus erat a P. Valerio Triario, repetundarum ex Sardinia. Iudicium Cato praetor exercuit. Paedianus.

indices gloriosi] iocose; tituli splendidi orationum voluminibus agglutinandi, et clarorum virorum nominibus praefulgentes.

M. CICERO S. D. TREBATIO.

Iam diu ignoro, quid agas. Nihil enim ſcribis; neque ego ad te his duobus menſibus ſcripſeram. Quia cum Quinto, fratre meo, non eras, quo mitterem, aut cui darem, neſciebam. Cupio ſcire quid agas, et ubi ſis hiematurus. Equidem velim cum Caeſare; ſed ad eum propter eius occupationes nihil ſum auſus ſcribere. Ad Balbum tamen ſcripſi. Tu deeſſe tibi noli. Serius potius ad nos, dum plenior. Quod huc properes, nihil eſt, praeſertim Vacerra mortuo. Sed tibi conſilium non deeſt. Quid conſtitueris cupio ſcire.

Cn. Octavius, an Cn. Cornelius, quidam eſt, tuus 2 familiaris, ſummo genere natus, terrae filius. Is me quia ſcit, tuum familiarem eſſe, crebro ad coenam invitat. Adhuc non potuit perducere; ſed mihi tamen gratum eſt. Vale.

Epiſt. CXLIII. 1. *occupationes*] In Mſſ: fere deeſt verbum *occupationes*, ut et in meo. Sed eſt in Gu. 1: et in 2. inter verſus additum a manu ſec. et in edd. pr. extat. Itaque reſtituere omiſſum a recentioribus non dubitari. Et vix intelligi aliud quid poteſt. *Erneſti.* Fuerunt qui *luctum* mallent, ſcil. Caeſaris, ob mortem filiae. Verum hoc menſe ea nondum videtur deceſſiſſe.

ad Balbum] ut per eum Caeſari Trebatium iterum commendaret.

Vacerra] Sic olim legebatur. Poſtea e Mſſ. aliquot receptum eſt *Battara* ignotum nomen. *Vacerra* videtur idem Iuriſconſultus fuiſſe, quo praeceptore uſus fuerat Trebatius ep. 139.

2. *Cn. Octavius*] hoc verum hominis nomen fuiſſe intelligitur ex ep. 147. Quod addit: *an Cn. Cornelius*, contemptus cauſa facit, quaſi ne nomen quidem hominis meminerit.

EPISTOLA CXLIV. (ad Q. Fr. II. 16.)

Scr. Romae menſe Sextili A. U. C. 699.

Scribit ſe a cauſis et iudiciis numquam diſtrictiorem fuiſſe de ambitu quum atrociſſime ageretur, ſe in ſenatu i fuiſſe. 2. *de Druſi, Vatinii et Scauri iudicio* 3. *gra latur fratri amplam de rebus Britannicis ſcribendi ma riam.* 4. *denique quid de ſuis verſibus Caeſar iudica rit, ſciſcitatur.* 5.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Quum a me literas librarii manu acceperis, paullum otii me habuiſſe iudicato; quum autem me ne nullum. Sic enim habeto, numquam me a cau et iudiciis diſtrictiorem fuiſſe, atque id anni tempc graviſſimo et caloribus maximis. Sed haec (quonia tu ita praeſcribis) ferenda ſunt; neque committendu ut aut ſpei, aut cogitationi veſtrae ego videar defuiſ praeſertim quum, tametſi id difficilius fuerit, tam ex hoc labore magnam gratiam, magnamque digni tem ſim collecturus. Itaque, ut tibi placet, dam operam, ne cuius animum offendamus, atque ut etia ab iis ipſis, qui nos cum Caeſare tam coniunctos d

---

Epiſt. CXLIV. 1. *ne nullum*] Inſeruimus, quod vulgo abeſt; ut ſenſus magis appareat: quum utor librarii manu, prorſus otii nihil habeo; quum autem mea nonnihil.

veſtrae] tui et Caeſaris, qui me hunc laborem etiam ſua cauſa ſuſtinere vult. Supra dixit ſe rogatum a Caeſare ut Romae maneat, quod facit ad hanc ſententia *Manut.*

difficilius fuerit] fer tantum laborem.

ab iis ipſis] L. Domit Ahenobarbo huius anni co ſule, M. Porcio Cato praetore. M. Calpurnio B bulo conſulari. Hos eni maxime deſignat, acerrim Caeſaris inimicos. *Manut.*

lent, diligamur: ab aequis vero, aut etiam a propensis
in hanc partem vehementer et colamur, et amemur.

De ambitu quum atrocissime ageretur in senatu 2
multos dies, quod ita erant progressi candidati consu-
lares, ut non esset ferendum: in senatu non fui. Sta-
tui ad nullam medicinam rei publicae sine magno prae-
sidio accedere.

Quo die haec scripsi, Drusus erat de praevarica- 3
tione a tribunis aerariis absolutus, in summa quatuor
sententiis, quum senatores, et equites damnassent. Ego
eodem die post meridiem Vatinium eram defensurus.
Ea res facilis est. Comitia in mensem Sept. reiecta
sunt. Scauri iudicium statim exercebitur: cui nos non
deerimus. Συνδείπνους Σοφοκλέους, quamquam a te

---

ab aequis] quorum aequus in utramque partem animus est, neque studio in Caesarem affectus, neque odio. *Manut.*

propensis in hanc partem] Caesaris causa cupientibus. Tria nominavit hominum genera; qui Caesarem oderant; qui nec oderant, nec amabant; qui amabant. *Manut.*

3. *praevaricatione*] Praevaricatur aliquis quum causam susceptam pecunia corruptus bona fide non agit; maxime si in accusatione suscepta a reo corruptus diligentiam non praestet.

in summa quatuor sententiis] omnium ordinum sententiis numeratis, quatuor sententiis, qui absolvebant, eos qui condemnaverant superabat.

Vatinium] quem etsi antea vehementissime accusaverat; nunc Caesari satisfacturus defendit, idque factum Lentulo excusat ep. 148.

comitia] nempe consularia; reiecta quidem non tamen futura; usque enim eo producta res est, ut consules, non habitis comitiis magistratu abierint. *Manut.*

exercebitur] apud M. Catonem praetorem; is enim de repetundis quaesivit; Asconius; et hic ad Q. Fr. III. 8. (h. ed. ep. 159.) *Manut.*

cui nos non derimus] Ita non defuit, ut Scaurus eo defendente sit absolutus. *Manut.*

συνδείπνους Σ.] Quid

actam fabellam video esse festive, nullo modo probavi.

4 Venio nunc ad id, quod nescio an primum esse debuerit. O iucundas mihi tuas de Britannia literas! timebam Oceanum, timebam litus insulae. Reliqua non equidem contemno, sed plus habent tamen spei, quam timoris, magisque sum sollicitus exspectatione ea, quam metu. Te vero ὑπόθεσιν scribendi egregiam habere video. Quos tu situs, quas naturas rerum et locorum, quos mores, quas gentes, quas pugnas, quem vero ipsum imperatorem habes? Ego te libenter, ut rogas, quibus rebus vis, adiuvabo, et tibi versus, quos rogas, γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας mittam.

5 Sed heus tu, celari videor a te. Quomodonam mi frater, de nostris versibus Caesar? nam primum librum se legisse scripsit ad me ante: et prima sic, ut neget se ne Graeca quidem meliora legisse. Reliqua ad quendam locum ῥαθυμότερα. Hoc enim utitur ver-

---

hoc sit plane exputari coniectura non potest. Alluditur ad nomen fabulae satyricae Sophoclis, Σύνδειπνοι. Itaque, quod Manutius vidit, res quaedam in convivio fortasse apud Caesarem, ubi Quintus aliique interessent, acta fuerit necesse est; qua in re Cicero negat se illorum convivarum sententiam probare, etsi Quintus ibi prudenter se gesserit.

quos rogas] rogabat Quintus fratrem ut versus, quibus ipse ad opus Britannicum pro suis, uteretur, scriberet, ad Q. Fr. III. ep. 3. 4. (hui. ed. 152. 153.) *Manut.*

γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας] quum ipse versus optime facias. Infra dixit eadem sententia: *quoniam ipsi fontes iam sitiunt.* Proverbium iis de rebus usurpatum, quas ad eos, qui abundant, mittimus. *Manut.*

5. *de nostris versibus*] videtur significare poema vel de suo consulatu, vel de suis temporibus.

ῥαθυμότερα] minus accurata, scripta indiligentius videri sibi aiebat.

bo. Dic mihi verum, num aut res eum, aut χαρακτὴρ non delectat? nihil est, quod vereare. Ego enim me pilo quidem minus me amabo. Hac de re φιλαλήθως, et, ut soles, scribe fraterne.

EPISTOLA CXLV. (ad Div. VII. 10.)

Scr. Romae mense Sextili A. U. C. 699.

Iocose exagitat Trebatium, ut meliorem iureconsultum, quam militem; 1. deinde iterum se eum Caesari commendasse ait; petitque, ut quid profecerit, ac de statu suo et consiliis se certiorem faciat 2.

M. CICERO S. D. TREBATIO.

Legi tuas literas: ex quibus intellexi, te Caesari nostro valde iureconsultum videri. Est quod gaudeas, te in ista loca venisse, ubi aliquid sapere viderere. Quod si in Britanniam quoque profectus esses: profecto nemo in illa tanta insula peritior te fuisset. Verumtamen (rideamus licet: sum enim a te invitatus) subinvideo tibi, ultro te etiam arcessitum ab eo, ad quem ceteri, non propter superbiam eius, sed propter occupationem adspirare non possunt. Sed tu in ista epistola nihil mihi scripsisti de tuis rebus: quae mehercule mihi non minori curae sunt, quam meae. Valde metuo, ne frigeas in hibernis. Quamobrem camino

---

aut res aut χαρακτὴρ] aut argumentum, aut meum scribendi genus. *Manut.*

Epist. CXLV. 1. *ne frigeas*] cave hoc quum Manutio sic accipias: metuo ne non optime tecum agatur, quandoquidem opera tuo Caesar in bello non utitur. Nam etsi *frigere* interim sic metaphorice ponitur, h. l. tamen proprie intelligendum. Cicero iocose Trebatium carpit, quasi mollem, et laboribus militiae, ut frigoribus hybernis perferendis, parum assuetum.

luculento utendum censeo. Idem Mucio, et Manilio placebat, praesertim qui sagis non abundares: quamquam vos nunc istic satis calere audio. Quo quidem nuntio valde mehercule de te timueram. Sed tu in re militari multo es cautior, quam in advocationibus: qui neque in Oceano natare volueris, studiosissimus homo natandi, neque spectare essedarios: quem antea ne Andabata quidem fraudare poteramus.

2 Sed iam satis iocati sumus. Ego de te ad Caesarem quam diligenter scripserim, tute scis; quam

---

Mucio et Manilio] Ridicule scilicet; ac si opus esset auctoritate veterum ICtorum ut P. Mucii Scaevolae, et M' Manilii comprobare, luculento camino frigus hybernum depelli posse.

calere] ob metum hostium in Gallia.

quam in advocationibus] iocose, quasi non optime Trebatius caveret iis, quorum esset advocatus. Quid autem *advocatus* et *advocatio* sit, Asconius ad Divin. in Caecil. c. 4. ostendit his verbis: *Qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est, aut advocatus, si aut ius suggerit, aut praesentiam suam commodat amico; aut procurator, si negotium suscipit, aut cognitor, si praesentis caussam novit et sic tuetur ut suam.* — *Manut.* Salse autem cautionem Cicero in milite laudat, quam in advocato desiderat.

essedarios] scil. Britannos milites qui ex essedis pugnabant. Ludit autem Cicero in ambiguitate vocabuli. Nam essedarii etiam erant genus gladiatorum quorum pugna ludicra in Circo maximo spectabatur; ideo hic *andabatis* opponuntur. Cf. Lipsium Saturnal. Serm. lib. II. c. 12.

Andabata] Andabatae ex equis galea frontem oculosque tecti ideoque clausis oculis pugnabant. Itaque Cicero si scripsit *Andabatam*, ut vulgo legitur, hoc ait: te ut ICtum fraudare non poteramus, etiamsi clausis oculis pugnasses more Andabatarum. Praestat autem cum Gebhardo legere *Andabata:* ut sensus sit: noluisti adesse spectandis essedariis (in Britannia) quum antea te ne Andabata quidem defraudare, h. e. ne a spectaculo Andabatarum quidem avertere possemus.

faepe, ego. Sed mehercule iam intermiferam, ne viderer liberaliffimi hominis, meique amantiffimi voluntati erga me diffidere. Sed tamen his literis, quas proxime dedi, putavi effe hominem commonendum. Id feci. Quid profecerim, facias me velim certiorem: et fimul de toto ftatu tuo, confiliisque omnibus. Scire enim cupio quid agas, quid exfpectes, quam longum iftum tuum difceffum a nobis futurum putes. Sic enim tibi perfuadeas velim, unum mihi effe folatium, quare facilius poffim pati te effe fine nobis, fi tibi effe id emolumento fciam. Sin autem id non eft: nihil duobus nobis eft ftultius; me, qui te non Romam attraham; te, qui non huc advoles. Una mehercule noftra vel fevera, vel iocofa congreffio, pluris erit, quam non modo hoftes, fed etiam fratres noftri Aedui. Quare omnibus de rebus, fac ut quam primum fciam. Aut confolando, aut confilio, aut re iuvero.

Aedui] nempe tum in Aeduis cum Caefare erat. Ait fi maxime Aedui fe fratres fideles focios, ut olim, propter quod fratres appellati funt, praeftarent, tamen melior effet tua commoratio apud nos; quanto magis nunc, quum fe hoftes praebent. *Ernefti.* At enim defectio Aeduorum, quam Caefar de B. G. lib. VII. narrat, in hunc annum quo fcripta eft haec epiftola non cadit, fed poftea demum facta eft. Dumnorigis enim molimina ad Aeduos follicitandos exitum non habuerunt. Hoftes igitur hic intelliguntur vel Britanni, vel fi qui in Gallia fuerint. Si haec epiftola fcripta effet poft Caefaris reditum e Britannia, poffes de Gallis accipere, qui duce Ambiorige et Cativolco poft reditum Caefaris e Britannia defecerant Caef. de B. G. lib. V. c. 26 fqq. Verum haec epiftola fcripta effe videtur menfe Sextili, quo tempore Caefar adhuc in Britannia fuit. Itaque Cicero ait, noftra congreffio pluris erit, quam tua non dicam cum hoftibus, fed etiam cum fratribus noftris Aeduis congreffio.

EPISTOLA CXLVI. (ad Div. VI. 6.)

Scr. partim in Arpinati, partim Romae mense Septembri A. U. C. 699.

Scribit se Quinti villas obiisse ibique in aedificatione quaedam aut correxisse aut constituisse 1. Deinde de urbanae domus expolitione et Quinti filio 2. Tum respondet compluribus Quinti epistolis; primae longiori 3. deinde minusculae 4. tum tertiae 5. denique quartae perveteri sed sero allatae 6. postremo novissimae, quam ei quum hanc epistolam iam complicaret tabellarii reddiderant 7. Subiungit quaedam, alia aliis diebus scripta 8.

MARCUS Q. FRATRI S.

Ego ex magnis caloribus (non enim meminimus maiores) in Arpinati summa cum amoenitate fluminis me refeci ludorum diebus, Philotimo tribulibus commendatis. In Arcano a. d. IIII idus Sept. fui. Ibi Messidium cum Philoxeno, aquamque, quam ii duce-

---

Epist. CXLVI. 1. *fluminis*] Fibreni, quo nihil amoenius, nihil frigidius esse ait lib. II. de legg. *Man.*

ludorum] Romanorum; qui pridie nonas Sept. commissi per novem continuos dies in Palatio, ante Matris magnae templum ab aedilibus curulibus fiebant; rursusque biduo intermissi per quinque dies in circo. Hoc et Kalendarium vetus Romanum et alia veterum monumenta declarant. *Manut.*

Philotimo tribulibus commendatis] ut eis meo nomine ad spectandos ludos locum daret. Moris enim erat, ut amicis et tribulibus et in circo et in foro locus ad spectandum daretur. Ad Att. I. 2. et orat. pro Murena c. 34. *Tribules* autem intellige non eos tantum, qui Romae domicilium haberent, verum et municipes, et si qui praeterea cives in Italia habitarent, quos interdum ad urbem venisse ludorum spectandorum causa, simile veri est. *Manut.*

Arcano] Quinti praedio de quo ad Q. Fr. III. 3. et 9. (h. ed. 152. 160) *Manut.*

Messidium c. Philoxeno]

faepe, ego. Sed mehercule iam intermiferam, ne viderer liberalisſimi hominis, meique amantisſimi voluntati erga me diffidere. Sed tamen his literis, quas proxime dedi, putavi esſe hominem commonendum. Id feci. Quid profecerim, facias me velim certiorem: et fimul de toto ftatu tuo, confiliisque omnibus. Scire enim cupio quid agas, quid exfpectes, quam longum iftum tuum discesſum a nobis futurum putes. Sic enim tibi perfuadeas velim, unum mihi esſe folatium, quare facilius posſim pati te esſe fine nobis, fi tibi esſe id emolumento fciam. Sin autem id non eft: nihil duobus nobis eft ftultius; me, qui te non Romam attraham; te, qui non huc advoles. Una mehercule noftra vel fevera, vel iocofa congresſio, pluris erit, quam non modo hoftes, fed etiam fratres noftri Aedui. Quare omnibus de rebus, fac ut quam primum fciam. Aut confolando, aut confilio, aut re iuvero.

Aedui] nempe tum in Aeduis cum Caefare erat. Ait fi maxime Aedui fe fratres fideles focios, ut olim, propter quod fratres appellati funt, praeftarent, tamen melior esſet tua commoratio apud nos; quanto magis nunc, quum fe hoftes praebent. *Ernefti.* At enim defectio Aeduorum, quam Caefar de B. G. lib. VII. narrat, in hunc annum quo fcripta eft haec epiftola non cadit, fed poftea demum facta eft. Dumnorigis enim molimina ad Aeduos follicitandos exitum non habuerunt. Hoftes igitur hic intelliguntur vel Britanni, vel fi qui in Gallia fuerint. Si haec epiftola fcripta esſet poft Caefaris reditum e Britannia, posſes de Gallis accipere, qui duce Ambiorige et Cativolco poft reditum Caefaris e Britannia defecerant Caef. de B. G. lib. V. c. 26 fqq. Verum haec epiftola fcripta esſe videtur menfe Sextili, quo tempore Caefar adhuc in Britannia fuit. Itaque Cicero ait, noftra congresſio pluris erit, quam tua non dicam cum hoftibus, fed etiam cum fratribus noftris Aeduis congresſio.

ciis fieri, in quibus est atrium maius: nec habere poterat adiuncta cubicula, et eiusmodi membra. Nunc haec vel honestate testudinis valde boni aestivi locum obtinebit. Tu tamen si aliter sentis, rescribe quam primum. In balnearijs, assa in alterum apodyterii angulum promovi, propterea quod ita erant posita, ut eorum

---

nunc haec vel honestate — obtinebit] Hic locus olim sic legebatur: *nunc hoc vel honestate testudinis vel valde boni aestivum locum obtinebit.* Grutero teste in codd. Pal. sec. et tert. erat: *honestatem testudinis vel valde bonum aestivum;* in quarto: *honestae testudinis, vel valde boni aestivum.* Manutius paulo audacius correxit: *nunc hoc vel in aestate testudinis vel hieme aestivum locum obtinebit;* idque hoo modo intelligi voluit: „*Verum hoc*, id est, *quo modo porticus nunc est, in aestate loco testudinis erit; hieme vero quod habent aestiva loca, id obtinebit.* Optamus autem in aestate algorem; hieme teporem; et algorem quaerentes, fornicatis cameris, quae vocantur *testudines*, libenter utimur; quod aestate fit. Teporem vero quia non habent, nisi quae sol adversus diu spectat loca, ea nos per hiemem tenent. Porticus igitur, ut nunc est, id habebit commodi, quod in aestate testudines, hieme aestiva loca." Propius tamen ad scripturae vestigia accedit quod recepimus: *nunc haec vel honestate testudinis valde boni aestivi locum obtinebit.* Nam honestas testudinis de ampla specie et altitudine sic dicitur, ut alibi *honesta vestibula.* Haec autem altitudo apta est aestivis. Eodem modo Plinio Ep. II. 17. cubiculum dicitur *altitudine aestivum.* Lambinus minus apte textum sic refinxit: *nunc hoc vel hieme testudinis vel aestate valde boni aestivi locum obtinebit.* Corruptelae locum dedisse videtur, quod librarii alterum *vel* intruserunt, qui putarent illud *vel* ante *honestate* disiunctivum esse, quum potius *vel honestate* sit i. q. *ipsa adeo honestate;* seu *vel sola honestate testudinis*, etiamsi nihil aliud accedat.

assa] alias hypocaustum s. hypocausis, cuius usum in balneis et adornationem demonstrat *Vitruvius* V. 10.

vaporarium esset subiectum cubili. Subgrande cubiculum autem, et hibernum altum valde probavi, quod et ampla erant, et loco posita ambulationis uno latere, eo, quod est proximum balneariis. Columnas neque rectas, neque e regione Diphilus collocarat. Eas scilicet demolietur. Aliquando perpendiculo, et linea discet uti. Omnino spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore. Curat enim diligentissime Caesius, qui tum mecum fuit. Ex eo loco recta Vitularia via profecti sumus in Fufidianum fundum, quem tibi proximis nuntiis Arpini de Fufidio H-S CCCIↃↃↃ emeramus. Ego locum aestate umbrosiorem vidi numquam; permultis locis aquam profluentem, et eam uberem. Quid quaeris? Iugera L prati Caesius irrigaturum facile te arbitrabatur. Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo, mirifica suavitate te villam habiturum, piscina, et salientibus additis, palaestra,

---

vaporarium] i. q. *praefurnium* ap. Vitruvium, e quo fumus abducitur. Quod hic vulgo adiicitur *ex quo ignis erumpit*, manifestum est glossema, quod iam Ursinus observavit.

cubili] Sic Scaliger ad Catull. emendavit vulgatum *cubiculis*. Nempe in *apodyterio* erat *cubile*, in quo accumbere solebant qui vellent sudatione uti; huic vaporarium ne subiiceretur, ad evitandum incendii periculum, Cicero illud in angulum apodyterii promovit.

subgrande cubiculum autem] Ernestius coniecit *s. cubiculum aestivum*.

rectas] perpendiculares.

e regione] nempe eas non ita posuerat, ut essent parallelae.

perpendiculo et linea] *perpendiculo*, ut rectas faceret columnas, *linea*, ut aequali distantia et e regione poneret.

Caesius] villicus Quinti, aut certe procurator.

nuntiis] an *nundinis?*

salientibus] aquis quae sua sponte saliant; distinguuntur autem salientes ab iis, quae oriendo cadunt, non saliunt; ut planis in locis salient, de praecipitibus cadant. *Manut.*

et ſilva viridicata. Fundum audio te hunc Bovillanum velle retinere. De eo quid videatur, ipſe conſtitues. Calvus aiebat, aqua dempta, et eius aquae iure conſtituto, et ſervitute fundo illi impoſita, tamen nos pretium ſervare poſſe, ſi vendere vellemus. Meſſidium mecum habui. Is ſe ternis nummis in pedem tecum transegiſſe dicebat: ſeſe autem menſum pedibus aiebat paſſuum IV CIↃ; mihi plus viſum eſt. Sed praeſtabo, ſumptum nusquam melius poſſe poni. Chilonem arceſſeram Venafro. Sed eo ipſo die quatuor

---

viridicata] Non dubito quin hoc vocabulum mendoſum ſit. Lambinus edidit *vindicata* i. e. purgata et rebus alienis et ſupervacaneis liberata. In cod. Memmiano erat *viridata*. Erneſtio placebat *viridicante*. Sed hoc eſt otioſum ſilvae epitheton, niſi forte intelligas de arboribus perpetuo virentibus.

Bovillanum] non eſt a familia, ut Fufidianus, quem proxime nominavit, fundus; (nulla enim Romae Bovilia familia) ſed ab ignobili loco nomen ductum. Sunt quibus placeat Bovillianum a Bovillis, ubi Clodius eſt interfectus, quos refellit geographiae ratio. Bovillae enim inter Ariciam et Romam; fundus autem hic in Arpinati fuit. *Manut.*

aqua dempta] excepta in venditione fundi; ut alienato fundo, aqua tamen iuris tui ſit, quam ad irrigandos finitimos fundos illorum dominis locare poſſis.

ſervitute fundo illi impoſita] quia fundus aquae ſerviet, quum ea cogetur uti. Unde enim irrigetur, aliunde non erit. Ita ſi fundum vendes, qui dominus eius futurus eſt, is tibi aliquid pendet, ſi fundo ſuo conſultum volet. *Manut.*

ternis numis] ſeſtertiis.

in pedem transegiſſe] Nempe Meſſidius redemptor deducendae aquae, ſingulos in pedes alvei faciendi ternis nummis transegerat. Supra de Meſſidio dixerat, quod hanc ſententiam confirmet: *uberiorem aquam ſe collecturos dicebant.*

IV CIↃ] Hunc numerum poſuit Gruterus. Olim erat CCCC ∞, h. e. paſſuum quadringenta millia, quod eſſet abſurdum. Manutius repoſuit ∞ CCCC i. e. mille quadringenti paſſus; qui aequant pedum ſeptem millia.

eius conservos et discipulos Venafri cuniculus oppresserat. Idibus Sept. in Laterio fui. Viam perspexi, quae mihi ita placuit, ut opus publicum videretur esse; praeter CL pass. sum enim ipse mensus ab eo ponticulo, qui est ad Furinae, Satricum versus. Eo loco pulvis, non glarea iniecta est, et mutabitur; et ea viae pars valde acclivis est. Sed intellexi aliter duci non potuisse, praesertim quum tu neque per Locustae, neque per Varronis velles ducere. Veluinus ante suum fundum prope munierat. Locusta non attigerat: quem ego Romae aggrediar, et, ut arbitror, commovebo: et simul M. Taurum, quem tibi audio promisisse, qui nunc Romae erat, de aqua per fundum eius ducenda rogabo. Nicephorum, villicum tuum, sane probavi; quaesivique ex eo, ecquid ei de illa aedificatiuncula Laterii, de qua mecum locutus es, mandavisses. Tum is mihi respondit, se ipsum eius operis H-S XVI conductorem fuisse; sed te postea multa addidisse ad opus, nihil ad pretium; itaque id se omisisse. Mihi hercule valde placet, te illa, ut constitueras,

---

ad Furinae] templum. *Furinalia* dies festus eius deae IIX Kal. Sext. Varro, Festus, vetus Kalendarium. *Manut.* Apud Victorem in reg. XIV. ponitur templum et lucus Furinarum cum insula. Est etiam apud Gruterum Inscript. 333. 1. *ara Forinarum* pro *Furinarum.* Ursinus etiam apud Ciceronem malit *Forinae* legi. *Ernesti.*

Locustae] scil. fundum.

Veluinus] aut hoc nomen corruptum est et *Varro* reponendum; aut antea pro *Varronis* legendum *Veluini.*

prope] Ernestius coni. *probe.*

munierat] viam. Quum tu id ius haberes, ut viam ducere per Locustae perque Varronis fundum posses, neque tamen, quae tua fuit modestia, feceris; illi, ut quasi tibi gratiam referrent, eam viae partem quae ante fundos eorum est, munire debuerunt, quod Varro propemodum effecit; Locusta nondum attigit. *Manut.*

constitueras] Sic legendum vidit Ernestius. Vulgo *constituebas.*

addere; quamquam ea villa', quae nunc est, tamquam philosopha videtur esse, quae obiurget ceterarum villarum insaniam. Verumtamen illud additum delectabit. Topiarium laudavi; ita omnia convestit hedera, qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis; ut denique illi palliati topiariam facere videantur, et hederam vendere. Iam ἀποδυτηρίῳ nihil alsius, nihil muscosius.

2 Habes fere de rebus rusticis. Urbanam expolitionem urget illam quidem, et Philotimus, et Cincius; sed etiam ipse crebro interviso, quod est facile factu. Quamobrem ea te cura liberatum volo. De Cicerone quod me semper rogas, ignosco equidem tibi, sed tu quoque mihi velim ignoscas. Non enim concedo tibi, plus ut illum ames, quam ipse amo. Atque utinam his diebus in Arpinati, quod et ipse cupierat, et ego non minus, mecum fuisset. Quod ad Pomponiam, si tibi videtur, scribas velim, quum aliquo exibimus, eat nobiscum, puerumque ducat. Clamores efficiam, si eum mecum habuero otiosus. Nam Romae respirandi non est locus. Id me scis antea gratis tibi esse pollicitum. Quid nunc putas tanta abs te mihi mercede proposita?

---

palliati] statuas Graeco habitu significat.

2. *illam quidem*] Vulgo *ille quidem*.

Philotimus et Cincius] ille Marci hic Quinti nomine. Philotimus enim Terentiae libertus; Cincius Attici procurator, cuius Pomponio soror Quinti uxor erat. *Manut.*

clamores efficiam] mirabiles a te plausus feram, quum quantum filius tuus perfecerit, intellexeris.

otiosus] Ita necessario scribendum erat; non *otiosum* ut vulgo. Id res ipsa et sequentia verba docent.

tanta mercede] qua? quam divinare, quum epistola Quinti non exstet, divinare nemo potest. Mercedem tamen non pecuniae, non fundi, sed amoris puto fuisse. *Manut.*

Venio nunc ad tuas literas: quas pluribus epistolis accepi, dum sum in Arpinati. Nam mihi uno die tres sunt redditae, et quidem, ut videbantur, eodem abs te datae tempore: una pluribus verbis, in qua primum erat, quod antiquior dies in tuis fuisset adscripta literis, quam in Caesaris. Id facit Oppius nonnumquam necessario, ut, quum tabellarios constituerit mittere, literasque a nobis acceperit, aliqua re nova impediatur, et necessario serius, quam constituerat, mittat: neque nos datis iam epistolis diem commutari curemus. Scribis de Caesaris summo in nos amore. Hunc et tu fovebis, et nos, quibuscumque poterimus, rebus augebimus. De Pompeio, et facio diligenter, et faciam quod mones. Quod tibi mea permissio mansionis tuae grata est, id ego summo meo dolore, et desiderio, tamen ex parte gaudeo. In Hippodamo, et nonnullis aliis arcessendis, quid cogites, non intelligo. Nemo istorum est, quin abs te munus, fundi suburbani instar, exspectet. Trebatium vero meum quod isto admisceas, nihil est. Ego illum ad Caesarem misi, qui mihi iam satisfecit. Si ipsi minus, praestare nihil debeo: teque item ab eo vindico, et libero. Quod scribis te a Caesare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. Balbum vero, qui est istius rei (quem- 3

---

3. *Hippodamo*] Vulgo est *hippodamis*. Quod cur Manutius aliique de equorum domitoribus acceperint, haud assequor. Immo nomen proprium est satis notum; et quum infra tantum unum *Hippodamum* nominet, non est quod h. l. *Hippodamis* verum putemus, nisi forte cum Ionio pluralem pro singulari ἐμφατικῶς, positum esse placeat.

isto] pro *istuc*. scil. istis Hippodamo et ceteris. *Ernesti.*

admisceas] nihil est, quod putes Trebatium quoque, sicut illos, aliquid a te exspectare.

admodum ſcribis) adiutor, in oculis fero. Trebonium meum a te amari, teque ab illo, pergaudeo. De tribunatu quod ſcribis, ego vero nominatim petivi Curtio, et mihi ipſe Caeſar nominatim Curtio paratum eſſe reſcripſit, meamque in rogando verecundiam obiurgavit. Si cui praeterea petiero (id quod etiam Oppio dixi, ut ad illum ſcriberet) facile patiar mihi negari, quoniam illi, qui mihi moleſti ſunt, ſibi negari a me non facile patiuntur. Ego Curtium (id quod ipſi dixi) non modo rogatione, ſed etiam teſtimonio tuo diligo, quod literis tuis ſtudium illius in ſalutem noſtram facile perſpexi. De Britannicis rebus cognovi ex tuis literis nihil eſſe, nec quod metuamus, nec quod gaudeamus. De publicis negotiis, quae vis ad te Tironem ſcribere, negligentius ad te ante ſcribebam, quod omnia, minima, maxima, ad Caeſarem mitti ſciebam.

4 Reſcripſi epiſtolae maximae. Audi nunc de minuſcula: in qua primum eſt de Clodii ad Caeſarem literis, in quo Caeſaris conſilium probo, quod tibi amantiſſime petenti veniam nôn dedit, uti ullum ad illam

---

Trebonium] Caium. Legatus erat hoc tempore in exercitu Caeſaris. Anno proximo tribunus plebis rogationem tulerat, ut Caeſari Galliarum adminiſtratio in alterum quinquennium prorogaretur. Praeturam geſſit C. Caeſare II. P. Servilio Vatia Coſſ. Conſulatum cum Q. Fabio Maximo. Poſtremo quum Caeſarem, quem civili bello ſecutus erat, cum aliis coniuratis occidiſſet, Smyrnae a Dolabella primus eorum, qui Caeſari mortem attulerant, eſt interfectus. *Manut.*

qui mihi moleſti ſunt] Optime ſic emendavit Erneſtius vulg. *qui ſibi moleſti ſunt.*

4. *veniam non dedit*] quum tu peteres per amicitiam, ut ad P. Clodium reſcriberet; (quia nolles Caeſarem noſtra cauſa facere, ut reſpondendi officium omitteret) ſatis facere tibi noluit. Id enim ſignificat, *tibi veniam non dedit.* Itaque locutus eſt epiſt. ad Att. ult. lib. V.

Furiam verbum refcriberet. Alterum eft de Calventi Marii oratione. Quod fcribis, miror: tibi placere, me ad eam refcribere, praefertim quum illam nemo lecturus fit, fi ego nihil refcripfero, meam in illum pueri omnes, tamquam dictata, perdifcant. Libros meos, quos exfpectas, inchoavi: fed conficere non poffum his diebus. Orationes efflagitatas pro Scauro et pro Plancio abfolvi. Poëma ad Caefarem, quod compofueram, incidi. Tibi quod rogas, quoniam ipfi fontes iam fitiunt, fiquid habebo fpatii, fcribam.

---

dedi veniam homini imprudenter petenti; i. e. conceffi, fatisfeci in eo quod imprudenter petebat. *Manut.*

Calventi Marii] L. Pifonem Caefoninum intelligit, cui ab avo materno cognomen *Calventius* fuit. Cur autem Cicero *Marium* appellaverit, nemo, quod fciam, explicavit. Itaque fruftra Lambinus *Calveni Matii* legendum effe opinabatur, quia Cicero in Matii calvitiem aliquoties in epiftolis ad Atticum iocatus fit. Mihi certum eft Ciceronem in *Marii* cognomine refpexiffe locum orat. in Pifonem c. 9. ubi eum cum Mario comparat his verbis: *Quod mihi igitur certamen effet huiusmodi? cum C. Mario fcilicet aut cum aliquo pari an cum altero barbaro Epicureo,* (Pifone) *cum altero Catilinae laternario* (Gabinio).

ad eam] fcil. orationem. Bene fic Faërnus et Malafpina. Vulgo *ad eum.*

meam in illum] fignificat orationem in Pifonem, quae exftat, fuperiore anno habitam; non autem, quod Manutio vifum, orationem de provinciis confularibus. Huic igitur in Pifonem oratione Pifo aliam oppofuerat, fcriptam tantum, ut opinor, non habitam. Ad eamque aliquid refcribere Cicero nolebat.

libros meos] de re publica.

pro Scauro et pro Plancio] illa de repetundis, haec de ambitu. Utraque exftat, fed pro Scauro mutilata. *Manut.*

tibi, quod rogas] petierat Quintus, opinor, ut fibi frater in laudem Caefaris poëma fcriberet, quod pro fuo poffet venditare.

quoniam ipfi fontes] quo-

5 Venio ad tertiam. Balbum quod ais mature Romam bene comitatum esse venturum, mecumque assidue usque ad id. Maias futurum, id mihi pergratum, perque iucundum erit. Quod me in eadem epistola, sicut saepe antea, cohortaris ad ambitionem, et ad laborem, faciam equidem. Sed quando vivemus?

6 Quarta epistola mihi reddita est Id. Sept. quam a. d. IIII id. Sext. ex Britannia dederas. In ea nihil sane erat novi, praeter Erigonam: quam si ab Oppio accepero, scribam ad te quid sentiam. Nec dubito, quin mihi placitura sit. Et, quod praeterii, de eo, quem scripsisti de Milonis plausu scripsisse ad Caesarem: ego vero facile patior ita Caesarem existimare, illum quam maximum fuisse plausum; et prorsus ita fuit: et tamen ille plausus, qui illi datur, quodammodo nobis videtur dari.

7 Reddita est etiam mihi pervetus epistola, sed sero allata, in qua de aede Telluris, et de porticu Catuli

---

nium tu, qui ipse poeta es, carmen desideras ab alio. *Ern.*

5. *bene comitatum*] cum multis pecuniis. Ioco enim usus erat Quintus. *Manut.*

ambitionem] ut nullum studium praetermittam, dignitatis augendae causa *Man.*

6. *Erigonam*] tragoediam, quam se scripsisse et ad Oppium misisse significaverat. Amissam in itinere ultima lib. III. ad Q. Fr. epistola (hui. ed. ep. 160.) demonstrat. Erigone soror Penelopes occisum a rusticis ebriis patrem ita doluit, ut ipsa se suspenderit. Miseratione deorum in coeleste signum conversam poetae fabulantur. *Manut.*

plausu] a populo Miloni dato. *Manut.*

nobis] quum illi ideo detur plausus, quia consulem Lentulum legem comitiis centuriatis de meo reditu ferentem, enixe admodum iuvit. *Manut.* Mira vanitate vel huius plausus partem sibi arrogat Cicero, quasi Miloni populus non potuerit plaudere ob magnifica, quae nuper ediderat, spectacula.

7. *de aede Telluris*] de operibus, puto, loquitur, et inscriptionibus illis, de quibus ep. 9. lib. II. (hui. ed. ep. 123.) *Manut.*

de porticu Catuli] Non dubito, quin quae ad ae-

me admones. Fit utrumque diligenter. Ad Telluris quidem etiam tuam statuam locavi. Item de hortis, quod me admones: nec fui umquam valde cupidus, et nunc domus suppeditat mihi hortorum amoenitatem. Romam quum venissem a. d. XIII kal. Octob. absolutum offendi in aedibus tuis tectum: quod supra conclavia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum: id non honeste vergit in tectum inferioris porticus. Cicero noster, dum ego absum, non cessavit apud rhetorem. De eius eruditione quod labores, nihil est, quoniam ingenium eius nosti: studium ego video. Cetera eius suscipio, ut me putem praestare debere. Gabinium tres adhuc factiones postulant: L. Lentulus, flaminis

---

dem Telluris, eadem aut similia fieri ad porticum Catuli Quintus vellet. Quod ex iis coniicio verbis: *ad Telluris quidem;* quasi dicat: Hoc amplius ad aedem Telluris quam ad Catuli porticum, quod ibi etiam tuam statuam locavi. *Manut.*

multorum fastigiorum] Tectum conclavia tegebat. Id nolebat Cicero descendere pluribus angulis et lateribus (sic enim multa fastigia habuisset) sed uno tantum fastigio vergere in tectum inferioris porticus. Quod factum Cicero significat. *Manut.* Nostri dicerent: *du wolltest über den Zimmern nicht ein mehrmals gebrochnes Dach haben.*

Gabinium] e Syria reversum.

tres] una de maiestate L. Lentulus; duae de repetundis Ti. Nero, et C. Memmius. Accessit postea item de repetundis quarta factio C. et L. Antonii ut in ep. ad Q. Fr. III. 2 (hui. ed. 152.) etiam quinta de ambitu, P. Sulla, ut infra et ad Att. IV. 15. (hui. ed. ep. 149.) Est autem Gabinius absolutus de maiestate; damnatus de repetundis. Infra et Att. IV. 16. et Dio. lib. XXXIX. *Manut.*

Lentulus] quem, absoluto Gabinio, praevaricatum multi credidere. Att. IV. 16. (h. e. ep. 149.) *Manut.*

flaminis filio] ut distinguatur a L. Lentulo Crure. Sic ad Att. II. 24. (h. e. ep. 50.) *Manut.*

filius, qui iam de maiestate postulavit; Ti. Nero cum bonis subscriptoribus; C. Memmius tribunus plebis cum L. Capitone. Ad urbem accessit a. d. XII kal. Octobr.; nihil turpius, nec desertius. Sed his iudiciis nihil audeo confidere. Quod Cato non valebat, adhuc de pecuniis repetundis non erat postulatus. Pompeius a me valde contendit de reditu in gratiam, sed adhuc nihil profecit, nec, si ullam partem libertatis tenebo, proficiet. Tuas literas vehementer exspecto. Quod scribis te audisse in candidatorum consularium coitione me interfuisse, id falsum est. Eiusmodi enim pactiones in ea coitione factae sunt, quas postea Memmius patefecit, ut nemo bonus interesse debuerit: et simul mihi committendum non fuit, ut his coitionibus interessem, quibus Messala excluderetur; cui quidem vehementer satisfacio rebus omnibus; ut arbitror, etiam Memmio. Domitio ipsi multa iam feci, quae

---

de maiestate] apud C. Alfium praetorem, quod provinciae finibus excessisset, dum regem Ptolemaeum in Aegyptum reduceret. *Manut.*

Ti. Nero] Hic, opinor, is est, qui Tulliam Ciceronis filiam uxorem cupivit, ut legimus ad Att. VI. 6. et Liviam postea duxit, ex qua Tiberium imperatorem genuit. Vellei. *Manut.*

C. Memmius] alius atque is qui hoc anno coitionem cum consulibus de consulatu sequentis anni fecit.

Capitone] subscriptore.

Cato] M. Cato praetor, qui de repetundis hoc anno quaesivit. Eo aegrotante postulari Gabinius de repetundis non poterat. *Manut.*

Pompeius], quo contendente Gabinius de maiestate est absolutus ad Att. IV. 16. (h. e. 149.) *Manut.*

nec proficiet] Immo profecit; ut etiam Gabinium, quem paulo ante accusaverat, mox rogatu Pompeii, non sine aliqua levitatis nota Cicero defenderit. Div. lib. XXXIX. Cic. ad Div. I, ep. 9. (hui. ed. 148.) *Manut.*

Memmio] qui poterat duobus Cicero competitoribus satisfacere? quia neuter neutri oberat. Messala enim

voluit, quaeque a me petivit. Scaurum beneficio defensionis valde obligavi. Adhuc erat valde incertum, et quando comitia, et qui consules futuri essent.

7 Quum hanc iam epistolam complicarem, tabellarii a vobis venerunt a. d. XI kal. Oct. vicesimo die. O me sollicitum! quantum ego dolui in Caesaris suavissimis literis! sed quo erant suaviores, eo maiorem dolorem illius ille casus afferebat. Sed ad tuas venio literas. Primum tuam remansionem etiam atque etiam probo, praesertim quum, ut scribis, cum Caesare communicaris. Oppium miror quidquam cum Publio: mihi enim non placuerat. Quod interiore epistola scri-

---

patricius, Memmius plebeius. Ita nihil obstabat, quin uterque simul consul creari posset. *Manut.*

Scaurum] de repetundis accusatum apud M. Catonem praetorem. *Manut.*

valde obligavi] Est enim absolutus ad Att. IV. 15. (h. e. 149.)

7. *ad d. XI. Kal. Oct.*] Vulgo mendose. *ad d. XI. kal. Sept.* quod prorsus repugnat superioribus. Dudum erat auctore Manutio corrigendum.

ille casus] filiae Iuliae mors, quae Romae obierat. H. l. Manutium aliquando summum illud acumen, et ἀκρίβειαν in rebus ex historia illustrandis deseruit. Primum enim negat *casum* posse de filiae morte intelligi, quam ipse sine Caesaris literis nosset. Quasi vero hic ageretur de morte filiae nuntiata. Dolorem suum Caesar in hac epistola ob filiae mortem expresserat. Deinde ait Ciceronem dicturum non fuisse *ille*, ut de re longinqua; quod sane levissimum est. Saepius enim *ille* de rebus in vicinia gestis ponitur. Denique putat Ciceronem non *casus*, sed *luctus* fuisse scripturum. Atqui post suae ipsius filiae obitum scripsit ad Sulpicium: (ad Div. IV. 6.) *vellem in gravissimo casu affuisses:* Postremo errat Manutius, quum h. l. naufragium multarum navium in Oceano designari putat, de quo lib. IV. cap. 28. de bello Gallico mentio fit. Nam hoc naufragium superiore anno acciderat; Pompeio et Crasso coss.

interiore epistola] inte-

bis, me idib. Sept. Pompeio legatum iri, id ego non audivi, scripsique ad Caesarem, Vibullium Caesaris mandata de mea mansione ad Pompeium pertulisse, nec ad Oppium. Quo consilio? quamquam Oppium ego tenui, quod priores partes Vibullii erant. Cum eo enim coram Caesar egerat, ad Oppium scripserat. Ego vero nullas δευτέρας φροντίδας habere possum in Caesaris rebus. Ille mihi secundum te et liberos nostros ita est, ut sit paene par. Videor id iudicio facere. Iam enim debeo: sed tamen amore sum incensus.

---

riorem epistolam vocat, non eam epistolae partem, quae a principio et a fine pari distet intervallo, sed eam, quae ab extremo propius absit, quam a principio. Non enim tunc eo quo nunc solemus modo, complicabantur, sed in orbem involvebantur epistolae, ita ut quae ultima scripta in pagina pars erat, involveretur prima, quae prima, ultima. Itaque proprie *volumen* una epistola et erat et dicebatur. Idque Ciceronis testimonio comprobatur, qui ad Appium scripsit his verbis (ad Div. III. 7,) *Legati mihi volumen a te, plenum querelae iniquissimae reddiderunt,* et infert: *eadem epistola petebas. Manut.*

nec ad Oppium — ad Oppium scripserat] In his primum *Vibullii* pro vulg. *Bibuli* reposui, quod nomen hic prorsus alienum esse dudum Manutius viderat. Deinde *Caesar egerat* correxi pro vulg. *Caesare egerat.* Nondum tamen omnia expedita sunt. Ciceronem haec ita exarasse suspicor: *Scripsique ad Caesarem, Vibullium Caesaris mandata de mea mansione ad Pompeium pertulisse, nec item Oppium. Quo consilio? inquies. Oppium ego tacui, quod priores partes Vibullii erant; cum eo enim coram Caesar egerat, ad Oppium scripserat.*

δευτέρας φροντίδας] Quintus qui iam audisset, fratrem Pompeio legatum iri, suspicatus est consilium ab eo mutatum, quippe qui, si cum Pompeio legatus iret in Hispaniam, de Caesaris rebus, quas Romae curari oporteret, minime laborare videretur. Cupiebat enim Caesar Marcum sua causa Romae manere, quod ex

Quum scripsissem haec infima, quae sunt mea 8
manu, venit ad nos Cicero tuus ad cenam, quum Pomponia foras cenaret. Dedit mihi epistolam legendam tuam, quam paullo ante acceperat, Aristophaneo modo, valde mehercule et suavem, et gravem: qua sum admodum delectatus. Dedit etiam alteram illam mihi, qua iubes eum mihi esse affixum tamquam magistro. Quam illum epistolae illae delectarunt? quam me? Nihil puero illo suavius, nihil nostri amantius. Haec inter cenam Tironi dictavi, ne mirere alia manu esse. Annali literae tuae pergratae fuerunt, quod et curares

---

eo satis patet, in epistola *quod mihi tempus*, *Romae praesertim*, *ut iste me rogat*, *manenti*, *vacuum ostenditur?* ideo Quintus, ea qua dixi suspicione commotus, his fere verbis scripserat: Fortasse tibi δευτέραι φροντίδες σοφώτεραι videntur, h. e. fortasse consilium de Caesare mutasti, qui cogites in Hispaniam; fortasse posterius aliquid cogitasti; idque magis probas, quam quod antea constitueras. Cui respondens Marcus, ego vero, inquit, meas priores cogitationes, mea de Caesare colendo consilia nihil muto; posteriores in Caesaris rebus curas et cogitationes habere nullas possum. Attigerat enim et fortasse integrum recitaverat Quintus senarium illum Euripidis in Hippolyto:

αἱ δευτέραι πως φροντίδες σοφώτεραι.

ut qui lectione Euripidis admodum teneretur. *Manut.*

Aristophaneo modo] Hanc scripturam revocavit Victorius e membranis suis. Eandem Gruterus reperit in Pal. 1. et 4. Vulgo erat: *ab Aristophane meo.* Inde legendum putabat Manutius *ab Aristophane.* Lectionem *Aristophaneo modo* Victorius sic interpretabatur: epistolam versiculis facetis conscriptam fuisse; *Aristophanis comici* modo. Si tamen recte se habeat *Aristophaneo modo*, referri etiam possit ad *Aristophanem* Byzantinum Criticum; et Quintus fortasse censuram egerat epistolae a filio ad eum scriptae, intermissis facetiis et salibus.

Annali] Villiae gentis, plebeiae. Natum cognomen ab eo, qui legem de petendis magistratibus *annalem* in tribunatu pl. tulit. *Manut.*

de se diligenter, et tamen consilio severissimo iuvares. P. Servilius pater, ex literis, quas sibi a Caesare missas esse dicebat, significat valde te sibi gratum fecisse, quod de sua voluntate erga Caesarem humanissime diligentissimeque locutus esses.

9 Quum Romam ex Arpinati revertissem, dictum mihi est, Hippodamum ad te profectum esse. Non possum scribere, me miratum esse, illum tam inhumaniter fecisse, ut sine meis literis ad te proficisceretur: illud scribo, mihi molestum fuisse. Iam enim diu cogitaveram, ex eo, quod tu ad me scripseras, ut, si quid esset, quod ad te diligentius perferri vellem, illi darem: quod mehercule hisce literis, quas vulgo ad te mitto, nihil fere scribo, quod si in alicuius manus inciderit, moleste ferendum sit. Minucio me, et Salvio, et Labeoni reservabam. Labeo aut tarde proficiscetur, aut hic manebit. Hippodamus ne numquid vellem quidem rogavit. T. Pinarius amabiles ad me de te literas mittit: se maxime literis, sermonibus, cenis denique tuis delectari. Is homo semper me delectavit; fraterque eius mecum est multum. Quare, ut instituisti, complectere adolescentem. Quod multos dies epistolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum, ideo multa coniecta sunt, aliud alio tempore, velut hoc. T. Anicius mihi saepe

---

9. *ne numquid vellem quidem rogavit*] Sic Lambinus, recte. Vulgo: *ne nunc quidem quid velim rogavit.*

T. Pinarius] Lucii fortasse frater, quem C. Caesar, nepotem sororis suae heredem cum Q. Pedio et C. Octavio reliquit. De quo Suetonius his verbis: *Novissimo testamento tres instituit heredes, sororum nepotes C. Octavium ex dodrante, et L. Pinarium et Q. Pedium ex quadrante, reliquos in ima cera.* — *Manut.*

frater eius] Lucius fortasse, quem dixi unum fuisse de Caesaris coheredibus. *Manut.*

iam dixit, ſeſe tibi, ſuburbanum ſi quod inveniſſet, non dubitaturum eſſe emere. In eius ſermone ego utrumque ſoleo admirari: et te de ſuburbano emendo quum ad illum ſcribas, non modo ad me non ſcribere, ſed etiam aliam in ſententiam ſcribere; et, quum ad illum ſcribas, nihil te recordari de epiſtolis illis, quas in Tuſculano eius tu mihi oſtendiſti, nihil de praeceptis Epicharmi, γνῶθι, πῶς ἄλλῳ κέχρηται; totum denique vultum, animum, ſermonem eius, quemadmodum coniicio, quaſi * * ſed haec tu videris. De ſuburbano, cura, ut ſciam, quid velis: et ſimul nequid ille turbet, vide. Quid praeterea? Quid? etiam. Gabinius a. d. IIII kal. Octobr. noctu in urbem introivit:

---

nihil te recordari] Vulgo additur *de ſe* quod h. l. nec ſatis grammaticis legibus reſpondet, et praeterea ſuperfluum eſt, quum ſequantur verba *totum denique vultum, animum, ſermonem eius*, quibus omnia continentur, quae Quintus *de ſe*, ſi fas eſt ita loqui, nempe *de illo* recordari poſſet.

γνῶθι πῶς ἄλλῳ κέχρηται] *cognoſce quo modo alio uſus eſt*. Prius, quam credas, aiebat Epicharmus, cognoſce quemadmodum is, cui crediturus es, alio ſit uſus, ut ſi ſe erga alium recte et optima fide geſſerit, ei te tuto committas; ſin minus exemplo doctus caveas. Apparet Anicium non bona fide fuiſſe; itaque non facere Quintum ſatis prudenter, qui eius opera in emendo ſuburbano cogitaret uti. *Manut.*

*ſermonem eius, quemadmodum coniicio, quaſi * **] Haec, ut nunc leguntur, vitii aliquid a librariis traxerunt. Lambinus addidit *ignoto*, vocem repertam in uno codice Ms. eadem tamen manu ſcriptam. In quo tamen incommodum eſt *credis* a Cicerone omiſſum et tacite ſupplendum. Manutius poſt *ſermonem eius*, ſubaudiendum putabat *narraſti*, et poſt *quaſi* Ciceronem abrupiſſe ſermonem, ne fratrem videretur nimis multis verbis, ut imprudentem, monere. Mihi tamen poſt *quaſi* verbum *oblitum eſſe*, aut ſimile aliquod excidiſſe videtur; ita ut *quaſi* ſit i. q. *paene* ſ. *fere*.

et hodie hora VIII, quum edicto C. Alfii de maiestate eum adesse oporteret, concursu magno, et odio universi populi paene afflictus est. Nihil illo turpius. Proximus tamen est Piso. Itaque mirificum ἐμβόλιον cogito in secundum librorum meorum includere, dicentem Apollinem in concilio deorum, qualis reditus duorum imperatorum futurus esset: quorum alter exercitum perdidisset, alter vendidisset. Ex Britannia Caesar ad me kal. Sept. dedit literas; quas ego accepi a. d. IIII kalend. Octobr. satis commodas de Britannicis rebus; quibus, ne admirer, quod a te nullas acceperim, scribit, se sine te fuisse, quum ad mare acces-

---

hora VIII.] nempe hora diurna octava i. e. hora II. pomeridiana, ut nos numeramus, quoniam tunc circa aequinoctium diei noctisque horae fere aequales erant.

Alfii] praetoris, de maiestate quaerentis. Ep. 151. *quaesitor gravis et firmus Alfius — Manut.*

adesse] in iudicio, decimo, ut opinor, post nominis delationem die. Nam Pedianus in commentario Cornelianae, quum de Cornelio, qui et ipse de maiestate accusatus erat, loquitur, his utitur verbis: *Quum L. Cassius praetor, decimo die, ut mos est, adesse iussisset.* Et apud hunc supra II. 12. ad Q. Fr. (hui. ed. ep. 132.) *Decimus erat Coelio dies.* Atque hic decimus Gabinio dies, non dubito, quin fuerit III. Kal. Oct. post eum, quo in urbem introivit, proximus, quo ipso die Cicero hanc epistolae partem scripsit. Cadit igitur diebus decem numeratis, nominis delatio in XII. Kal. Oct. h. e. in eum ipsum diem quo ad urbem accessit; ut ei post adventum nihil omnino spatii dederit Lentulus accusator. *Manut.*

ἐμβόλιον] est pars, quae libro iam absoluto alicubi inseritur.

meorum librorum] nempe poematis vel de consulatu suo, vel de temporibus suis.

alter — vendidisset] perdidit Piso, vendidit Gabinius; ille, quum commisit ut caederetur; hic quum Ptolemaeum pretio conductus restituit. Orat. de Prov. cons. c. 2. Dio Cass. lib. XXXIX. cap. 24. *Manut.*

ſerit. Ad eas ego ei literas nihil reſcripſi, ne gratulandi quidem cauſa, propter eius luctum. Te oro etiam atque etiam, mi frater, ut valeas.

EPISTOLA CXLVII. (ad Div. VII. 16.)

Scr. Romae exeunte Sept. A. U. C. 699.

Iocatur in Trebatii ſapientiam, ſperatasque ab eo divitias; item in familiarem eius Gn. Octavium.

M. CICERO S. D. TREBATIO.

In equo Troiano ſcis eſſe in extremo, „ſero ſapiunt." Tu tamen, mi vetule, non ſero. Primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti: deinde, quod in Britannia non nimis *Φιλοθέωρον* te praebuiſti, plane non reprehendo. Nunc vero in hibernis intectus mihi vi-

---

luctum] ob interitum filiae. *Manut.*

Epiſt. CXLVII. *in equo Troiano*] tragoediae nomen; ſed utrum Livii Andronici, quem Nonius appellat in Opitula; an Naevii, quem Macrobius lib. VI. Saturn. c. 1. ignoro. *Manut.*

ſero ſapiunt] Subaudi *Phryges;* qui quum Helenam initio belli reddere noluiſſent, poſtea, fractis iam eorum opibus, et ſpe ſalutis amiſſa, velle ſe eam reddere dixerunt. Inde natum proverbium; de quo Feſtus. *Manut.*

primas illas] literas, quibus deſiderium Romae te ferre non poſſe ſcripſeras. *Erneſti.*

non nimis φιλοθέωρον] in expeditione Britannica ſic te geſſiſti, ut malles in Gallia manere, quam eſſedarios in Britannia ſpectare ep. 145.

intectus] Mirum eſt abſurdam lectionem *iniectus* tam diu tolerari potuiſſe. Veriſſimum eſt *intectus*, in quod iam olim viri eruditi coniectura inciderant. *Intectus* eſt parum veſtitus, ſ. paene nudus, veſtibus haud ſatis adverſus frigora tectus. Saepius ſic apud Tacitum. Ac Ciceronem quoque hic ita ſcripſiſſe confirmat locus ep. 145. ubi ait: *Valde me-*

deris. Itaque te commovere non curas. „Usquequaque ſapere oportet. Id erit telum acerrimum.“ Ego ſi foris cenitarem, Gn. Octavio, familiari tuo, non defuiſſem. Cui tamen dixi, quum me aliquoties invitaret: Oro te, quis tu es? Sed mehercules, extra iocum, homo bellus eſt. Vellem eum tecum abduxiſſes. Quid agatis, et ecquid in Italiam venturi ſitis hac hieme, fac plane ſciam. Balbus mihi confirmavit, te divitem futurum. Id utrum Romano more locutus ſit, bene nummatum te futurum, an, quomodo Stoici dicunt, omnes eſſe divites, qui caelo, et terra frui poſſint, poſtea videro. Qui iſtinc veniunt, ſuperbiam tuam accuſant, quod negant te percunctantibus reſpondere. Sed tamen eſt quod gaudeas. Conſtat enim inter omnes, neminem te uno Samarobrivae iuris peritiorem eſſe.

EPISTOLA CXLVIII. (ad Div. I. 9.)

Scr. Romae menſe Sept. A. U. C. 699.

Primum Lentuli literas ſibi periucundas fuiſſe demonſtrat, quod grata ſua erga ipſum ſtudia eſſe ſcripſerit; eumque imperatoris nomine ornatum, et provinciam cum exercitu victore obtinere laetatur 1. deinde quod Lentulus ſcripſerat, ſe quod Cicero cum Caeſare et Appio in gratia ſit, haud reprehendere, mirari tamen, quid ſit quod Vatinium defenderit ac laudarit 2. primo loco fuſe exponit quibus rationibus adductus Caeſarem ſibi ornandum puta-

---

tuo ne frigeas in hibernis; quamobrem camino luculento utendum cenſeo; idem Mucio et Manilio placebat; praeſertim qui ſagis non abundares quibus ſcil. te adverſus frigus tegere poſſet.

commovere non curas] ſed frigoris vitandi cauſa domi deſides.

usquequaque — acerrimum] trochaicus octonarius ex aliquo tragico ſumptus.

rit eiusque dignitatem tuendam susceperit 3. *deinde, quum de Appio nihil opus sit dicere* 4. *cur Vatinium defenderit*, 5. *et cur cum Crasso in gratiam redierit exponit.* 6. *denique universe se ea consilia sequi, quae quum sibi tum etiam rei publicae rationibus conducere putet, affirmat.* 7. *Postremo addit alia quaedam, de scriptis suis post Lentuli discessum* 8. *de Lentuli rebus domesticis* 9. *de Q. fratris negotio* 10. *de suo in Lentulum studio* 11. *de Appii in provinciam successione* 12. *de publicanis Lentulo conciliandis* 13.

M. T. CICERO P. LENTULO IMP. S. D.

Periucundae mihi fuerunt literae tuae, quibus intellexi te perspicere meam in te pietatem; quid enim dicam benivolentiam, quum illud ipsum gravissimum, et sanctissimum nomen pietatis, levius mihi meritis erga me tuis esse videatur? Quod autem grata tibi mea erga te studia scribis esse, facis tu quidem abundantia quadam amoris, ut etiam grata sint ea, quae praetermitti sine nefario scelere non possunt. Tibi autem multo notior, atque illustrior meus in te animus esset, si hoc tempore omni, quo disiuncti fuimus, et una, et Romae fuissemus. Nam in eo ipso, quod te ostendis esse facturum, quodque et in primis potes, et ego a te vehementer exspecto, in sententiis senatoriis, et in omni actione, atque administratione rei publicae floruissemus: de qua ostendam equidem paullo post, qui sit meus sensus, et status; et rescribam tibi

---

Epist. CXLVIII. 1. *hoc tempore omni*] triennium. Nam ante biennium Lentulus, consulatu functus iverat in Ciliciam; mansitque ad Calvinum et Messalam consulem, quo anno successit ei Appius Claudius. *Manut.*

ad ea, quae quaeris; — sed certe et ego te auctore, amicissimo, ac sapientissimo, et tu me consiliario, fortasse non imperitissimo, fideli quidem, et benivolo certe, usus esses; – quamquam tua quidem causa te esse imperatorem, provinciamque bene gestis rebus cum exercitu victore obtinere, ut debeo, laetor; – sed certe qui tibi ex me fructus debentur, eos uberiores, et praesentiores praesens capere potuisses. In eis vero ulciscendis, quos tibi partim inimicos esse intelligis propter tuam propugnationem salutis meae, partim invidere propter illius actionis amplitudinem et gloriam, mirificum me tibi comitem praebuissem; quamquam ille perennis inimicus amicorum suorum, qui tuis maximis beneficiis ornatus, in te potissimum fractam illam, et debilitatam vim suam contulit, nostram vicem ultus est ipse sese. Ea est enim conatus, quibus patefactis, nullam sibi in posterum, non modo dignitatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit. Te autem etsi mallem in meis rebus expertum, quam

---

te esse imperatorem] appellatum ab exercitu. *Man.*

praesentiores] hoc in multis Mss. est, nuper a Benedicto restitutum. Vulgo *praestantiores.*

perennis inimicus] Quum sequatur *in te potissimum*, C. Catonem hunc esse, possit aliquis iure suspicari, qui biennio ante tribunus plebis rogationem tulerat, ut imperium Lentulo abrogaretur ep. 96. 100. *Manut.*

ea est enim conatus] Sic melius Victor. et Mss. Dresd. 1. 2. Lips. Vulgo *est enim ea conatus.*

ne libertatis quidem] ut ei ne liberum quidem sit in publico versari; vel quod scelus aliquod insigne committere voluerit; vel quod revocatus in iudicium sit, quum defendente Scauro hoc ipso anno, ut Pedianus docet, Quintili mense absolutus esset. Certe quum propter alia flagitia, tum eo nomine invisum esse optimatibus oportuit, quod tribunus plebis intercesserat, ne consules Marcellinus et Philippus comitia consularia habere possent. Ex quo senatus, ad moerorem indi-

etiam in tuis, tamen in molestia gaudeo, eam fidem cognosse hominum, non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram. De qua ratione tota iam videtur mihi exponendi tempus dari, ut tibi rescribam ad ea, quae quaeris.

Certiorem te per literas scribis esse factum, me 2
cum Caesare, et cum Appio esse in gratia: teque id non reprehendere ascribis. Vatinium autem scire te velle ostendis, quibus rebus adductus defenderim et

---

candum.. vestem mutavit. Epit. Liv. lib. 105. Quo magis haec suspicor ad eum attinere. Nam de P. Clodio quidem, Ciceronis et Lentuli inimico vix crediderim. Non enim hoc in eum convenit, *nullam sibi libertatis partem reliquit.* Id enim quale esset, vel ipsius scripta Ciceronis ad obiiciendum parati, vel monumenta annalium ostenderent. Porro tantum abest, ut omnes libertatis partes Clodius amiserit, ut etiam pristinam dignitatem retinuerit, quippe qui de petenda suo anno praetura, i. e. biennio post aedilitatem ab eo gestam cogitaverat, quae Cicero orat. pro Mil. c. 12. testatum reliquit. *Manut.*

2. *esse in gratia*] Audierat Lentulus Ciceronem de commodis et ornamentis Caesaris maxime omnium in senatu laborasse. Decreverat enim ei sua sententia supplicationes quindecim dierum, quod ante contigerat nemini; stipendium et decem legatos; praeterea quum de successione Galliarum ageretur, luculentam habuerat de conservanda Caesari utraque Gallia orationem, quae nunc exstat, inscriptam *de provinciis consularibus.* — *Manut.*

ascribis] Ita Victorius aliique. Sed Benedicto placet repetitum *scribis* quod habent codd. IV. Dresd. Lips. Asc. 1.

Vatinium] quem maxime oderat, et rei publicae caussa, et sua; quod primum tribunus plebis contra senatus voluntatem multa commiserat; deinde testimonium dixerat in P. Sextium, cuius in primis opera Cicero in patriam redierat. *Manut.*

defenderim] defendit rogatu Caesaris; ut infra. Ipse etiam Vatinius lib. V. ad Fam. ep. 9. defensum se a Cicerone eiusque patrocinio periculum evasisse signi-

laudarim. Quod tibi ut planius exponam, altius paullo rationem conſiliorum meorum repetam, neceſſe eſt.

3 Ego me, Lentule, initio rerum, atque actionum tuarum, non ſolum meis, ſed etiam rei publicae reſtitutum putabam: et, quoniam tibi incredibilem quendam amorem, et omnia in te ipſum ſumma, ac ſingularia ſtudia deberem, rei publicae, quae te in me reſtituendo multum adiuviſſet, eum certe me animum merito ipſius debere arbitrabar, quem antea tantummodo communi officio civium, non aliquo erga me ſingulari beneficio debitum praeſtitiſſem. Hac me mente fuiſſe, et ſenatus ex me, te conſule, audivit, et tu in noſtris ſermonibus, collocutionibusque ipſe vidiſti. Etſi iam primis temporibus illis, multis rebus meus offendebatur animus: quum, te agente de reliqua noſtra dignitate, aut occulta nonnullorum odia, aut obſcura in

---

ficat. Valerius Max lib. IV. c. 2. Cicero *P. Vatinium, dignitati ſuae ſemper infeſtum duobus publicis iudiciis tutatus eſt* — *Manut.*

laudarim] defendebant reos patroni, laudabant viri nobiles, ut eorum auctoritas ac teſtimonium quaſi commendaret eos iudicibus. Paulo poſt: *Sedente Gn. Pompeio quum ut laudaret P. Sextium, introiſſet in urbem.* Et M. Scaurum, quem Cicero defendit, laudatum a novem conſularibus in Aſconio legimus. *Manut.*

3. *omnia in te ipſum ſumma*] *ipſum* mihi ſuſpectum eſt; friget certe. *Erneſti.* Niſi forte opponuntur ſtudia in *ipſum* Lentulum, et in *rem publicam.*

nonnullorum] eorum, qui de reditu eius laboraverant; quos ita offendit Ciceronis cum Pompeio et Caeſare, multis rebus declarata reconciliatio, ut alii priſtinum ſtudium magna ex parte depoſuerint, alii odium etiam adverſus Ciceronem ſuſceperint. Quum enim graviſſimum et acerrimum eius inimicum P. Clodium amplexarentur, in manibus haberent, foverent, ipſo praeſente oſcularentur, argumento id quidem erat, Ciceronem eis eſſe odio, licet palam non profiterentur. Nec dubium eſt Catonem et

me ſtudia cernebam. Nam neque de monumentis meis ab iis adiutus es, a quibus debuiſti: neque de vi nefaria, qua cum fratre eram domo expulſus, neque hercule in iis ipſis rebus, quae quamquam erant mihi propter rei familiaris naufragia neceſſariae, tamen a me minimi putabantur in meis damnis, ex auctoritate ſenatus ſarciendis, eam voluntatem, quam exſpectaram, praeſtiterunt. Quae quum viderem, (neque enim erant obſcura) non tamen tam acerba mihi haec accidebant, quam erant illa grata, quae fecerant. Itaque quamquam et Pompeio plurimum te quidem ipſo praedicatore, ac teſte, debebam, et eum non ſolum beneficio, ſed amore etiam, et perpetuo quodam iudicio meo diligebam: tamen non reputans, quid ille vellet, in omnibus meis ſententiis de re publica priſtinis permanebam. Ego ſedente Gn. Pompeio, quum, ut laudaret P. Sextium introiſſet in urbem, dixiſſetque teſtis Vatinius, me fortuna, ac felicitate C. Caeſaris commotum, illi amicum eſſe coepiſſe: dixi, me M.

Bibulum in primis ſignificari, qui non modo Caeſarem, ſed Pompeium etiam, Caeſaris cauſa, vehementer oderant. *Manut.*

de monumentis] domo, porticus Catuli et fortaſſe etiam de monumento, de quo lib. III. ad Q. fratrem ep. 9 (h. ed. ep. 123.) mentionem fecit. *Corrad.*

de vi nefaria] de qua ad Att. lib. IV. 2. 3. (h. ed. ep. 89.)

ſarciendis] ad Att. IV. ep. 2. (hui. ed. ep. 88)

P. Sextium] de vi accuſatum ab Albinovano; quam Cicero oratione, quae exſtat, defendit.

introiſſet in urbem] quod ut ei ſalvis legibus liceret, a ſenatu impetraverat. Alioqui quum eſſet cum imperio frumentariae curationis cauſa, urbem introire non poterat. *Manut.*

teſtis Vatinius] teſtis in Sextium, de quo in oratione, quam in eum Cicero habuit. *Manut.*

amicum eſſe coepiſſe] Marcellino enim et Philippo coſſ. quo anno Sextius de vi cauſam dixit, decrevit Cicero ſua ſententia Caeſari ſuppli-

Bibuli fortunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis, victoriisque anteferre: dixique eodem teste, alio loco, eosdem esse, qui Bibulum exire domo prohibuissent, et qui me coëgissent. Tota vero interrogatio mea nihil habuit, nisi reprehensionem illius tribunatus: in quo omnia dicta sunt libertate, animoque maximo, de vi, de auspiciis, de donatione regnorum. Neque vero hac in causa modo, sed constanter ac saepe in senatu. Quin etiam, Marcellino, et Philippo consulibus, nonis April. mihi est senatus

---

cationes quindecim dierum, stipendium, decem legatos, ut est in orat. de provinciis consular. c. 11. *Manut.*

Bibuli] quam Vatinius tribunus plebis et Caesar consul exire domo prohibuerant, ne Caesaris acta impediret. *Manut.*

interrogatio] Oratio in Vatinium interrogatio est. Lib. II. ad Q. fratrem ep. 4. (hui. ed. ep. 102.) *Vatinium, a quo palam* (Sextius) *oppugnabatur arbitratu nostro concidimus.* Videtur Vatinius respondisse Ciceroni. Nam eius oratio, in qua *scurram consularem* Ciceronem vocavit, nominatur a Macrobio lib. II. Saturn. c. 1. *Manut.*

de vi] qua Bibulum obnunciantem foro expulit, atque etiam in vincula ducere conatus est. *Manut.* in Vatin. c. 9.

de auspiciis] quibus neglectis leges pro Caesare Vatinius tulit. *Manut.* in Vatin. c. 6. 7.

de donatione regnorum] Puto id significari, quod in orat. in Vatinium ita scriptum est: *Volo ut mihi respondeas, fecerisne foedera tribunus plebis cum civitatibus, cum regibus, cum tetrarchis? — Manut.*

ac saepe] Copulativam particulam auctore Martyni-Laguna praeposui. Et iam Ernestius *et saepe* legi voluerat.

Marcellino et Philippo consulibus] suspicor hoc abundare. Cur enim annus nominibus consulum notetur; quum et haec proxima superiora eodem anno dicta sint? *Manut.* Recte. Nisi forte transposita sint verba, et inter *Ego* et *sedente Gn. Pompeio* reponenda.

affenfus, ut de agro Campano, frequenti fenatu,

---

de agro Campano] Legem tulerat Caefar in confulatu de agro Campano dividendo, divifitque extra fortem viginti millibus civium quibus terni pluresve liberi effent, quod ex Tranquillo cognofcitur. Duae nimirum partes erant agri Campani, una publica, de qua Suetonius in Iul. c. 20. *Agrum* inquit, *Campanum ad fubfidia rei publicae vectigalem relictum Caefar divifit extra fortem viginti millibus civium, quibus terni pluresve liberi effent.* Altera, quae poffidebatur a privatis, quam emi pecunia publica et plebi item dividi Caefar voluerat. Atque hanc agri Campani partem in orat. II. in Rullum c. 25. Cicero fignificat, ubi de privatis agris in publicum Campanum incurrentibus loquitur. Illam autem pecuniam, qua emi a privatis agri Campani partem lex Iulia iubebat, Clodius ex aerario fumptam Gabinio dederat. Nec vero Gabinio tantum, fed eius etiam collegae Pifoni partem eius pecuniae Clodius largitus erat, qua de re orat. in Pifon. c. 12. Haec igitur pars agri Campani cuius divifio publicam pecuniam requirebat, Caefare confule qui legem tulit, divifa non eft; nec divifam puto ante civile bellum. Scribit enim haec Coelius Ciceroni belli civilis initio lib. VIII. a. d. Fam. ep. 10. *Illud addo ad actiones C. Curionis de agro Campano, de quo negant Caefarem laborare, fed Pompeium valde nolle ne vacuus advenienti Caefari pateat.* Sufpicor autem divifionem illam ante necem Caefaris non effe factam. Sunt enim haec in epiftola D. Bruti fcripta Caefare mortuo lib. II. ep. 20. *quatuor legionibus iis, quibus agros dandos cenfuiftis, video facultatem fore ex agris Sullanis et agro Campano.* Sed quaeritur, cur eo usque producta divifio fit. Quia quum Caefar leges Bibulo de caelo fervante, contra aufpicia tuliffet, eius acta non libenter fenatus comprobabat. Nihil enim, quum de caelo fervaretur, agi cum populo poterat. Abundamus exemplis vel ex ipfo Cicerone, vel ex veterum annalibus. Dixerat igitur hanc fententiam Cicero, ut idibus Maii de agro Campano, frequenti fenatu, referretur. Qua fententia Pompeio, et iis, qui Caefari ftudebant, iniectus timor eft, ne de infirmandis omnibus eius actis

idibus Maiis referretur. Num potui magis in arcem illius caufae invadere, aut magis oblivifci temporum meorum; meminiffe actionum? Hac a me fententia dicta, magnus animorum factus eft motus; quum eorum, quorum oportuit, tum illorum etiam, quorum numquam putaram. Nam hoc fenatusconfulto in meam fententiam facto, Pompeius, quum mihi nihil

---

in fenatu ageretur; quandoquidem falvis aufpiciis nihil egerat Bibulo de caelo fervante. Nec vero primus Cicero poft Caefarem confulem agendam agri Campani caufam cenfuit; nam P. Lentulo et Q. Metello coff. in extremo anno Lupus tribunus plebis de agro Campano retulerat, ut patet ex lib. II. ad Q Fr. ep. 1. (h. ed. ep. 90.) Eius autem agri divifionem duabus de caufis improbabant boni viri; primum, quia legem illam Caefar contra aufpicia tuliffet; deinde, quia pecunia publica, cuius inopia magna erat, emi agrum Campanum ex illa lege oportebat. *Manut.*

idibus Maiis] quo tamen die relatum non effe fcribit ipfe lib. II. ad Q. Fr. ep. 8. (hui. ed. ep. 116.) *quod*, inquit, *Idibus et poftridie fuerat dictum, de agro Campano actum iri, non eft actum;* quia fententiam Cicero mutavit, quod indicant ea quae fequuntur. *Manut.*

magis in arcem — invadere] magis adverfari Caefaris ac Pompeii voluntati. Translatione ufus eft, ad indicandam animi fui fortitudinem accommodata. Nemo enim nifi fortis et conftans, in arcem invadit. *Manut.*

temporum meorum] exfilii fcil. quae monere videbantur, nequid contra potentium voluntatum agerem. Quod quum antea feciffem, cum P. Clodio ad perniciem meam confpirarunt. *Manut.*

actionum] veterum actionum pro re publica, cum quibus confentire non videbatur fententia Ciceronis de agro Campano dicta, nulla eorum ratione habita, quorum ope reftitutus erat ab exfilio. *Manut.*

factus eft motus] Sic edidi cum Graevio, pro *motus eft factus*. Eft enim venuftius. *Ernefti.*

Nam hoc SCto] Nulla ante mentio SCti. *hoc* eft delendum. *Ernefti.* Immo antea dixerat *mihi eft fenatus affenfus*. Ergo nihil opus eft *hoc* deleri.

ostendisset se esse offensum, in Sardiniam, et in Africam profectus est, eoque itinere Lucam ad Caesarem venit. Ibi multa de mea sententia questus est Caesar, quippe qui etiam Ravennae Crassum ante vidisset, ab eoque in me esset incensus. Sane moleste Pompeium id ferre constabat: quod ego quum audissem ex aliis, maxime ex meo fratre cognovi: quem quum in Sardinia Pompeius paucis post diebus, quam Luca discesserat, convenisset: „Te, inquit, ipsum cupio: nihil opportunius potuit accidere; nisi cum Marco fratre diligenter egeris, dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti.“ Quid multa? questus est graviter; sua merita commemoravit; quid egisset saepissime de actis Caesaris cum ipso meo fratre, quidque sibi is de me recepisset, in memoriam redegit; seque, quae de mea salute egisset, voluntate Caesaris egisse, ipsum meum fratrem testatus est; cuius causam, dignitatemque mihi ut commendaret, rogavit, ut eam ne oppugnarem, si nollem, aut non possem tueri. Haec quum ad me frater pertulisset; et quum tamen

---

in Sardiniam et in Africam] ut frumentum ad urbem convehendum curaret, quam potestatem ex SCto et lege ei mandatam esse iam diximus. lib. IV. ad Att. ep. 1. (hui. ed. ep. 87.) *Manut.*

Lucam] extremum oppidum Galliae Cisalpinae, quae Caesaris imperio, cum Transalpina et Illyrico vegebatur. Ad mare inferum Luca fuit, ad superum Ravenna. Ad utrumque igitur salvis legibus, Caesarem venisse constat. *Manut.*

in Sardinia] quo Quintum a Pompeio legationis nomine, ut frumentum curaret missum esse, Manutius idoneis argumentis usus, docuit.

quid egisset — de actis Caesaris] sc. a me non impugnandis et labefactandis. *Ernesti.*

quum tamen] vulgo *quum ante tamen.* *Tamen* non aptum sententiae. Conieceram scribendum *iam.* Edd. pr. et Mf. Gn. non habent *ante.* Ita *tamen* stare potest,

Pompeius ad me cum mandatis Vibullium misisset, ut integrum mihi de causa Campana ad suum reditum reservarem: collegi ipse me, et cum ipsa quasi re publica sum collocutus: ut mihi tam multa pro se perpesso, atque perfuncto, concederet, ut officium meum, memoremque in bene meritos animum, fidemque fratris mei praestarem: eumque, quem bonum civem semper habuisset, bonum virum esse pateretur. In illis autem meis actionibus, sententiisque omnibus, quae Pompeium videbantur offendere, certorum hominum, quos iam debes suspicari, sermones afferebantur ad me: qui quum illa sentirent in re publica, quae ego agebam, semperque sensissent: me tamen non satisfacere Pompeio, Caesaremque inimicissimum mihi futurum, gaudere se aiebant. Erat hoc mihi dolendum: sed multo illud magis, quod inimicum meum, meum autem? immo vero legum, iudiciorum, otii, patriae, bonorum omnium — sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me praesente osculabantur: non illi quidem, ut mihi stomachum facerent

---

sc. etsi iam cum fratre haec egisset, tamen ad me misit. *Ernesti. ante* cum Benedicto delendum censui, quod etiam in quinque Dresd. Lips. asc. 1. Pal. 3. aliisque codd. abest.

Vibullium] Q. Vibullium praefectum fabrum Pompeii civili bello eiusque copiarum auctorem. lib. VIII. ad Att. ep. 2. it. in Pompeii epistola ad Att. VIII. 11. *Manut.*

tam multa perpesso atque perfuncto] *perpesso* de calamitatibus, *perfuncto* de laboribus pro re publ. susceptis. Frustra Ernesti in h. l. haesit. Nam quod ait durius *perfuncto* cum *multa perpesso* iungi, id iam Manutius neminem offendere debere ostenderat.

bonum virum] qui fidem Pompeio de Caesare datam servaret. *Ernesti.*

certorum hominum] Catonem inprimis, Bibulum, L. Domitium Caesaris inimicos describit. *Manut.*

inimicum meum] P. Clodium, quem oderant antea,

quem ego funditus perdidi, sed certe ut facere se arbitrarentur. Hic ego, quantum humano consilio efficere potui, circumspectis rebus meis omnibus, rationibusque subductis, summam feci cogitationum mearum omnium: quam tibi, si potero, breviter exponam.

Ego, si ab improbis, et perditis civibus rem pu- 4
blicam teneri viderem, sicut et meis temporibus scimus, et nonnullis aliis accidisse, non modo praemiis, quae apud me minimum valent, sed ne periculis quidem compulsus ullis, quibus tamen moventur etiam fortissimi viri, ad eorum causam me adiungerem: ne si summa quidem eorum in me merita constarent. Quum autem in re publica Gn. Pompeius princeps esset, vir is, qui hanc potentiam, et gloriam maximis in rem

---

post, quum ille Caesaris acta coepit oppugnare, diligere coeperunt;, de quibus in orat. de prov. cons. c. 20. *lenissime*, inquit, *feram, si forte aut iis minus probaro, qui meum inimicum, repugnante vestra auctoritate, texerunt, aut iis, si qui meum cum inimico suo reditum in gratiam vituperabunt, quum ipsi, et cum meo, et cum suo inimico in gratiam non dubitarint redire.* — *Manut.*

funditus perdidi] Plane mihi impero, ne qua omnino in re irascar. Dolebam inquit, non irascebar. Hanc sibi laudem adsciscit Cicero, in epistola ad Caerelliam, ex qua recitat haec verba Quintilianus lib. VI. c. 4. *haec aut animo Catonis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho.* — *Manut.*

4. *meis temporibus*] Cinna, Mario, Sulla dominantibus. *Manut.* Sed Graevio e vestigiis cod. Ms. in quo scriptum erat *cinneis* placebat *Cinnanis temporibus*, haud male; *meis* enim h. l. ambiguum est. Certe planius esset *nostris*.

nonnullis aliis] quum decem viri rem publicam tenerent. *Manut.*

accidisse] Vulgo additur *accepimus*, quod Victorio et Graevio auctoribus, qui in bonis codd. id non invenerunt, delevi. Eo enim deleto mollior est verborum structura.

publicam meritis, praestantissimisque rebus gestis esset consecutus, cuiusque ego dignitatis ab adolescentia fautor, in praetura autem, et in consulatu adiutor etiam exstitissem: quumque idem auctoritate, et sententia per se, consiliis, et studiis tecum me adiuvisset, meumque inimicum unum in civitate haberet inimicum: non putavi famam inconstantiae mihi pertimescendam, si quibusdam in sententiis paullum me immutassem, meamque voluntatem ad summi viri, de meque optime meriti dignitatem aggregassem. In hac sententia complectendus erat mihi Caesar, ut vides, in coniuncta et causa et dignitate. Hic multum valuit quum vetus amicitia, quam tu non ignoras mihi, et Q. fratri cum Caesare fuisse, tum humanitas eius, ac liberalitas, brevi tempore et literis, et officiis perspe-

---

in praetura — et in consulatu] Praetor Maniliam rogationem suasit, ut Pompeio Mithridatici belli cura mandaretur. Exstat oratio. Consul quum aliis eum ornavit officiis, tum etiam, quod retulit de supplicationibus decernendis re publica Mithridatico bello felicissime gesta. Orat. de prov. cons. c. 11. lib. III. ad Q. Fr. ep. 4. (hui. ed. ep. 153.) *Manut.*

auctoritate] non potestate. Privatus enim, quum actum est de reditu Ciceronis, Pompeius erat. Sic in orat. pro Milone c. 15. *Gn. Pompeius auctor, et dux mei reditus.* Auctoritatem etiam Lentulo tribuit in orat. pro Sextio c. 32. quum designatus consul sententiam in senatu dixit de Cicerone revocando. *Manut.*

sententia] quam dixit in senatu de reditu meo. Orat. pro Mil. c. 15. *cuius sententiam senatus omnis de salute mea gravissimam et ornatissimam secutus est.* — *Manut.*

in coniuncta] *in* me paululum offendit. Potest abesse. *Ernesti.*

vetus amicitia] de qua sic in orat. de provinciis c. 17. *illud tempus familiaritatis et consuetudinis, quae mihi cum illo, quae fratri meo, quae C. Varroni, consobrino nostro, ab omnium nostrum adolescentia fuit, praetermitti.* — *Manut.*

cta nobis, et cognita. Vehementer etiam res ipſa publica me movit, quae mihi videbatur contentionem, praeſertim maximis rebus a Caeſare geſtis, cum illis viris nolle fieri, et, ne fieret, vehementer recuſare. Graviſſime autem me in hanc mentem impulit et Pompeii fides, quam de me Caeſari dederat; et fratris mei, quam Pompeio. Erant praeterea haec animadvertenda in civitate, quae ſunt apud Platonem noſtrum ſcripta divinitus: Quales in re publica principes eſſent, tales reliquos ſolere eſſe cives. Tenebam memoria, nobis conſulibus, ea fundamenta iacta ex kalendis Ianuariis confirmandi ſenatus, ut neminem mirari oporteret, Nonis Decembribus tantum vel animi fuiſſe in illo ordine, vel auctoritatis. Idemque memineram, nobis privatis usque ad Caeſarem et

---

in hanc mentem] Vulgatum *in hac mente*, poteſt eſſe: quum in hanc mentem inclinarem, movit me ad decernendum hoc. Sic *labantem impellere*, et alia. Sed facilius eſt, *in hanc mentem*, ut eſt in edd. Rom. 1471. de Mſ. noſtro et Gn. *Erneſti.* Hanc lectionem confirmat gradatio *multum valuit — vehementer movit — graviſſime impulit*, quod bene monitum eſt a Benedicto.

apud Platonem] Platonis verba ſunt haec lib. IV. de Legg. μηδεὶς ὑμᾶς πειθέτω, ὦ φίλοι, ἄλλην θᾶττον, καὶ ῥᾷον μεταβάλλειν ἄν ποτε πόλιν, καὶ τοὺς νόμους, ἢ τῇ τῶν δυναστευόντων ἡγεμονίᾳ, quorum verborum ſententiam Cicero ſatis plane, ſed more ſuo liberius expreſſit. *Manut.*

ex Kalendis Ian.] a primo magiſtratus die per totum deinde annum. In Piſonem c. 2. *ego Kalendis Ian. ſenatum et bonos omnes legis agrariae, maximarumque largitionum metu liberari.* — *Manut.*

Nonis Decembribus] quo die de coniuratis extremo ſupplicio afficiendis ſenatus conſultum factum eſt. Hinc illa vox pro Flacco c. 40. *O nonae illae Decembres, quae, me conſule, fuiſtis! Quem ego diem vere natalem huius urbis aut certe ſalutarem appellare poſſum.* — *Manut.*

Bibulum consules, quum sententiae nostrae magnum in senatu pondus haberent, unum fere sensum fuisse bonorum omnium. Postea quum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres, neque res publica consules haberet, sed mercatores provinciarum, et seditionum servos, ac ministros: iecit quidam casus caput meum, quasi certaminis causa, in mediam contentionem, dissensionemque civilem. Quo in discrimine quum mirificus senatus, incredibilis Italiae totius, singularis omnium bonorum consensus in me tuendo

---

pondus] Caesare enim consule contemni coepta est ac levis esse senatus auctoritas, et, quam a senatu non impetrabat, a populo Vatinia lege citeriorem Galliam accepit. *Manut.*

postea] Pisone et Gabinio coss.

Hispaniam citeriorem] ut duae Galliae, sic duae Hispaniae fuere, ulterior, et citerior. Citeriorem ex praetura, quam Afranio et Metello coss. gesserat Lentulus obtinuit; Caesare et Bibulo coss. Id Caesar ipse lib. I. de bello civili c. 22. testatur. *Manut.*

mercatores] qui meam salutem acceptis pretii loco provinciis, tribuno plebis Clodio vendiderint. or. pro Sextio c. 10. *foedus fecerunt* (Piso et Gabinius) *cum tribuno plebis palam, ut ab eo provincias acciperent, quas ipsi vellent; exercitum et pecuniam, quantam vellent, ea lege, si ipsi prius tribuno plebis afflictam et constrictam rem publicam tradidissent. Id autem foedus meo sanguine ictum sanciri posse dicebant.* Idem de prov. cons. c. 4. in Pisonem c. 21. *Manut.*

iecit quidam casus] Elegans allusio ad pomum Eridos, coniectum inter deos. *Ernesti.*

senatus] promulgata enim Clodii lege adversus eos, qui cives Romanos indicta causa condemnassent, (quibus verbis, Ciceronis nomine suppresso, pernicies tamen ei parabatur,) senatus, quod in summo dolore fieri solitum est, vestitum mutavit, consulesque Piso et Gabinius vere seditionum servi ac ministri, senatum ad vestitum redire iusserunt. *Manut.*

exſtitiſſet: non dicam, quid acciderit, (multorum eſt enim, et varia culpa;) tantum dicam brevi, non mihi exercitum, ſed duces defuiſſe. In quo, ut iam ſit in iis culpa, qui me non defenderunt: non minor eſt in iis, qui reliquerunt; et, ſi accuſandi ſunt, ſi qui pertimuerunt: magis etiam reprehendendi, ſi qui ſe timere ſimularunt. Illud quidem certe noſtrum conſilium iure laudandum eſt, qui meos cives et a me conſervatos, et me ſervare cupientes, ſpoliatos ducibus, ſervis armatis obiici noluerim, declararique maluerim, quanta vis eſſe potuiſſet in conſenſu bonorum, ſi iis pro me ſtante pugnare licuiſſet, quum afflictum excitare potuiſſent. Quorum quidem animum tu non perſpexiſti ſolum, quum de me ageres, ſed etiam confirmaſti, atque tenuiſti. Qua in cauſa (non modo non negabo, ſed etiam ſemper et meminero, et praedicabo libenter) uſus es quibusdam nobiliſſimis hominibus, fortioribus in me reſtituendo, quam fuerant iidem in

---

non defenderunt] ut Caeſar et Craſſus.

reliquerunt] reliquit eum, praeter ceteros, Pompeius, pollicitus non ſemel, ſe ei nunquam defuturum. De quo ſic lib. II. ad Att. ep. 20. (h. ed. ep. 46) *Clodius adhuc mihi denuntiat periculum; Pompeius affirmat non eſſe periculum; adiurat, addit etiam ſe prius occiſum iri ab eo, quam me violatum iri.— Manut.*

ſimularunt] ſignificat eos, qui Ciceroni auctores fuerunt, ut Clodio cederet, ne inter cives perniciofa contentio excitaretur. De Hortenſio ſic lib. I. ad Q. Fr. ep. 3. (h. ed. ep. 63.) *me ſumma ſimulatione amoris, ſummaque aſſiduitate quotidiana ſceleratiſſime inſidioſiſſimeque tractavit. — Manut.*

ſervis armatis obiici noluerim] Saepe hoc Cicero gloriatur ut Orat. pro Sext. c. 20. Servos autem ſignificat, quos ſibi conciliaverat Clodius collegiorum nomine; de quibus orat. in Piſ. c. 4. *collegia, non ea ſolum, quae ſenatus ſuſtulerat, reſtituta, ſed innumerabilia quaedam nova ex omni fece urbis ac ſervitio concitata.* et in ead. paulo poſt c. 5. *Manut.*

retinendo: qua in ſententia ſi conſtare voluiſſent, ſuam auctoritatem ſimul cum ſalute mea recuperaſſent. Recreatis enim bonis viris conſulatu tuo, et conſtantiſſimis, atque optimis actionibus tuis excitatis, Gn. Pompeio praeſertim ad cauſam adiuncto, quum etiam Caeſar, rebus maximis geſtis, ſingularibus ornatus et novis honoribus ac iudiciis ſenatus, ad auctoritatem eius ordinis adiungeretur, nulli improbo civi locus ad rem publicam violandam eſſe potuiſſet. Sed attende, quaeſo, quae ſunt conſecuta. Primum ille fur muliebrium religionum, qui non pluris fecerat Bonam deam, quam tris ſorores, impunitatem eſt illo-

---

retinendo] *tenendo* Victor. Lamb. Pall. Grut. At quidem Mss. *tuendo*. Sed melius eſt *retinendo*, ut Cic. ad Att. VIII. ep. 3. *ille reſtituendi mei quam retinendi ſtudioſior*.

recreatis enim bonis viris — excitatis - adiuncto, quum—] Vulgo edebatur: *recreati enim boni viri — excitati — adiuncto. Quum*. Sed recte reſtituit Graevius *recreatis bonis viris* etc. et deinde *quum etiam Caeſar* adiunxit ſuperioribus, quum in aliis eſſet per interpunctionem maximam diſiunctum. Sane ablativorum frequentia eſt durior; ſed conſtructio et ſenſus aliter non conſtat. Sic eſt et in Ms. Gu. *Erneſti*.

honoribus ac iudiciis] ſupplicatione quindecim dierum, ſtipendio exercitus, decem legatis, (cf. ep. 113)

ille fur]. Olim edebatur *illa furta*, quod Manutius tenuit. Victorius e Bandinelli coniectura *illa furia*, quod multi poſtea ſecuti ſunt. Optime Lambinus *ille fur*, quod cum Martyni-Laguna reſtituimus.

tres ſorores] duas germanas, quarum altera Lucullo, altera quae *Quadrantaria* appellabatur Metello nupſerat; tertiam patruelem, Marcii Regis uxorem. Plutarch. vit. Cic.

impunitatem] Reſtituto Cicerone, quum eius domus ex ſenatus conſulto reficeretur, expulſi a Clodio fabri de area ſunt; diſturbata porticus Catuli, quae ipſa quoque ex ſenatus conſulto reficiebatur et ad tectum paene pervenerat; Q. Ciceronis domus primo fracta coniectu lapidum, deinde inflammata. Neque hac

rum ſententiis aſſecutus, qui (quum tribunus plebis poenas a ſeditioſo civi per bonos viros iudicio perſequi vellet) exemplum praeclariſſimum in poſterum vindicandae ſeditionis de re publica ſuſtulerunt; iidemque poſtea non meum monumentum, — non enim illae

---

una vi contentus quievit Clodius, ſed, ſexto poſt die, cum lapidibus, fuſtibus, gladiis M. Ciceronem inſecutus eſt; ſequenti autem die Milonis domum expugnare, et incendere ita conatus eſt, ut palam cum ſcutis homines eductis gladiis, alios cum accenſis facibus adduxerit; propterea Milo tribunus plebis eum de vi accuſavit. Sed iudicium, opera Clodii, eiusque amicorum, usque eo perductum eſt, donec habitis aediliciis comitiis Clodius aedilis creatus in iudicium vocari non potuit. Non enim vocare in iudicium eos licuit, qui magiſtratum gerebant. Hoc igitur queritur Cicero, et iure queritur, quod, quum ageretur in ſenatu, utrum ante comitia iudicium fieret, (quod Milo, Cicero, nec pauci praeterea, bene de re publ. ſentientes, exoptabant) an quod Clodius eiusque factio poſtulabat, ut comitia ante iudicium haberentur, quo poſſet, magiſtratum adeptus, poenam effugere; ſenatus conſultum factum ſit, ut poſt comitia iudicium fieret, in quibus poſitam eſſe Clodii, nocentiſſimi hominis ſalutem, licebat intelligere. Orat. pro Sext. c. 44. de provinc. conſ. c. 20. ad Att. IV. ep. 3. (h. ed. ep. 89.) ad Q. Fr. II. 1. (hui. ed. ep. 90.) Impunitatem igitur Clodius aſſecutus eſt, quia iudicium fieri de eo, aedile creato, non licuit; optimatum vero quorundam ſententiis, quia comitia fieri ante iudicium voluerunt. — *Manut.*

quum tribunus plebis] Sc. Milo. In Ms. Mentel. additum erat *T. Annius*, quod probat Graevius, cui vix credibile videtur nomen tribuni non a Cicerone additum fuiſſe, ſed in re nota non erat neceſſarium. Poſito Milonis nomine, non addidiſſet *tribunus pl.* — *Erneſti.*

meum monumentum] Tria monumenta tresque eorum inſcriptiones, in ſingulis, ſingulae fuerunt. Primum, atrium Libertatis in imo Palatii loco, ſenatus decreto aedificatum, locante Cice-

manubiae meae, sed operis locatio mea fuerat, — monumentum vero senatus, hostili nomine, et cruentis

---

rone consule, post oppressam Catilinae coniurationem, ut conservatae libertati honor haberetur, exstaretque publicum monumentum civitatis ab impiorum manibus ereptae. In hoc atrio cruentas illas literas, deleta priore inscriptione senatus, Clodius tribunus plebis incidit, quinquennio post Ciceronem consulem, quas literas mansisse, senatus maxima ignominia, cum summo Ciceronis dedecore coniuncta, queritur in hac epistola Cicero. — Alterum monumentum est porticus a Q. Catulo C. Marii consulis collega de manubiis Cimbricis exstructa, quam porticum eodem anno Clodius, quo Ciceronem expulit, evertit, sublatoque Catuli nomine, suum incidit. Evertit autem non ut aream faceret, sed ut ex ea et eversae Ciceronis domus parte novam porticum exstrueret, sicuti exstruxit. Vid. orat. pro domo c. 38. 39. 43. de literis autem huic monumento inscriptis c. 53. Locum autem huius inscriptionis verisimile est fuisse, non ubi ante fuerat inscriptio Catuli, quae fuerat in media vetere porticu; sed in media parte totius novae porticus. — Hic quaeri potest manseritne restituto Cicerone haec inscriptio, sicuti mansisse illam in monumento senatus Cicero ad Lentulum scribens questus est. Non mansisse idem Cicero lib. IV. ad Att. ep. 2. (hui. ed. ep. 88.) significat his verbis: *Consules porticum Catuli restituendam locarunt; illam porticum* (Clodii) *redemptores statim sunt demoliti.* Si porticum demoliti sunt redemptores, non mansisse Clodii inscriptionem satis constat. Tertium monumentum est, quod in parte Ciceronis aedium forum spectante, i. e. in ea quae coniuncta est cum Catuli porticu Libertati Clodius dedicavit, illato Tanagraeae cuiusdam meretricis simulacro, quod pro libertate coleretur. Hoc monumentum significatur orat. pro domo c. 37. 41. 43. 44. Atque in hoc etiam tertio monumento inscriptum fuisse nomen Clodii haec verba eiusd. orationis c. 37. ostendunt: *in conspectu totius urbis domus est mea, pontifices, in qua si manet illud non monumentum urbis, sed sepulcrum, inimico nomine inscriptum, demigrandum potius aliquo est.* — *Manut.*

inuſtum literis eſſe paſſi ſunt. Qui me homines quod ſalvum eſſe voluerunt, eſt mihi gratiſſimum: ſed vellem non ſolum ſalutis meae, quemadmodum medici, ſed etiam ut aliptae, virium, et coloris rationem habere voluiſſent. Nunc, ut Apelles Veneris caput et ſumma pectoris politiſſima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: ſic quidam homines in capite meo ſolum elaborarunt; reliquum corpus, imperfectum, ac rude reliquerunt. In quo ego ſpem fefelli non modo invidorum, ſed etiam inimicorum meorum: qui de uno acerrimo, et fortiſſimo viro, meoque iudicio, omnium magnitudine animi et conſtantia praeſtantiſſimo, Q. Metello, Lucii filio, quondam falſam opinionem acceperant: quem poſt reditum dictitant fracto animo, et demiſſo fuiſſe. (Eſt vero probandum, qui et ſumma voluntate ceſſerit, et egregia animi alacritate abfuerit, neque ſane redire curarit, eum ob id ipſum fractum fuiſſe: in quo quum omnes homines, tum M. illum Scaurum, ſingularem virum, conſtantia, et gravitate ſuperaſſet.) Sed, quod de illo acceperant, aut etiam ſuſpicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore animo me futurum; quum res publica maiorem etiam mihi animum, quam umquam habuiſſem, daret, quae declaraſſet, ſeſe non potuiſſe me uno civi carere: quumque Metellum unius tribuni plebis rogatio, me univerſa res publica, duce ſenatu, comitante Italia, referente conſule, promulgantibus octo tribunis, comitiis centuriatis,

---

paſſi ſunt] Haec verba ſatis declarant, non eſſe Ciceroni reſtitutam eam aedium partem, quam Clodius Libertati conſecraverat. *Man.*

eſt vero probandum — ſuperaſſet] Haec parentheſis mihi gloſſatoris cuiusdam manum potius, quam Ciceronis ſtilum prodere videtur.

referente conſule promulgantibus octo tribunis] Vulgo editur conſenſu: *promulgantibus omnibus referente*

cunctis ordinibus incumbentibus, omnibus denique suis viribus recuperasset. Neque vero ego mihi postea quidquam assumpsi, neque hodie assumo, quod quemquam malivolentissimum iure possit offendere. Tantum enitor, ut neque amicis, neque etiam alienioribus opera, consilio, labore desim. Hic meae vitae cursus offendit eos fortasse, qui splendorem, et speciem huius vitae intuentur, sollicitudinem autem, et laborem perspicere non possunt. Illud vero non obscure queruntur, in meis sententiis, quibus ornem Caesarem, quasi descisse me a pristina causa. Ego autem quum illa sequor, quae paullo ante proposui, tum hoc non in postremis, de quo coeperam exponere. Non offendes eundem bonorum sensum, Lentule, quem reliquisti; qui confirmatus consulatu nostro, nonnumquam postea interruptus, afflictus ante te consulem, recreatus abs te, totus est nunc ab iis, a quibus tuendus fuerat, derelictus; idemque non solum fronte, atque vultu, quibus simulatio facillime sustinetur, declarant ii, qui tum nostro illo statu optimates nomina-

---

consule; in quo primum transposui verba *referente consule*, nam consulis relatio promulgationem antecedebat; deinde quum Cicero nullo modo dicere posset: *promulgantibus omnibus* rescripsi: *promulgantibus octo tribunis.* Sic enim in orat. pro Sext. c. 32. *de meo reditu octo tribuni promulgarunt:* et hi *octo tribuni* bene opponuntur *uni tribuno*, qui Metelli reditum rogatione sua adiuverat. Et in Ms. Ursini additum *tribunis pl.*

cunctis ordinibus] Vulgo hic additur *hominibus*, quod cum Graevio delendum censui. Valde enim friget, et concinnitatem verborum turbat.

quasi descisse me] Vulgo editur *quasi descissem.* Sed infinitivum regit verbum *queruntur.*

recreatus abs te; totus est nunc] Meliorem hanc verborum diremtionem praelivit Martyni-Laguna. Vulgo: *recreatus abs te totus est; nunc* etc.

bantur, ſed etiam ſententia ſaepe iam tabellaque docuerunt. Itaque tota iam ſapientium civium, qualem me et eſſe et numerari volo, et ſententia, et voluntas mutata eſſe debet. Id enim iubet idem ille Plato, quem ego vehementer auctorem ſequor, tantum contendere in re publica, quantum probare tuis civibus poſſis, vim neque parenti, neque patriae afferri oportere. Atque hanc quidem ille cauſam ſibi ait non attingendae rei publicae fuiſſe: quod quum offendiſſet populum Athenienſem prope iam deſipientem ſenectute, quumque eum perſuaderi poſſe diffideret, cogi fas eſſe non arbitraretur. Mea ratio fuit alia, quod, neque deſipiente populo, neque integra re mihi ad conſulendum, capeſſeremne rem publicam, implicatus tenebar. Sed laetatus tamen ſum, quod mihi liceret in eadem cauſa et mihi utilia, et cuivis bono recta defendere. Huc

---

ſententia ſaepe iam tabellaque docuerunt] *ſententia* ſcil. in ſenatu, *tabella* in iudiciis. Vulgo editur *ſenſu ſaepe iam tabellaque docuerunt*. At *ſenſus* nihil poteſt, quoniam internus eſt; alios docere. Erneſtius quidem Gronovium ait Obſſ. II. 4. lectionem *ſenſus* defendiſſe. At ille nihil ibi attulit praeter ipſum hunc Ciceronis locum. *Sententia* legendum cenſuerunt Manutius, Lambinus Graevius. Ecce autem Martyni-Laguna edidit *oſtenſa ſaepe iam tabella docuerunt* utrum codicis auctoritate nixus, an coniectura uſus neſcio. *Tabellae* vero non ſolent *oſtendi* in ſuffragiis; erant enim ob eam ipſam cauſam inventae, ut quid quisque ſentiret, in ſuffragando occultum eſſet.

idem ille Plato] Platonis verba ſunt in Critone c. 2. πανταχοῦ ποιητέον ἃ ἂν κελεύει ἡ πόλις τε καὶ ἡ πατρίς, ἢ πείθειν αὐτὴν, ἢ τὸ δίκαιον πέφυκε, βιάζεσθαι δὲ οὐχ ὅσιον οὔτε μητέρα οὔτε πατέρα, πολὺ δὲ τούτων ἔτι ἧττον τὴν πατρίδα. *Manut.*

ſenectute, quumque eum perſuaderi] Vulgo ſic edebatur: *quod quum offendiſſet p A. p. iam deſipientem ſenectute, quumque eum nec perſuadendo nec*

acceſſit commemoranda quaedam, et divina Caeſaris in me, fratremque meum liberalitas; qui mihi, quascumque res gereret, tuendus eſſet; nunc in tanta felicitate, tantisque victoriis, etiam ſi in nos non is eſſet, qui eſt, tamen ornandus videretur. Sic enim te exiſtimare velim: quum a vobis, meae ſalutis auctoribus, diſceſſerim, neminem eſſe, cuius officiis me tam eſſe devinctum non ſolum confitear, ſed etiam gaudeam.

4 Quod quoniam tibi expoſui, facilia ſunt ea, quae a me de Vatinio, et de Craſſo requiris. Nam de Appio quod ſcribis, ſicuti de Caeſare, te non reprehendere: gaudeo conſilium tibi probari meum.

---

cogendo regi poſſe vidiſſet, quum perſuaderi poſſe diffideret, cogi fas eſſe non arbitraretur. In quo iam alios offendit illud *nec cogendo regi poſſe;* nam ſi populus *cogendo regi* non poterat, abſurdum erat addere *fas non videri* populum cogere. Itaque Graevio placebat *nec rogando regi;* idque ipſum *nec rogando* in vet. cod. praemiſſum erat verbis *nec cogendo.* Verum ne ſic quidem illa ſatis apte reſpondent ſequentibus. Erneſtio vitium in particulis latere viſum; itaque ſic tentabat: *eumque tantum vel perſuadendo vel cogendo regi poſſe.* Idem tamen efficitur et multa venuſtior fit oratio gloſſemate illo ſublato. Eſt enim, ut Erneſtius vidit, dilemma: populus Athenienſis aut perſuadendo aut cogendo regi poteſt; perſuadendo non poſſum, cogendo nolo. Sed illa prima dilemmatis propoſitio facile intelligi poteſt; verbis exprimere eam neceſſe non erat.

quascumque res gereret] h. e. etiamſi minus bene ac feliciter rem publicam gereret.

4. *de Appio*] cum quo per Pompeium, cuius filio nupſerat Appii filia in gratiam rediit, ut eſt in ep. ad M. Brutum apud Quintilianum lib. IX. c. 3. *Manut.*

De Vatinio autem, primum reditus interceſſerat in gratiam per Pompeium, ſtatim ut ille praetor eſt factus, quum quidem eius petitionem graviſſimis in ſenatu ſententiis oppugnaſſem, neque tam illius laedendi cauſa, quam defendendi atque ornandi Catonis. Poſt autem Caeſaris, ut illum defenderem,

---

5. *per Pompeium*] quo conſule comitia habente, ſuperiore proximo anno praetor Vatinius creatus eſt, M. Catone reiecto, qui quum ante Vatinium populi ſuffragiis praetor fieret, conſul Pompeius auſpicia mentitus, comitia diſſolvit. Quod ei, augur quum eſſet, iure ſacerdotii licebat. Plutarchus in Pompeio; Dio lib. XXXIX. *Manut.*

praetor eſt factus] corruptis ſuffragiis anno proximo, conſulibus ex interregno creatis Pompeio et Craſſo. Plutarch. *Manut.*

quum equidem eius] Hoc auctoritate cod. Lipſ. cum Benedicto recipiendum putavi pro vulg. *quum quidem ego eius.*

defenderem] Accuſatus eſt Vatinius, ut ait Pedianus, in commentarii prooemio orationis pro Scauro, Appio, et Domitio coſſ. i. e. quo anno ſcripſit Cicero hanc epiſtolam; accuſatus autem a C. Licinio Calvo de ambitu, quia praetoria comitia corrupiſſet. Nam et centuriis nummos ab eo contra leges datos, ait Plutarchus in Pompeio, et Quintilianus locum recitat lib. VI. c. 1. ex oratione Calvi contra Vatinium de ambitu reum. *Egregie in Vatinium* Calvus, „factum, inquit, ambitum ſcitis omnes, et haec eos ſcire omnes ſciunt." Idemque lib. IX. c. 2. ponit illud ex oratione Calvi in Vatinium: *perfrica frontem et dic te digniorem, qui praetor fieres, quam Catonem.* Aquila quoque Romanus haec recitat ex Calvi oratione in Vatinium: *Non ergo pecuniarum magis repetundarum quam maieſtatis, neque maieſtatis magis quam Plautiae legis, neque Plautiae legis quam ambitus; neque ambitus magis quam omnium legum omnia iudicia perierunt.* Legimus etiam in Seneca declamationum lib. VI. *Calvus, qui diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de eloquentiae principatu habuit, usque eo concitatus auctor fuit, ut in media oratione eius exclamaret Va-*

mira contentio est consecuta. Cur autem laudarim, peto a te, ut id a me neve in hoc reo, neve in aliis requiras: ne tibi ego idem reponam, quum veneris; tametsi possum vel absenti. Recordare enim, quibus laudationem ex ultimis terris miseris. Nec hoc pertimueris. Nam a me ipso laudantur, et laudabuntur iidem. Sed tamen defendendi Vatinii fuit etiam ille stimulus de quo in iudicio, quum illum defenderem, dixi me facere quiddam, quod in Eunucho parasitus suaderet militi:

---

tinius reus: rogo vos, iudices, num si iste disertus est, ego damnandus sum? Accedit testimonium auctoris dialogi de oratoribus c. 21. 34. *Manut.*

mira contentio] nec mirum; tribunatum enim suum ex Caesaris libidine Vatinius gesserat; in quo praeter alia legem tulerat invito senatu de Gallia citeriore ab eo simul cum Illyrio per quinquennium obtinenda. Suetonius in Caesare c. 22. Plutarchus. Omnes historici. *Manut.*

ex ultimis terris] Hispaniae duae fuerunt, citerior, et ulterior; quam utramque anno superiore et senatus et lege a tribuno plebis Trebonio perlata populus Pompeio dederat. Hic de citeriore accipiendum; cui praefuisse cum imperio Lentulum supra demonstratum est iis verbis, *quum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres.* Et quamquam ulterior Hispania potius, quam citerior, ultima terrarum esset, ad Oceanum usque pertinens, id commune tamen Hispaniae nomen Cicero spectavit, quum esset ea tota provincia ad occidentem, sicuti ad orientem Syria, terminus imperii Romani. De Cilicia tamen quae citra Syriam est, dixit Cicero lib. XV. ad Fam. ep. 9. *a te ipso missi in ultimas gentes;* non quod ultimae gentes sed quod inter ultimas gentes imperii Romani. *Manut.*

miseris] per literas etiam ab iis, qui aberant, rei laudabantur. Asconius in commentario pro Scauro; et Plauto Bursae laudationem a Pompeio, quum esset proconsul ad urbem ad iudices missam legimus in Dione lib. XL. *Manut.*

Eunucho] Terentii Act. III. sc. I. v. 50.

Ubi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam
Continuo. Si quando illa dicet: Phaedriam intromittamus comessatum; tu: Pamphilam
Cantatum provocemus. Si laudabit haec
Illius formam: tu huius contra; denique
Par pro pari referto, quod eam mordeat.

Sic petivi a iudicibus, ut, quoniam quidam nobiles homines, et de me optime meriti, nimis amarent inimicum meum; meque inspectante saepe eum in senatu modo severe seducerent, modo familiariter, atque hilare amplexarentur: quoniamque illi haberent suum Publium, darent mihi ipsi alium Publium, in quo possem illorum animos, mediocriter lacessitus, leviter repungere. Neque solum dixi; sed etiam saepe facio, diis, hominibusque approbantibus.

Habes de Vatinio; cognosce de Crasso. Ego 6
quum mihi cum illo magna iam gratia esset, quod eius omnes gravissimas iniurias, communis concordiae causa, voluntaria quadam oblivione contriveram, repen-

---

par pro pari] Ita multorum codd. auctoritate legendum esse, non *par pari* viderunt Manutius, Bengelius, nuper etiam Benedictus. Martyni-Laguna edidit *Tu par pari refuto.*

seducerent] quasi de gravibus, seriisque rebus cum eo deliberaturi. Adhibetur enim ad seria severitas. Cic. de off. I. 37. *Manut.*

suum Publium] Clodium.

6. *magna iam gratia*] Vetus inter eos fuerat simultas, vel exorta Cicerone consule, quum Crassus Catilinae consiliorum particeps esse putaretur, ut historiae declarant, vel, ut ego arbitror, multo ante, quum Cicero ab adolescentia sua, ut in hac epistola iam dixit, Pompeii fautor exstitisset Crassumque saepe, ut lib. I. ad Att. ep. 14. (h. ed. ep. 19.) scripsit, in Pompeiana laude perstrinxisset: in suasione quidem legis Maniliae laudem servilis belli, Crassi virtute confecti, magna ex parte ad Pompeium transfert. Primus dies eos in gratiam reduxit, quum Crassus in senatu praesente Pompeio, a Mithridatico bello proxi-

tinam eius defenfionem Gabinii, quem proximis fuperioribus diebus acerrime oppugnaffem, tamen, fi fine ulla mea contumelia fuscepiffet, tuliffem: fed, quum me disputantem, non laceffentem, laefiffet, exarfi, non folum praefenti, credo, iracundia, (nam ea tam vehemens fortaffe non fuiffet) fed, quum inclufum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego me effudiffe omne arbitrabar, refiduum tamen infciente me fuiffet omne, repente apparuit. Quo quidem tempore ipfo, quidam homines, et iidem illi, quos faepe nutu, fignificationeque appello, quum fe maximum fructum cepiffe dicerent ex libertate mea,

---

me reverfo, de rebus a Cicerone confule in urbe geftis ornatiffime locutus eft, cuius orationis illuftrem fententiam quum Cicero ad Atticum fcripfiffet, fubiunxit: *hic dies me valde Craffo adiunxit.* Rurfus odium inter eos emerfit, quo anno lege Clodia Cicero pulfus eft, Craffo Clodium adiuvante, ut in Plutarcho legimus. Iterum autem reconciliati, reftituto in patriam Cicerone, intercedente Publio Craffi filio, Ciceronis amantiffimo, ut idem Plutarchus. Tertia tum diffenfionis tum reconciliationis caufa hic exponitur. *Manut.*

defenfionem Gabinii] in fenatu, quum in abfentem Gabinium acerbiffime invectus eft Cicero Orat. de prov. conf. c. 4. fqq. *Manut.*

oppugnaffem] Vulgo eft *oppugnaffet.* Sed vix credi poteft Gabinium paucis ante diebus a Craffo acerrime oppugnatum, deinde repente defenfum fuiffe. Itaque lectionem cod. Torg. Afc. I. Gulielm. et Gruteriani vulgatae cum Benedicto praetuli.

disputantem — laefiffet] quum ille me qui ipfum non laefiffem, fed tantum contra Gabinium disputaffem, tamen contumeliofe verbis laefiffet.

infciente me fuiffet] Vulgo inepte legitur *infcientem me fugiffet.* Immo *infciente me fuiffet* verum eft, idque cum Lamb. et Graevio edidi. *Ernefti.* Fruftra illam alteram defendit Benedictus.

fuiffet omne, repente] Sic Martyni-Laguna melius interftinxit. Vulgo: *fuiffet, omne repente apparuit.*

cepiffe dicerent] Martyni-

meque tum denique ſibi eſſe viſum, rei publicae, qualis fuiſſem, reſtitutum, quumque ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tuliſſet: gaudere ſe dicebant, mihi et illum inimicum, et eos, qui in eadem cauſa eſſent, numquam amicos futuros. Quorum iniqui ſermones quum ad me per homines honeſtiſſimos perferrentur: quumque Pompeius ita contendiſſet, ut nihil umquam magis, ut cum Craſſo redirem in gratiam, Caeſarque per literas maxima ſe moleſtia ex illa contentione affectum oſtenderet: habui non temporum ſolum rationem meorum, ſed etiam naturae; Craſſus, ut quaſi teſtata populo Romano eſſet noſtra gratia, paene a meis laribus in provinciam eſt profectus. Nam quum mihi condixiſſet, cenavit apud me in mei generi Craſſipedis hortis. Quam ob rem eius cauſam, quod te ſcribis audiſſe, magna illius commendatione ſusceptam, defendi in ſenatu, ſicut mea fides poſtulabat.

Accepiſti, quibus rebus adductus, quamque rem, 7
cauſamque defenderim: quique meus in re publica ſit pro mea parte capeſſenda ſtatus. De quo ſic velim ſtatuas, me haec eadem ſenſurum fuiſſe, ſi mihi integra omnia, ac libera fuiſſent. Nam neque pugnandum arbitrarer contra tantas opes; neque delendum, etiam ſi id fieri poſſet, ſummorum civium principatum; neque permanendum in una ſententia, converſis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis; ſed temporibus

---

Laguna neſcio qua auctoritate edidit: *cepiſſe vere dicerent.*

foris] apud populum. Nam illa contentio in ſenatu fuerat. Vide alia exempla in Clave in h. v. *Erneſti.*

maxima moleſtia] Quid mirum? quum praeter inimicitiam inter eos in cauſa populari ſocietatem Craſſi filii quaeſtor Marcus, Publius legatus, Caeſare imperatore in Gallia mererent. *Manut.*

magna illius commendatione] a Caeſare magnopere mihi commendatam.

dam, quas Menocrito dabo; neque ita multae; ne pertimescas. Scripsi etiam (nam ab orationibus diiungo me fere, referoque ad mansuetiores Musas: quae me maxime, sicut iam a prima adolescentia, delectant.) scripsi igitur Aristoteleo more, quem ad modum quidem volui, tres libros in disputatione, ac dialogo de Oratore, quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles. Abhorrent enim a communibus praeceptis: et omnem antiquorum, et Aristoteleam, et Isocrateam rationem oratoriam complectuntur. Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis: quos iam pri-

---

M. Coelio, atque etiam pro A. Gabinio, quem rogatu Pompeii hoc anno defendit, ut ex Dione lib. XXXIX. et ex epp. ad Atticum et ad Q. Fratrem intelligitur. *Man.* Notandum vero est has orationes omnes quidem habitas esse, an omnes vero etiam scriptae sint, haud constare.

ne pertimescas] plerique vett. libri scr. et edd. *ut pertimescas.* Sed *ne* est facetius et melius. Sic et Ms. noster. *Ernesti.*

diiungo] Hic recte *diiungo* pro *disiungo* receptum est, quod et Ms. noster habet et Guelf. *Ernesti.*

delectant] Restitui veterem lectionem, cui *delectarunt*, sed e bonis libris, substitutum erat. Manifeste verbum ad praesentem statum pertinet, non ad praeteritum. Nec ita *quae me maxime* habet verbum, ad quod referatur. Si quis tamen *sicut* deleat, *delectarunt* servandum putem. *Ernesti.*

Aristoteleo more] nempe quia Aristoteles etiam dialogos scripserat, eosque prooemiis ornarat. Platonico more dicere haud poterat, quoniam longiores istae disputationes in libris de Oratore a Platonis ratione dialogos informandi valde discrepant.

et omnem] Vulgo *ac omnem*, male. Qui alibi correxere, hic tacent. Nempe monitore aliquo vetere libro carebant. Est tamen *et* in Ms. nostro et Guelf. et edd. pr. *Ernesti.*

Aristoteleam et Isocrateam] ad Isocrateam praecipue pertinent quae de collocatione, ac modo et forma verborum in libro tertio de oratore disputantur.

dem ad te miſiſſem, ſi eſſe edendos putaſſem. Sunt enim teſtes et erunt ſempiterni meritorum erga me tuorum, meaeque pietatis. Sed verebar, non eos, qui ſe laeſos arbitrarentur, (etenim id feci parce, et molliter,) ſed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. Quos tamen ipſos libros, ſi quem, cui recte committam, invenero, curabo ad te perferendos. Atque iſtam quidem partem vitae, conſuetudinisque noſtrae totam ad te defero; quantum literis, quantum ſtudiis, veteribus noſtris delectationibus, conſequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui haec ſemper amaſti, libentiſſime conferemus.

Quae ad me de tuis rebus domeſticis ſcribis, 9
quaeque mihi commendas, ea tantae mihi curae ſunt, ut me nolim admoneri: rogari vero ſine magno dolore vix poſſum.

Quod de Quinti fratris negotio ſcribis, te priore 10
aeſtate, quod morbo impeditus in Ciliciam non transieris, conficere non potuiſſe; nunc autem omnia ſacturum, ut conficias: id ſcito eſſe eiusmodi, ut frater meus vere exiſtimet, adiuncto iſto fundo patrimonium fore ſuum per te conſtitutum.

Tu me de tuis rebus omnibus, et de Lentuli tui, 11
noſtrique ſtudiis et exercitationibus, velim quam familiariſſime certiorem, et quam ſaepiſſime facias: exiſtimesque, neminem cuiquam neque cariorem, neque iucundiorem umquam fuiſſe, quam te mihi: idque me, non modo ut tu ſentias, ſed ut omnes gentes etiam, et poſteritas omnis intelligat, eſſe facturum.

ſed verebar] Sic Martyni-Laguna edidit: melius quam ut adhuc edebatur, *ſed quia verebar*. Manutius tamen ellipſin hic eſſe verborum *non miſi* ſtatuebat.

atque — defero] Haec verba Martyni-Laguna, neſcio qua auctoritate, tranſtulit poſt illa: *libentiſſime conferemus*.

11. *ſed ut omnes gentes etiam et poſteritas*] Ita concinnius ex Martyni-Lagunae

12 Appius in sermonibus antea dictitabat; postea dixit etiam in senatu palam: sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse

---

editione legitur. Vulgo *sed ut omnes gentes, etiam ut posteritas omnis.*

12. *legem curiatam*] Curiata lex a populo per curias congregato nomen accepit. Curias autem, in quas Romulus populum distribuit, ut in sua quisque curia sacra publica faceret, ferias observaret, triginta fuisse, omnesque in Palatio satis notum est. Ex his curiis, quum populus, ut aliquid iuberet, aut iudicaret, in unum locum coibat, *curiata comitia* vocabantur. Coivisse autem populum in Comitium, qui locus in foro fuit docet Varro lib. IV. de L. L. Lex autem curiata de adoptione ferebatur, et de imperio militari. — De imperio militari, quae extra urbem gereretur, latam opinor esse curiatam legem, vel ab eo ipso, qui accepturus esset imperium, si modo magistratus esset, vel a consule. Latum ab ipso magistratu, qui usurus esset imperio, auctor est Livius lib. IX. c. 38. *Atque ei* (L. Papirio) *dictatori legem curiatam de imperio ferenti triste omen diem diffidit.* A magistratu, qui non esset usurus imperio, exemplo Ciceronis et Bibuli, (ut omittam alia quam plurima) demonstratur. Nam et Cicero in Ciliciam, et eodem tempore Bibulus in Syriam uterque aliquot annis post consulatum profecti sunt. Latam autem de utriusque imperio curiatam legem, ex eo liquet, quod uterque bellum gessit, utrique supplicationes ob rem bene gestam decretae; Cicero etiam de triumpho cogitavit. Itaque dubitandum non est, quin consules eius anni Sulpicius et Marcellus alter, ambove, curiatam legem de eorum imperio tulerint. Alioqui provinciam quidem eo genere imperii, quod lex Cornelia dabat, administrare potuissent, quo se Appius, si curiata lex ferri non posset, contentum fore dictitabat; militarem autem rem, quae triumphi spem et occasionem afferebat, nullo pacto iis attingere licuisset. Curiatis enim comitiis rem militarem contineri lib. V. c. 52. prodidit Livius; consuli, si legem curiatam non haberet, attingere rem militarem non licuisse, Cicero in orat. II. in Rullum c. 12.

cum collega: si curiata lex non esset, se paraturum, tibique successurum: legem curiatam consuli opus

---

Curiata igitur lege, in foro lata a consule, non a tribuno plebis, (nam tribunis plebis nihil cum curiis) triginta lictoribus veteres triginta curias repraesentantibus, populus provinciarum rectoribus imperium dabat; Cornelia senatus; sed Cornelia iurisdicundi potestatem; nihil pro viatico; curiata vero exercitus habendi bellique gerendi ius, cum stipendio militum, et proconsulis viatico dabat. Et Cornelia, a L. Sulla dictatore lata, hoc sanxerat, ut, qui provincias ex senatus consulto accepissent, imperium haberent, quoad in urbem introissent; (studuit enim Sulla optimatum potentiae; plebem, quae adversus eum pro Mario steterat, afflixit:) curiata vero, quoties quisque in provinciam iturus esset, de eius imperio ferebatur. Obstabat interdum, quod Appius timuisse videtur, intercessio tribunitia. Itaque in agraria II. c. 12. *consulibus legem curiatam ferentibus, saepe est intercessum.* — *Manut.*

cum collega] L. Domitio Ahenobarbo. Quod hic vulgo additur *provinciam*, Martyni-Laguna praeeunte, expunxi.

si curiata lex non esset] i. e. de se non ferretur per adversarios. *Ernesti.*

se paraturum] *parare* hic est pacisci, constituere. Mos enim fuit, ut senatus consultum de provinciis consularibus ita fieret, ut eas consules aut sortirentur, aut compararent inter se quod Livii lib. VIII. c. 20. testimonio probatur. *Extemplo igitur*, inquit, *consules novi L. Aemilius Mamercinus et C. Plautius eo ipso die Kal. Quinctil., quo magistratus inierunt, comparare inter se provincias iussi.* Et quod apud Livium: *comparare inter se*, idem apud Ciceronem *parare cum collega.* Quamquam et *parare inter se*, a veteribus dictum esse, Festi verba, licet praecisa et mutila videntur ostendere. *Manut.* Olim edebatur *se paraturum cum collega;* verba autem *cum collega* non habet Ms. noster, bene. Temere repetitum est ex antecedentibus, ut in Ms. Gu. etiam *provinciam.* — *Ernesti.*

legem] Vulgo erat *legemque.* Copulam delendam esse vidit Ernesti.

consuli] Vulgo *consuli ferre opus esse.* Quis autem unquam ita locutus est? Saltem *ferri esse* debet, Ms.

esse, necesse non esse: se, quoniam ex senatus consulto provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introisset. Ego, quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio: varias esse opiniones intelligo. Sunt, qui putent, posse te non decedere, quod sine lege curiata tibi succedatur: sunt etiam, qui, si decedas, a te relinqui posse, qui provinciae praesit. Mihi non tam de iure certum est, (quamquam ne id quidem valde dubium est,) quam illud, ad tuam summam amplitudinem, di-

---

noster et Gu. habet, et ed. Mediol. Sed ego puto haec esse interpolata e praecedentibus ab indoctis librariis aut glossatoribus, delendumque *ferre*. — *Ernesti.* Nos igitur cum Martyni-Laguna delevimus.

provinciam haberet] Non Ciliciam nominatim; quod si esset, quorsum de sortitione, aut comparatione loqueretur? sed provinciam ideo habebat, quia senatus decreverat, ut ex duabus consularibus provinciis unam Appius alteram Domitius vel sortientes vel inter se comparantes, obtinerent. *Manut.*

imperium] sine armis; quibus uti non poterat, nisi qui curiata lege imperium accepisset. De triumpho igitur, quum haec Appius diceret, minime laborare videbatur. Quod confirmant illa verba lib. IV. ad Att. ep. 16. (hui. ed. ep. 149.) *Appius sine lege, suo sumptu in Ciliciam cogitat.* Et lib. III. ad Q. Fr. ep. 2. (hui. ed. ep. 151.) *Appius sine lege curiata confirmat se Lentulo nostro successurum.* Imperium tamen curiata quoque lege Appius accepit; quo usus, re militari prospere gesta, supplicationes adeptus est; lib. III. ad Fam. ep. ult. Videtur etiam triumphaturus fuisse, nisi a Dolabella reus factus esset; lib. III. ad Fam. ep. 18. et lib. VIII. ep. 6. *Manut.*

posse te non decedere] nam quia sine curiata lege in provinciam ire nemo solitus esset, quum omnes militari delectarentur imperio, propterea quod fieri non soleret, id etiam non licere, quidam arbitrabantur. *Manut.*

ne id quidem valde dubium est] ne de iure quidem dubitari valde potest, quia Appio, vel si tibi sine cu-

gnitatem, liberalitatem, qua te ſcio libentiſſime frui ſolere, pertinere, te ſine ulla mora provinciam ſucceſſori concedere, praeſertim quum ſine ſuſpicione tuae cupiditatis non poſſis illius cupiditatem refutare. Ego utrumque puto meum eſſe, et quid ſentiam oſtendere, et quod feceris defendere.

Scripta iam epiſtola ſuperiore, accepi tuas lite- 13
ras de publicanis: in quibus aequitatem tuam non potui non probare. Facilitate quidem vellem conſequi potuiſſes, ne eius ordinis, quem ſemper ornaſti, rem,

---

riata lege ſuccedat, provinciam debeas concedere. Argumento ſunt haec verba, falli eos, qui legem curiatam rectoribus provinciarum omnino neceſſariam putarent, quum ſine ea ius dicere et provinciae praeeſſe poſſent, imperio lege Cornelia dato quoad in urbem introiſſent. *Manut.*

liberalitatem] conſuetudinem in tribuendis officiis, cui paulo poſt *cupiditas* opponitur; ex quo magis probatur mihi, ut eſt in antiquo libro Maffeorum, quam in aliis *libertatem.* Eodem ſenſu *liberalitas* uſurpatur lib. V. ad Fam. ep. 19. et X. 3. *Manut.*

13. *de publicanis*] contra quos decretum ex voluntate provincialium Lentulus fecerat. Saepe enim inter publicanos, qui provincialium vectigalia conducebant, et ſocios ex vectigalium ſolutione exoriebantur controverſiae, quas Cicero ſedatas a ſe eſſe gloriatur lib. II. ad Fam. ep. 13. *Manut.*

in quibus] Vulgo eſt *quibus.* Sed *quibus* non ad publicanos pertinet, ut fortaſſe viſum lectionis huius auctoribus, ſed ad literas; addendumque *in.* — *Erneſti.*

facilitate] *Felicitate* quod eſt et in Ms. noſtro, debetur Victorio, qui non dixit unde. Ante omnes *facilitate*, ſed in ceteris varie, *autem*, *autem quidem*, *quid vellem.* Videtur durum felicitate conſequi, ne offenderes, quum eſſet in eius poteſtate. Sed poteſt intelligi felicitas in eo, ſi talis res non incidiſſet, per quam offendendi neceſſitas eſſet. Nec tamen *facilitate* repudiem. Immo rectius puto. Vellem illa tua facilitas efficere potuiſſet, ut in illa cauſa cognoſcenda et com-

aut voluntatem offenderes. Equidem non desinam tua decreta defendere: sed nosti consuetudinem hominum. Scis, quam graviter inimici ipsi illi Q. Scaevolae fuerint. Tibi tamen sum auctor, ut, si quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. Id etsi difficile est, tamen mihi videtur esse prudentiae tuae. Vale.

EPISTOLA CXLIX. (ad Att. IV. 16.)

Scr. Romae prid. Kal. Oct. et postridie mane; (exceptis tamen §. 3. 6. et 9. quae sunt aliarum epistolarum fragmenta) A. U. C. 699.

Respondet Attici epistolae a Paccio allatae, quem sibi in amicis futurum confirmat 1. *Cur Varronem in libris de re publica includere non possit, ostendit* 2. *de consulatus petitorum rationibus exponit* 4. *de iudiciis proxime futuris* 5. *Addit alia quaedam de Caesaris in se amore et Britannici belli exitu* 7. *de Paulli basilica* 8.

---

ponenda cessissent sibi invicem partes, ut tu offendere publicanos, contra eos iudicando non necesse habuisses. *Ernesti.*

tua decreta] In iurisdictione Ciliciae et in causis publicanorum. Erant autem ibi fere insolentiores, ut negotiatores. Expertus est Cicero ipse in ea provincia, ut ex epistolis ad Atticum discimus. *Ernesti.*

inimici - Scaevolae] qui etiam quaestorem eius P. Rutilium Rufum, quod cum praetore suo contra eos consensisset, damnaverunt. Pedianus epitome Liviana lib. IXX. Huius odii publicanorum in Q. Scaevolam (P. T. augurem Laelii sapientis generum, Crassi oratoris socerum) mentio fit in orat. pro Plancio c. 13. his verbis: *Equitum ego Romanorum etiam in homines nobilissimos maledicta, publicanorum in Q. Scaevolam, virum omnibus ingenio, iustitia, integritate praestantem, aspere, et suaviter, et libere dicta commemorem? — Manut.*

CICERO ATTICO, S.

Occupationum mearum vel hoc signum erit, quod epistola librarii manu est. De epistolarum frequentia te nihil accuso. Sed pleraeque tantummodo mihi nuntiabant, ubi esses, vel etiam significabant recte esse, quod erant abs te: quo in genere maxime delectarunt duae fere eodem tempore abs te Buthroto datae. Scire enim volebam, te commode navigasse. Sed haec epistolarum frequentia non tam ubertate sua, quam celeritate delectavit. Illa fuit gravis, et plena rerum, quam mihi M. Paccius, hospes tuus, reddidit. Ad eam rescribam igitur, et hoc quidem primum: Paccio re et verbis ostendi, quid tua commendatio ponderis haberet. Itaque in intimis est meis, quum antea notus non fuisset. Nunc pergam ad cetera.

Varro, de quo ad me scribis, includetur in ali- 2
quem locum, si modo erit locus. Sed nosti genus dialogorum meorum: ut in oratoriis, quos tu in caelum fers, non mentio potuit fieri cuiusquam ab iis,

---

Epist. CXLIX. 1. *ubi esses*] Vulgo additur, *quod erant abs te;* id Malaspina sic explicabat, q. d. *quod essent domi tuae datae.* Verum hoc ineptum est et frivolum. Nam si alio quocunque loco, non domi, i. e. Buthroti dedisset literas, Cicero aeque ex iis ubi esset Atticus, cognoscere potuisset. Ernesti suspicabatur verba delenda esse. Mihi transponenda potius videbantur post verba *recte esse.*

quod erant abs te] i. e. quod erant manu tua scriptae, ex quo intelligebam te bene valere.

Buthroto] Sic lectionem edd. pr. *Bruto* iam Manutius recte correxerat; deinde Gruterus recepit. Male vero Graevius *Bruto* revocavit.

te commode navigasse] in Epirum.

2. *in aliquem locum*] nempe librorum de re publica, quos tum Cicero scribere aggressus erat.

in oratoriis] libris tribus de Oratore ad Quintum fratrem, anno superiore editis. Cf. ep. 129.

qui disputant, nisi eius, qui illis notus, aut auditus esset. Hanc ego de re publica, quam institui, disputationem in Africani personam, et Phili, et Laelii, et Manilii contuli. Adiunxi adolescentes, Q. Tuberonem, P. Rutilium, duo Laelii generos, Scaevolam, et Fannium. Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor prooemiis, ut Aristoteles in iis, quos ἐξωτερικοὺς vocat, aliquid efficere, ut non sine causa istum appellarem: id quod intelligo tibi placere. Utinam modo conata efficere possim! Rem enim, quod te non fugit, magnam complexus sum et gravem, et plurimi otii, quo ego maxime egeo. Quod in iis libris, quos laudas, personam desideras Scaevolae; non eam temere dimovi: sed feci idem, quod in πολιτείᾳ deus ille noster Plato. Quum in Piraeeum Socrates venisset ad Cephalum, locupletem et festivum senem: quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex; deinde quum ipse quoque commodissime locutus esset, ad rem divinam dicit se velle discedere; neque postea revertitur. Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id aetatis in tam longo sermone diutius retinuisset. Multo ergo potius hoc mihi cavendum putavi in Scaevola; qui et aetate, et valitudine erat ea, qua esse meministi; et iis honoribus, ut vix satis decorum videretur, eum plures dies esse in Crassi Tusculano. Et erat primi libri sermo non alienus a

---

Phili] P. Fulvii Phili; qui cos. fuit cum Sex. Atilio Serrano A. U. C. 617.

Manilii] M. Manilii R. F. P. N. qui cum L. Marcio Censorino cos. fuit A. U. C. 604.

Q. Tuberonem] Q. Aelium Tuberonem, Q. T. P. N. Africani minoris sorore L. Manilii Paulli filia natum.

P. Rutilium] Rufum.

Fannium] C. Fannium M. F. historiae scriptorem. Ceterum eosdem fere nominat ep. 153. (ad Q. Fr. III. 4.)

ergo potius] Sic maluit Ernesti. Vulgo *ego satius*.

Scaevola] In libro I. de

Scaevolae ſtudiis. Reliqui libri τεχνολογίαν habent, ut ſcis. Huic ioculatorem ſenem illum, ut noras, intereſſe ſane nolui.

[De re Piliae, quod ſcribis, erit mihi curae. Et 3
enim eſt luculenta res, Aureliani, ut ſcribis, indiciis: et in eo me etiam Tulliae meae venditabo. Veſtorio

---

oratore Scaevolae perſonam Cicero induxerat. Eum vero in ſequentibus libris a colloquio removerat.

ioculatorem] olim fuit: *huic disputationi ioculatoriae.* Verum *disputationi* recte aberat ab antiquis libris Beſſerionis, taralcantis, Ferri. *huic* enim refertur ad τεχνολογίαν. Ideoque etiam *ioculatorem*, non *ioculatoriae*, legendum eſſe, dudum alii viderunt. Suſpicor autem a Ciceronis manu fluxiſſe *cavillatorem.* Cicero enim verebatur, ne Scaevola totam artem oratoriam ſ. iſtam quam dicit τεχνολογίαν cavillaretur, Scaevolae enim in ſumma ſeveritate non deerat tamen comitas Brut. 40. ideoque aptius hic eſt verbum *cavillatoris* quam *ioculatoris;* quod hominem deſignare videtur vehementer in dicendo facetum et ridiculum; id quod Scaevolae ſeveritati minus convenire videtur.

3. *de re Piliae*] Ita reſcripſi pro *de re filiae.* Nam Ciceronis filiae Tulliae rem nihil opus erat Attico patris curae commendare. Piliae potius uxoris ſuae rem Atticus commendaverat. Ac ſi quis de Attici filia cogitet ea tum nondum videtur nata fuiſſe. Ceterum hic incipit fragmentum alius epiſtolae temere hic alieno loco intruſum. Itaque id a contextu ſeiunctum uncis incluſi. Nam quum epiſtola, in qua verſamur, ſcripta ſit Kal. Oct. quomodo Cicero potuiſſet narrare in cauſa Druſi iudices reiectos eſſe ad V. Nonas Quintil.? Deinde de Procilio ait rumores non bonos eſſe; ut eum condemnatum iri verendum ſit; atqui iam ep. 142. narraverat eum III. Non. Quint. condemnatum eſſe. Ergo hoc fragmentum eſt epiſtolae, ante illam ep. 142. (Att. IV. 15.) ſcriptae.

Aureliani] quis hic fuerit non conſtat. Nam de Aurelio illo, qui nominatur ad Fam. XVI. 24. Ciceronis creditore hic non eſt quod cogitemus.

venditabo] et in ea re Pi-

non desum. Gratum enim tibi id esse intelligo: et, ut ille intelligat, curo. Sed scis, qui? quum habeat duo faciles, nihil difficilius. Nunc ad ea, quae quaeris de C. Catone. Lege Iunia, et Licinia scis absolutum: Fusia ego tibi nuntio absolutum iri; neque patronis suis tam libentibus, quam accusatoribus. Is tamen et mecum, et cum Milone in gratiam rediit. Drusus reus est factus a Lucretio: iudicibus reiiciendis a. d. v. non. Quint. De Procilio rumores non boni: sed iudicia nosti. Hirrus cum Domitio in gratia est. Senatus consultum quod hic consules de provinciis fecerunt, QUICUNQUE POSTHAC * * *]

4 * * non mihi, ut qui iam intelligebamus enuntiationem illam Memmii valde Caesari displicere. Messala noster, et eius Domitius competitor liberalis in populum valde fuit. Nihil gratius. Certi erant consules scilicet. At senatus decrevit, ut tacitum iudi-

---

liae curanda gratum etiam faciam Tulliae meae, propter amicitiam, quae inter utramque intercedit.

sed scis qui?] h. e. sed num scis quomodo mihi hoc procedat, s. quid ista cura mea apud eum proficiam?

quum habeat duo faciles] Si sana est lectio nihil aliud significare potest quam hoc: quum habeat nos duo, me et te, faciles in eo demerendo, nihil tamen difficilius quam ut ei satisfiat. Vidit Popma.

Fusia — absolutum iri] Eum scribit absolutum esse ep. 142. ex quo iterum patet hoc fragmentum scriptum esse ante istam epistolam.

QUICUNQUE POSTHAC] hic lacunae signum posuimus; nam reliqua quae sequuntur ad hoc fragmentum nullo modo referri possunt.

4. *in populum*] Sic auctore Ernestio rescripsi pro vulg. *in populo*.

scilicet] Hoc vulgo abest. Sed est in ed. Rom. et h. l. apte adiicitur. Probat etiam Ernestius.

tacitum iudicium] quod factum non ederetur. Hoc autem decrevit senatus, ut qui nullo pudore prohiberentur ab effuso ambitu, largitionem omitterent; quum intelligerent futurum, ut irrita esset designatio, si damnati tacito iudicio fuissent.

cium ante comitia fieret. Ab iis consiliis, quae erant sortita in singulos candidatos, magnus timor candidatorum. Sed quidam iudices, in his Opimius VEIEN., TRO. Antius, tribunos plebis appellarunt, ne iniussu populi iudicarent. Res cedit. Comitia dilata ex senatus consulto, dum lex de tacito iudicio ferretur. Venit legi dies; Terentius intercessit. Consules, qui illud levi brachio egissent, rem ad senatum detulerunt. Hic Abdera, non tacente me. Dices, tamen tu non quiescis? ignosce, vix possum. Veruntamen quid

---

Erat igitur ad cohibendam largitionis impudentiam quasi frenum quoddam taciti iudicii timore. *Manutius.* *Tacitum iudicium* quid sit, non satis scio, an quod fieret non de certis hominibus nominatim, sed de genere universo, ut si quis candidatorum hoc vel illud fecisset, eius creatio irrita esset, idque fieret ita, ut lateret quid iudicatum esset; idque adeo simile SCto tacito. *Ernesti.* Enimvero de certis hominibus utique hic iudicabatur; nam in singulos candidatos iudices iam erant sortiti. Itaque nihil aliud significatur, nisi hoc, in eo iudicio sententiam non prius pronuntiandam, sed eo usque celandam esse, donec habita essent comitia.

consiliis] iudicum.

quae erant sortita] Vulgo *quae erant omnibus sortita.* Sed *omnibus* quod iam Ernesti vitiosum iudicavit, dele vi.

VEIEN. TRO.] ex tribu Veientina Opimius, ex Tromentina Antius.

res cedit] alii *rescidit,* utrumque vitiosum. Assentior autem Manutio, Ciceronem scripsisse *res ad senatum;* quod si forte sic exaratum esset *res ad S.* facile poterat in ista vitia corrumpi.

Terentius] tribunus plebis.

levi brachio] non vehementer, qui ad populum de tacito iudicio leviter tulissent. *Manut.*

hic Abdera] Hic summa fuit senatorum stultitia, ut Abderitae viderentur, de quorum stupore atque insania, multi scripserunt. *Manut.*

non tacente me] reprehendente levitatem stultitiamque senatorum; qui quum antea decrevissent, ut

tam ridiculum? Senatus decreverat, ne prius comitia haberentur, quam lex lata esset: si qui intercessisset, res integra referretur. Coepta ferri leviter; intercessum non invitis; res ad senatum; de ea re ita censuerunt, comitia primo quoque tempore haberi esse e re. Scaurus, qui erat paucis diebus illis absolutus, quum ego partem eius ornatissime defendissem, obnuntiationibus per Scaevolam interpositis, singulis diebus usque ad pridie kal. Octob. quo ego haec die scripsi, sublatis, populo tributim domi suae satisfecerat. Sed tamen, etsi uberior liberalitas huius, gratior esse videbatur eorum, qui occuparant. Cuperem vultum videre tuum, quum haec legeres. Nam profecto spem non habes nullam, haec negotia multarum nundinarum fore. Sed senatus hodie fuerat futurus, id est, kal. Octobribus. Iam enim luciscit. Ibi loquetur, praeter Antium et Favonium, libere nemo. Nam Cato aegrotat. De me nihil timueris; sed tamen promitto nihil.

---

ante comitia tacitum iudicium fieret, mox decernerent, ut primo quoque tempore comitia fierent, emisso tacito iudicio. *Manut.*

coepta ferri leviter] a consulibus, ut ante dixit, *molli brachio. Manut.*

non invitis] consulibus; his enim, quia coierant, ut Memmium et Domitium consules crearent, gratum erat legi de iudicio tacito intercedi.

quum ego partem eius] Insolentius dictum pro *caussam*, vel *partes* eius. Attamen cum Manutio veram puto lectionem, nisi cui placeat *partes* reponere. Nam altera lectio *patrem eius* prorsus est absurda. Scauri enim pater Cicerone adolescente decesserat; filium vero Cicero hoc anno defendit.

singulis diebus] singulos dies comitiales Q. Mucius Scaevola trib. pl. obnuntiatione sustulerat; id autem ne cum populo posset agi, itaque comitia traherentur; omnes enim magistratus de coelo servandi potestatem habebant. *Manut.*

spem non habes nullam] Restitui lectionem ed. Brut.

Quid, quaeris, aliud? iudicia, credo. Drusus, Scaurus non fecisse videbantur. Tres candidati fore rei putabantur, Domitius a Memmio, Messala a Q. Pompeio Rufo, Scaurus a Triario, aut a L. Caesare. Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne vivam, si scio. In illis quidem tribus libris, quos tu dilaudas, nihil reperio.

[Nunc ut opinionem habeas rerum, ferendum est. Quaeris, ego me ut gesserim? constanter et li-

---

et Lamb. Nam vulgata *rem non habes nullam* sensu idoneo prorsus destituitur, nec structura verborum convenit sequentibus. Cicero cum Attico iocatur, quasi ei hoc largitionis negotium, ut foeneratori, gratum esse debeat, quoniam candidati in tanto consulatus ambitu, aliis alios largitione vincere studentibus, in dies graviore foenore pecuniam essent mutuaturi. Similis iocus supra in eadem re ep. 142.

non fecisse videbantur] Reus a iudicibus absolutus, his verbis innocens pronuntiabatur: *non videri fecisse*. Ergo hic Drusum et Scaurum dicit absolutos, Drusum de praevaricatione, Scaurum de repetundis, Cicerone utrumque defendente. (cf. ep. 142.) *Manut.*

rei putabantur] de ambitu. Quatuor autem rei fuerunt, non tres. ad Q. Fr. III. 2. (hui. ed. ep. 151.) *Manut.*

in illis quidem tribus libris] Intelligit libros de oratore, quos supra laudasse Atticum memoravit. Sed *tribus* mihi esse a glossatore videtur. *Nihil reperio* quod pro eo dicere possim, nullum artificium dicendi, quo uti possim ad probabiliter eum defendendum. *Ernesti.*

nunc ut opinionem] Haec esse alieno loco et ex alia epistola huc translata, putabat Malaspina, et quidem usque ad verba, *sed accipe alia*. Tunstallus p. 118. usque ad verba *in Ciliciam cogitat* et in ep. sequentem (hui. ed. 157.) transfert post verba *detur esse valiturum*. Ceterum pro *ferendum est* putem legendum *faciendum est* sc. mihi. *Ernesti.* Tunstalli ratio placet. Nam huius epistolae Cal. Oct. scriptae pars esse non potest haec de Gabinio narratio, nam is demum post VI. id. Octobris maiestatis reus, absolutus est ut ex ep. ad Q. Fr. III. 4. (h. ed. 153.) intel-

bere. Quid ille, inquies, ut ferebat? humaniter meaeque dignitatis, quoad mihi ſatisfactum eſſet, ha bendam ſibi rationem putabat. Quo modo ergo abſo lutus? omnino γοργεῖα γυμνά: accuſatorum incredibi lis infantia, id eſt, L. Lentuli, L. F. quem fremun omnes praevaricatum; deinde Pompeii mira conten tio; iudicum ſordes. Attamen XXXII condemnarunt XXXIIX abſolverunt. Iudicia reliqua impendent: non dum eſt plane expeditus. Dices, tu ergo haec qu modo fers? belle mehercule, et in eo me valde amo Amiſimus, mi Pomponi, omnem non modo ſuccum ac ſanguinem, ſed etiam colorem, et ſpeciem priſti nam civitatis. Nulla eſt res publica, quae delectet in qua acquieſcam. Idne igitur, inquies, facile fers id ipſum. Recordor enim, quam bella pauliſper, no

---

ligitur. Verum quae transponenda ſunt, non usque ad verba *ſed accipe alia* ſed usque ad verba: *in Ciliciam cogitat*, decurrunt. Nam in his, quae poſt iſta proxime ſequuntur, iterum agitur de abſoluto Gabinio.

ille] Pompeius.

γοργεῖα γυμνά] foediſſimae maculae h. l. occuparant. In Tornaeſiano erat: ΠΟΡΠΑΠΥΜΝΑ, in Decurtato ΠΟΥΓΙΑΠΥΜΝΑ; emendavi γοργεῖα γυμνά. Accuſatores Gabinii Cicero vocat γοργεῖα γυμνά, quod ii nihil prae ſe ferunt, niſi terrorem quendam inanem, quo genere formidabiles videntur larvae. Nam γοργεῖα ſunt προσωπεῖα καὶ μορμολύκεια, ut ait Heſychius, ſumpta notatione ἀπὸ τῆς Γοργοῦς, ὅτι γοργότητα καὶ φόβον ἐμποιεῖ. Addit autem γυμνά quod larvae illae nemini notae non eſſent, ut quae nudae apparerent, detracta omni ſimulatione, tanquam veſte. *Boſius.*

id eſt] hoc delendum videtur. In ed. Rom. eſt I, quod fortaſſe numeri ſignum eſt, adſcriptum ab aliquo, niſi id intelligendum *in primis*. Nam is unus ex accuſatoribus nominatur. *Erneſti.* Ego vero nihil mutandum cenſeo. Unus erat Gabinii accuſator Lentulus, ceteri tantum eius ſubſcriptores; itaque Cicero formula *id eſt*, ſe ipſum explicat, vel corrigit.

bis gubernantibus, civitas fuerit: quae mihi gratia relata ſit. Nullus dolor me angit, unum omnia poſſe; dirumpuntur ii, qui me aliquid poſſe doluerunt; multa mihi dant ſolatia; nec tamen ego de meo ſtatu demigro; quaeque vita maxime eſt ad naturam, ad eam me refero, ad literas, et ſtudia noſtra; dicendi laborem delectatione oratoria conſolor; domus me, et rura noſtra delectant. Non recordor, unde ceciderim, ſed unde ſurrexerim. Fratrem mecum et te ſi habebo, per me iſta pedibus trahantur. Vobis ἐμφιλοσοφῆσαι poſſum. Locus ille animi noſtri, ſtomachus ubi habitabat olim, concalluit. Privata modo, et domeſtica nos delectant. Miram ſecuritatem videbis; cuius plurimae mehercule partes ſunt in tuo reditu. Nemo enim in terris eſt mihi tam conſentientibus ſenſibus. Sed accipe alia. Res fluit ad interregnum; et eſt nonnullus odor dictaturae; ſermo quidem multus; qui etiam Gabinium apud timidos iudices adiuvit. Candidati conſulares omnes rei ambitus. Accedit etiam Gabinius: quem P. Sulla, non dubitans quin foris eſſet, poſtularat, contra dicente et nihil obtinente Tor-

---

ad literas] Ita corrigendum eſſe vidit Erneſti. Vulgo *et literas*. Sed in his verbis eſt interpretatio ſuperiorum.

ἐμφιλοσοφῆσαι] vobiscum una philoſophari.

apud timidos iudices] qui timebant ſcilicet, ne offenderent futurum dictatorem Pompeium, ſi eius amicum Gabinium condemnarent. Vid. ad Q. Fr. III. 7. (h. ed. ep. 156.) *Erneſti.*

quin foris eſſet] quin accuſatione excluderetur, Torquato de divinatione contendente. Alii ſic explanant: Non dubitans, quin Gabinius in urbem non introiret, ſed foris maneret triumphi cauſa, quum ex provincia reverteretur. Quod ſi feciſſet accuſationem Sulla faciliorem ſperabat. *Manut.* Prior illa Manutii explicatio eſt incommoda. Altera eſt eiusmodi, ut meliorem certe haud reperiam.

contra dicente] Conten-

quato. Sed omnes abſolventur; nec poſthac quisquam damnabitur, niſi qui hominem occiderit. Hoc tamen agitur ſeverius. Itaque indicia calent. M. Fulvius Nobilior condemnatus eſt. Multi alii urbani ne reſpondent quidem. Aliud quid novi? etiam. Abſoluto Gabinio, ſtomachantes alii iudices, hora poſt, Antiochum Gabinium, neſcio quem e Sopolidis pictoribus, libertum, et accenſum Gabinii, lege Papia condemna-

---

derunt Torquatus et Sulla, ut accuſandi munus alter alteri eriperet. Obtinuit Sulla. *Manut.*

hoc tamen agitur ſeverius] Nempe iudicium de ſicariis et parricidis. Male Manutius de omni reorum genere accipiendum putabat.

indicia calent] Itaque multi ſe indices profitentur ſicariorum et parricidarum. Erneſti defendit lectionem *iudicia*, quia verbo *indicia* non conveniat *calent*. Quidni autem? *Calere* enim dicuntur omnia, quae frequentius exercentur.

alii urbani] Frigidum ſit *urbanos* intelligere, qui non abſint. Recte I. F. Gronovius Obſ. II. 8. facetos homines intelligit, ſed per ironiam, qui non reſpondent in iudicio, ſed abeunt in exſilium voluntarium. *Erneſti.* Idem ante Gronovium iam Manutius viderat.

aliud quid novi? etiam] Sic, ut eſt in aliis epiſtolarum locis, reſcripſi. Vulgo *Quid aliud novi? Et tamen.* Manutio placebat: *Eſt tamen.*

e Sopolidis pictoribus] Veram hanc lectionem Boſius e codd. decurtato et Tornaeſiano eruit. Sopolis pictor fuit celeberrimus tempore Ciceronis, cuius meminit Plinius lib. XXXV. Olim corrupte legebatur: *ſolidis pectoribus.*

libertum, et accenſum] Vulgo *ac accenſum.* Sed *ac* ſequente vocali non eſt Ciceronianum. Ab edd. Rom. Ienſ. etc. abeſt. Delevi. *Erneſti.* Ego vero *et* pro *ac* ſubſtitui. Nam ille Antiochus Gabinius aeque libertus erat atque accenſus Gabinii.

lege Papia] qua cautum erat, ne quis peregrinus ſe pro cive gereret. Manutius ſuſpicatur hanc quoque legem maieſtatis fuiſſe.

runt. Itaque dixit statim reus P. lege maiestatis: οὐ σ' οἶδ' Ἄρης ἅμα Παφίῃ? Pomptinius vult a. d. IV non. Novemb. triumphare. Huic obviam Cato, et Servilius praetores aperte, et Q. Mucius tribunus. Negant enim latum de imperio: et est latum hercule insulse. Sed erit cum Pomptinio Appius consul. Cato tamen affirmat, se vivo illum non triumphare. Id ego puto, ut multa eiusdem, ad nihil recasurum.

Appius sine lege, suo sumptu, in Ciliciam co- 6
gitat.]

Paccianae epistolae respondi: cognosce cetera. 7

Ex fratris literis incredibilia quaedam de Caesa- 8

---

itaque — Παφίῃ] Haec ita legenda opinor: *itaque dixit statim reus patrono, maiestatis absoluto: οὐ σ' οἶδ'* etc. Nempe iocatur Cicero, libertum, qui indignaretur patronum suum eodem die absolutum, quo ipse lege Papia condemnatus esset, statim patrono dixisse: *nonne scio Mars te cum Paphia* (Venere) *rem habuisse;* i. e. mecum in eodem luto haesisse? Versiculo nimirum utitur ex aliquo poeta deprompto, et in Παφίῃ fit allusio ad legem Papiam, qua Antiochus libertus condemnatus erat.

Pomptinius] is praetor fuerat Cicerone consule, et ex praetura Allobroges vicerat, e quibus victis nunc triumphum petebat, quem per S. Galbam impetravit. Dio Cass. lib. XXXIX.

latum de imperio] sc. lege curiata, sine qua qui in provincias abiere, non possunt triumphare, ut qui imperium non habuerunt v. infra ep. 18. (h. ed. ep. 158.) De eadem mox *sine lege, suo sumptu*, i. e. sine decreto viatico. Tum *insulse* dicit latum h. e. contra legem et perverse sc. ut Dio tradit lib. XXXIX. ante lucem, et primam horam, ante quam ferre non licebat. *Ernesti.* Imperium lege Cornelia Pomptinius habere poterat, etiamsi id lege curiata non esset datum; sed triumphare non poterat, nisi accepto e lege curiata imperio. Vide supra Manutii notam de lege curiata ad ep. 148, 12.

erit cum Pomptinio] a partibus eius stabit et petitionem triumphi defendet.

ris in me amore cognovi: eaque ſunt ipſius Caeſaris uberrimis literis confirmata. Britannici belli exitus exſpectatur. Conſtat enim aditus inſulae eſſe munitos mirificis molibus. Etiam illud iam cognitum eſt, neque argenti ſcripulum eſſe ullum in illa inſula, neque ullam ſpem praedae, niſi ex mancipiis: ex quibus nullos puto te literis, aut muſicis eruditos exſpectare.

9 Paullus in medio foro baſilicam iam paene texuit iisdem antiquis columnis: illam autem, quam locavit, facit magnificentiſſimam. Quid quaeris? nihil gratius illo monumento, nihil glorioſius. Itaque Caeſaris amici (me dico et Oppium: dirumparis licet) in monumentum illud, quod tu tollere laudibus ſolebas, ut forum laxaremus, et usque ad atrium Libertatis explicaremus, contempſimus ſexcenties H-S. Cum privatis non poterat transigi minore pecunia. Efficiemus rem glorioſiſſimam. Nam in Campo Martio Septa tributis comitiis marmorea ſumus et tecta facturi; eaque cingemus excelſa porticu; ut mille paſſuum conficiatur. Simul adiungetur huic operi villa etiam

---

9. *Paullus*] L. Aemilius Paullus, qui duas baſilicas, veterem reſtituit, novam exſtruxit. *Manut.*

dirumparis licet] per iocum dictum, quod Atticus ab ea amicitia eum abſterrere ſolebat. *Erneſti.*

in monumentum illud] *In*, quod abeſt edd. pr. abſorptum a litera ſequente, recte reſtituit Boſius. Deinde *contempſimus* eleganter, pro *effudimus*, *impendimus* Mox *cum privatis* intellige dominis aedium ad forum, quorum aedes emendae erant, ad amplificandam aream. Sic Caeſari area fori Iulii conſtitit HS. millies Suet. Caeſ. 26. *Erneſti.* Etſi Cicero hoc monumentum laudare videtur, male tamen diſſimulat ſe tantam pecuniae profuſionem improbare. Itaque urbana eſt in his verbis ironia.

publica. Dices, quid mihi hoc monumentum proderit? quid? celabo te res Romanas? non enim te puto de lustro, quod iam desperatum est, aut de iudiciis, quae lege Cincia fiant, quaerere.

[Nunc te obiurgari patere, si iure. Scribis enim in epistola, quam C. Decimius mihi reddidit, Buthroto datam, in Asiam tibi eundum esse te arbitrari. Mihi mehercule nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, utrum per procuratores ageres, an per te ipsum, ut abires toties, et tam longe abesses.

---

proderit?] hoc verbum e glossemate adiectum puto. Inepta enim fuisset Attici quaestio, quid sibi profuturum illud sit monumentum. Nec hac oratione sequentia satis convenirent. Legendum arbitror vel: *quid mihi hoc monumentum?* scil. *narras?* vel: *quid mea hoc monumentum* sc. refert?

celabo te] Hoc ait: si tibi eiusmodi res, quale hoc est monumentum, narrari non vis, omnino res Romanas te celem necesse est; maiores enim non habeo quas narrem. Ita recte accepit h. l. Ernestius.

de lustro quod iam desperatum est] quia tribuni pl. censum et lustrum suis obnunciationibus impediebant. Vide supra ep. 119.

lege Cincia] Hanc lectionem, Malaspina in uno Maffei, et Ursinus in libro Faërni invenit; eamque ceteris veriorem puto. Cicero enim respicit solennem istius anni morem, quo adversus legem Cinciam accusatores et patroni causarum pecunias acciperent, unde praevaricationes etiam saepius exortae. Alias legebatur vel *lege Plotia*, vel *lege Coctia*, quae est lex Aurelii Cottae iudiciaria; sed neutra lectio habet aliquid, quod hic faciat ad rem.

9. *nunc te obiurgari patere*] Quod sequitur inde ab his verbis usque ad finem, fragmentum est epistolae ante illam 142. (s. ad Att. IV. 15.) scriptae. Hic enim primum obiurgat Atticum quod in Asiam ire velit. Initio autem ep. 142. ait se iam intelligere illud iter necessarium fuisse. Deinde quum hoc fragmentum scriberet, Eutychides nondum erat ab Attico manumissus; in illa autem ep. 142. eius manumissionem sibi gratam esse, profitetur.

ut abires toties — abesses] Sic dudum correxi vulgatum

Sed haec mallem, integra re, tecum egiſſe. Profecto enim aliquid egiſſem. Nunc reprimam ſusceptam objurgationem. Utinam valeat ad celeritatem reditus tui! Ego ad te propterea minus ſaepe ſcribo, quod certum non habeo, ubi ſis, aut ubi futurus ſis. Huic tamen neſcio cui, quod videbatur is te viſurus eſſe, putavi dandas eſſe literas. Tu, quoniam iturum te in Aſiam eſſe putas, ad quae tempora te exſpectemus, facias me certiorem velim, et de Eutychide quid egeris.]

EPISTOLA CL. (ad Div. VII. 17.)

Scr. Romae menſe Octobr. A. U. C. 699.

Trebatio quod urbis deſiderium depoſuerit, gratulatur, et ut Caeſaris erga ſe amicitiam confirmet, monet, quem ei fructuoſam fore pollicetur.

CICERO TREBATIO, S.

Ex tuis literis, et Quinto fratri gratias egi, et te aliquando collaudare poſſum, quod iam videris certa aliqua in ſententia conſtitiſſe. Nam primorum menſium literis tuis vehementer commovebar, quod mihi interdum (pace tua dixerim) levis in urbis urbanitatisque deſiderio, interdum piger, interdum timidus in labore militari, ſaepe autem etiam, quod a te alieniſſimum eſt, ſubimpudens videbare. Tamquam enim ſyngrapham ad imperatorem, non epiſtolam attuliſſes,

inde a Victorio *abis* et *abes*, e temporum ratione. Reperi deinde *abeſſes* in edd. Rom. Ienſ. Sed ante *mutabis*. Aldus *ne abires — abeſſes*. — *Erneſti*.

Epiſt. CL. *ad imperatorem*] ad Caeſarem, a quo pecuniam tanquam e ſyngrapha debitam exigeres, et ſtatim domum redires. *Manut.*

sic, pecunia ablata domum redire properabas, nec tibi in mentem veniebat, eos ipsos qui cum syngraphis venissent Alexandriam, numum adhuc nullum auferre potuisse. Ego, si mei commodi rationem ducerem, te mecum esse maxime vellem. Non enim mediocri afficiebar vel voluptate ex consuetudine nostra, vel utilitate ex consilio atque opera tua. Sed quum te ex adolescentia tua in amicitiam et fidem meam contulisses, semper te non modo tuendum mihi, sed etiam augendum atque ornandum putavi. Itaque quoad opinatus sum, me in provinciam exiturum, quae ad te ultro detulerim, meminisse te credo; posteaquam mea mutata ratio est, quum viderem, me a Caesare honorificentissime tractari, et unice diligi, hominisque liberalitatem incredibilem et singularem fidem nossem: sic ei te commendavi et tradidi, ut gravissime diligentissimeque potui. Quod ille ita accepit, et mihi saepe literis significavit, et tibi et verbis et re ostendit mea

---

Alexandriam] ut a Ptolemaeo Alexandrino rege pecuniam suam ei Romae creditam, exigerent. Iocatur Cicero in re vera, ut ex orat. pro Rabir. Postumo in qua etiam c. 3. syngraphae in Albano Pompeii factae nominantur, satis constat. Iidem Ptolemaei creditores significantur lib. I. ep. 1. (hui. ed. 92.) *Manut.*

quod ille ita accepit] Vulgo *quod ille ita et accepit.* Existimavi autem *et* hic esse delendum, quod hoc *accepit* nihil habet coniunctionis cum ultimo: *mea commendatione sese valde esse commotum.* Nam hoc pendet tantum ex verbis *significavit* et *ostendit.* Ecce vero abesse vidi post a Ms. meo Gu. a. et ed. Rom. Itaque delevi. Haesit hic ante me unus, ut video, Lambinus; sed ille ita correxit: *quod ille ita accepit ut — significarit et ostenderit;* quae est sane legitima forma post *ita accepit.* Sed est audacius, contra libros tam multa mutare. *Ernesti.* *Ita accepit* referri potest ad antecedentia sic, *quod ille ita accepit, ut accipere debebat, pro eo, quod ego te gravissime et diligentissime commendaveram.*

commendatione sese valde esse commotum. Hunc tu virum nactus, si me aut sapere aliquid, aut velle tua causa putas, ne dimiseris, et si qua te forte res aliquando offenderit, quum ille aut occupatione, aut difficultate tardior tibi erit visus, perferto, et ultima exspectato; quae ego tibi et iucunda, et honesta praestabo. Pluribus te hortari non debeo. Tantum moneo, neque amicitiae confirmandae clarissimi ac liberalissimi viri, neque uberioris provinciae, neque aetatis magis idoneum tempus, si hoc amiseris, te esse ullum umquam reperturum. Hoc, quemadmodum vos scribere soletis in vestris libris, idem Q. Cornelio videbatur. In Britanniam te profectum non esse gaudeo, quod et labore caruisti, et ego te de rebus illis non audiam. Ubi sis hibernaturus, et qua spe, aut conditione, perscribas ad me velim.

EPISTOLA CLI. (ad Q. Fr. III. 2.)

Scr. Romae V. id. Octobr. A. U. C. 699.

Gabinium in Senatu vexatum, a Memmio ad populum graviter accusatum, eiusque iudicium proxime futurum narrat. Deinde qui ambitus rei sint, item de comitiis consularibus, de Appii in Ciliciam successione refert.

MARCUS Q. FRATRI S.

A. d. VI id. Octob. Salvius Ostiam vesperi navi profectus erat cum iis rebus, quas tibi domo mitti volueras. Eodem die Gabinium ad populum luculen-

---

in vestris libris] Notum est, solitos esse veteres iurisconsultos suae sententiae pondus addere, aliorum iurisconsultorum ascripto iudicio. Vid. ep. 145. *idem Mucio et Manilio placebat.* — *Man.*

Q. Cornelio] Trebatii magistro. Cf. ep. 139. *Manut.*

audiam] gloriantem de rebus a te gestis. Festiva iocatio. *Manut.*

Epist. CLI. *Gabinium ad populum*] quaero, nec in-

te calefecerat Memmius, sic, ut Calidio verbum facere pro eo non licuerit. Postridie autem eius diei, qui erat tum futurus, quum haec scribebam ante lucem, apud Catonem erat divinatio in Gabinium futura inter

---

venio, quo de crimine Gabinii populus iudicaverit. Nam de maiestate deque repetundis non populus, sed praetores cum consilio quaerebant. Nec ullum praeterea Gabinio facinus obiectum reperio. Fieri tamen potest, ut Memmius, quum tribunus plebis esset, pro potestate populum coëgerit, ut de Gabinio suffragium ferret, vel de maiestate, vel de repetundis; sed de repetundis potius crediderim; quo crimine item ad praetorem constitui accusator, Ti. Nerone pari studio contendente cupiebat. Quod et supra Ep. ad Q. Fr. III. 1. (h. ed. 146.) et hic proxime planum fit. Quem porro in iudicio populi Gabinius exitum habuerit, quo facilius intelligatur, ipsa Valerii Maximi, quae sunt in libro octavo c. 1. verba subscribemus. *A. Gabinius, in maximo infamiae suae ardore, suffragiis populi, Memmio accusatore subiectus, abruptae esse spei videbatur; quoniam et accusatio partes suas plene exhibebat, et defensionis praesidia invalida fide nitebantur; et qui iudicabant ira perciti poenam hominis cupide expetebant; igitur lictor et carcer ante oculos obversabantur; quum interim omnia ista, propitiae fortunae interventu depulsa sunt. Filius namque Gabinii Sisenna consternationis impulsu, ad pedes se Memmii supplex prostravit, inde aliquod fomentum procellae petens, unde totus impetus tempestatis eruperat. Quem truci vultu a se victor insolens repulsum, excusso e manu annulo hunc iacere aliquamdiu passus est. Quod spectaculum fecit, ut Laelius tribunus plebis approbantibus cunctis Gabinium dimitti iuberet.* — *Manut.*

Calidio] M. Calidio, quem fuisse oratorem dulcem potius quam vehementem in libro de claris oratoribus ostenditur. *Manut.*

apud Catonem] praetorem, de repetundis cognoscentem. Ergo cuius futura de reo quaestio erat, is et de accusatore deligendo ante cognoscebat. *Manut.*

divinatio] contentio quis deberet accusare. Caussam nominis Pedianus exponit, quia non de facto quaerere-

Memmium, et Ti. Neronem, et C. et L. Antonio M. F. Putabamus fore, ut Memmio daretur, etsi ei Neronis mira contentio. Quid quaeris? probe pren tur, nisi noster Pompeius, diis, hominibusque in tis, negotium everterit. Cognosce nunc hominis a daciam, et aliquid in re publica perdita delectai Quum Gabinius, quacumque veniebat, triumphum postulare dixisset, subitoque bonus imperator noc

---

tur, sed de futuro, quae est divinatio, uter deberet accusare. *Manut.*

C. et L. Antonios] Fratres fuerunt M. Antonii, postea triumviri, filii Marci, eius, qui, gratia Cottae consulis et Cethegi factione in senatu, curationem infinitam nactus, totius orae maritimae Siciliam et provincias omnes depopulatus est; ad postremum, inferens Cretensibus bellum, morbo interiit. Huius igitur filii Caius et Lucius, nepotes vero Marci, clarissimi oratoris. *Manut.*

negotium everterit] res Gabinii perditas restituerit. Hoc non sine causa Cicero timebat. Opes enim Pompeii maximae, qui etiam suo studio, ut Gabinius de maiestate absolveretur, obtinuerit. Infra et ad Att. IV. 15. (h. ed. ep. 142) *Manut.*

subitoque] quum hoc verbum Cicero posuit, proxima spectavit, quod supra, quod infra: supra, quod dixerat, *triumphum se p stulare dixisset;* infra, qu insert, *bonus imperator* ı *ctu in urbem hostium invas set.* Altero enim Gabi levitas, et inconstantia co guitur; qui quum de triu pho ubique iactitasset, s bito, abiecta triumphi pos latione, in urbem introisse altero eiusdem turpitud et improbitatis conscient notatur, qui non interdi sit ausus introire, quum i telligeret ita se de civita ac de republica esse me tum, ut, si luce ingreder tur, ab accurrente popul non salutationes honorific non ullas laudes, sed omn probra, omnes contumeli merito posset exspectar *Subito* autem non ita resi cte dictum, ut subito p adventum Gabinii ad urb intelligi debeat; mansit en ad urbem per novem di quum accessisset XII. k Oct. introisset IV. kal. s *subito* praeter exspectati nem, quum ex eo rumor

in urbem, hostium plane, invasisset, in senatum se non committebat. Interim ipso decimo die, quo ipsum oportebat hostium numerum, et militum renuntiare, irrepsit, summa infrequentia. Quum vellet exire, a consulibus retentus est: introducti publicani.

---

quem ipse passim dissipaverat, triumphans potius ingressurus esse videretur. *Manut.*

in urbem, hostium plane] Nempe quia Romae ei omnes inimici erant. Lepide. Tunstallus mox *interim* coniungit cum *committebat* — *Ernesti.* Tunstalli ratio vix placet; non est moris Ciceroniani *interim* sic in fine periodi ponere.

ipso] distulit, quoad potuit; ipso demum die decimo, ultra quem differre non poterat, in senatum venit. *Manut.*

decimo] ab introitu in urbem. Ergo nonis Octobr. Nam introivit IV. Kal. *Manut.*

hostium] lege cautum erat, quod Valerius libro III. narrat, et Dio lib. XXXVII. significat, ne quis triumpharet, nisi qui quinque millia hostium una acie cecidisset. Hic non dubito quin aliud agatur. Non enim triumphaverat Gabinius, aut, quum in urbem iam esset ingressus, de triumpho poterat cogitare. Quare crediderim non iis modo, qui triumphassent, aut triumphaturi essent, sed omnibus plane imperatoribus, e provincia reversis, usitatum hoc fuisse, ut caesorum tam hostium quam militum numerum in senatu exponerent. *Manut.*

irrepsit] Vulgo est *in re haesit*; quod ferri in hac verborum consecutione non potest, etsi Manutius explicabat: in recitando implicitus ignoratione rei haesit. Lipsius et Guilielmus malebant *mire haesit.* Sed optimum est *irrepsit*, quod iam olim multis placuit, Manutio quoque probatum, si codices addicerent; nuper item Tunstallo. Hoc et ad sensum aptissimum est, et bene respondet superiori verbo *invasisset.*

a consulibus] Appio et Domitio; quorum Domitius Pompeii caussa, inimicissimus fui, Gabinium oderat; Appius, quia missum in Syriam legatum, ut in Dione legimus, recipere noluerat, qui etiam illum eo die accusavit maiestatis, quod in hac ipsa scriptum est epistola. *Manut.*

publicani] Syriani, Gabi-

ostenditur. Opera datur, ut iudicia ne fiant. R videtur spectare ad interregnum. Consules comit habere cupiunt; rei nolunt, et maxime Memmiu quod Caesaris adventu, sperat se futurum consuler Sed mirum in modum iacet. Domitius cum Messa certus esse videbatur. Scaurus refrixerat. Appi sine lege curiata confirmat se Lentulo nostro success rum: qui quidem mirificus illo die (quod paene pra

---

iudiciis de Gabinio dixit, quum damnationem intelligeret. *Manut.*

ut iudicia ne fiant] aliquo tribuno plebis intercedente. *Manut.*

ad interregnum] quo deducta est ad Att. IV. 16. (h. ed. ep. 149.) *Res fluit ad interregnum.*

rei nolunt] itaque obnuntiationibus dies comitiorum sustulerunt; quod in epistola proxima ostendetur. Et supra ep. 149. *Manut.* Nolebant autem haberi comitia rei de ambitu, quod eorum ratio in creandis consulibus haberi non poterat. *Ernesti.*

Caesaris adventu] in urbem? minime; quia cum imperio Caesar erat; nemo autem cum imperio urbem introibat, exceptis qui triumphabant; quorum ipso triumphi die finiebatur imperium. Ad urbem? ne id quidem. Praefectis enim provinciarum, egredi provinciae terminis non licebat; et provinciae Galliae, quam Ca sar administrabat, Rubi flumen erat finis. Quo i tur? In Galliam Togatan Caesaris provinciae parte quae ad suffragia veniebs non tamen universa, sed c loniae tantum Romanae municipia. His igitur comitia venientibus fore sp rabat Memmius, ut a Ca sare commendaretur; sim illud, ut quum peragend rum conventuum causa Ca sar Alpes transisset, de s militibus Romam mittere qui Memmium in petitio consulatus adiuvarent. It que ad Att. IV. 17. (h. e ep. 157.) *Memmius* inqu *Caesaris commendetur milit bus.* *Manut.*

videbatur] et fuit pleb ius cum patricio. Populu enim liberalitate deleniv runt. ad Att. IV. 16. (h. e ep. 149.) *Manut.*

refrixerat] desertus a Po peio ad Q. Fr. III. 8. (h. e ep. 159.) *Scaurum iam p dem Pompeius abiecit.*

terii) fuit in Gabinium: accusavit maiestatis, nomina data, quum ille verbum nullum. Habes forensia.

Domi recte, et ipsa domus a redemptoribus tra- 3
ctatur non indiligenter. Vale.

EPISTOLA CLII. (ad Q. Fr. III. 3.)

Scr. Romae circa Id. Octobr. A. U. C. 699.

Scribit de occupationibus suis et rebus domesticis 1. *de comitiorum dilationibus* 2. *de Gabinio ambitus reo.* 3. *de Q. Ciceronis filii studiis* 4.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Occupationum mearum tibi signum sit librarii manus. Diem scito esse nullum, quo die non dicam pro reo. Ita, quidquid conficio, aut cogito, in ambulationis fere tempus confero. Negotia nostra sic se habent. Domestica vero, ut volumus. Valent pueri, studiose discunt, diligenter docentur, et nos, et inter se amant. Expolitiones utriusque nostrum sunt in manibus; sed tua paene ad tectum. Iam res rusticas Ar-

---

accusavit] non ad praetorem in foro, sed in senatu. *Manut.*

data] prolata, eorum qui participes aut conscii fuerant maiestatis imminutae; quibus testibus convinci Gabinius posset. *Manut.*

3. *ipsa domus*] quod scilicet reliquum erat, expolitio. Iam enim aedificatum magna ex parte crediderim; quum ep. 146. dixerit: *urbanam expolitionem urget Philotimus.* Et in ea, quae sequitur proxima, *expolitiones utriusque nostrum sunt in manibus.* Nec unius Quinti, sed utriusque domum intelligo, quum sequatur *a redemptoribus;* suum enim uterque redemptorem habebat. Itaque II. 4. (h. ed. ep. 102.) *Redemptori tuo dimidium pecuniae curavi,* quo item in loco de utriusque coniuncta domo cognoscitur. Ergo quum dixit: *domi recte;* de utriusque pariter domesticis rebus intellexit. *Manut.*

Epist. CLII. 1. *sed tua*

cani, et Laterii, praeterea de aqua, et via nihil praetermisi quadam epistola, quin enucleate ad te perscriberem. Sed me illa cura sollicitat, angitque vehementer, quod dierum iam amplius L intervallo nihil a te, nihil a Caesare, nihil ex istis locis, non modo literarum, sed ne rumoris quidem affluxit. Me autem iam et mare istuc, et terra sollicitat: neque desino (ut fit in amore) ea, quae minime volo, cogitare. Quare non equidem iam te rogo, ut ad me de te, de rebus istis scribas, (numquam enim, quum potes, praetermittis) sed hoc te scire volo, nihil fere umquam me sic exspectasse, ut, quum haec scribebam, literas tuas.

2 Nunc cognosce ea, quae sunt in re publica. Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnuntiationibus, magna voluntate bonorum omnium; tanta invidia sunt consules propter suspicionem pactorum a candidatis praemiorum. Candidati consulares quatuor omnes tei; causae sunt difficiles; sed enitemur, ut Messala

---

paene ad tectum. Iam res rusticas] Sic Lambinus vestigia Mss. secutus. Vulgo *sed tua ad perfectum iam res rustica.* Manutio placebat *sed tua ad perfectum. Iam res rusticas.*

quadam epistola] est huius ed. ep. 146.

ex istis locis] e Britannia.

2. *tolluntur*] Sublatos ad usque prid. Kal. Oct. constat ex ep. ad Att. IV. 16. (h. ed. 149.) *Manut.*

suspicionem] nondum enim pactionem illam Memmius in senatu recitaverat. ad Att. IV. 18. (hui. ed. ep. 158.) *Manut.*

enitemur] studio et precibus; non patrocinio. Non enim puto defensum a Cicerone Messalam. Nam etsi in ep. ad Att. IV. 16. (h. ed. 149.) quum dixit, *quid poteris, inquies, pro iis dicere; ne vivam, si scio:* fore videtur significare, ut eorum causas suscipiat; tamen, id, ut existimem, non esse factum adducor iis verbis, quae sunt infra in ultima epistola: *Messalam iam nostrum reliquosque molestia levatos vehementer gaudeo.* Non enim de suo patrocinio tacuisset. *Manut.* Vix mihi hoc argumento persuadet

noſter ſalvus ſit; quod eſt etiam cum reliquorum ſalute coniunctum.

Gabinium de ambitu reum fecit P. Sulla, ſub- 3
ſcribente privigno Memmio, fratre Caecilio Sullae

Manutius Ciceronem pro Meſſala reo non ipſum dixiſſe. Sed res eſt incerta.

cum reliquorum ſalute] Meſſalae enim abſolutio reliquorum candidatorum cauſas praeiudicio ſublevabit. Ergo Meſſalae iudicium videt Cicero primo loco factum iri, deinde reliquorum. *Manut.*

3. *P. Sulla*] is, qui de ambitu, accuſante L. Torquato competitore, damnatus eſt, poſtea de vi a Cicerone defenſus; quae exſtat oratio. Dextrum in exercitu Caeſaris cornu rexit in acie Pharſalica. Ipſi enim Caeſari de ſe ipſo ſcribenti, fidem habeo potius, quam Plutarcho, qui dextro cornu Caeſarem, ſiniſtro Antonium praefuiſſe tradit, de P. Sulla verbum facit nullum. Hunc opinor ſignificari in epiſtola ad Dolabellam ad Fam. XII. et de Off. lib. II. c. 8. Sed inquiro ipſe in me, ne quid in hiſtoria peccem, nominum ſimilitudine deceptus. Orta enim mihi ſuſpicio eſt, quum hic Sulla Gabinium Romae reum faciat, non eſſe eum, qui iudicio de ambitu convictus eſt. Nam de ambitu damnatos exſulii poena ſequebatur, quod in oratione pro Plancio declaratur his verbis: *Nunc poſtulatur a vobis, ut eius exſulio, qui creatus ſit, iudicium populi reprehendatis.* Idque in eadem infra confirmatur: *agitur*, inquit, *Plancii ſalus, patria, fortunae.* Sed poſtea reperi in oratione pro Sulla, quo anno Sulla eſt damnatus, nondum ambitus poenam exſulium fuiſſe. Sic enim in ea cap. 26. de Sulla ambitus antea condemnato, Cicero loquitur: *abfuit ab oculis veſtris, et, quum lege retineretur, ipſe ſe exſulio paene multavit.* Ergo quo anno habita eſt oratio pro Plancio, exſulabant de ambitu damnati; quo damnatus eſt Sulla, non exſulabant. Lex autem quae exſulium irrogabat lata eſt ab ipſo Cicerone conſule triennio poſt Sullam damnatum. Docet hoc orat. pro Murena c. 32. 41. Hoc amplius ex Dione cognoſcitur lib. XXXVII. exſulium illud per decem annos fuiſſe. *Manut.*

fratre] uterino, quum ſit Caeciliae gentis; nam Sulla Cornelius. *Manut.*

filio. Contra dixit L. Torquatus, omnibusque libentibus non obtinuit. Quaeris, quid fiat de Gabinio? fciemus de maieſtate triduo; quo quidem in iudicio odio premitur omnium generum, maxime teſtibus caeditur, accuſatoribus frigidiſſimis utitur. Conſilium, varium; quaeſitor gravis et firmus, Alfius; Pompeius vehemens in iudicibus rogandis. Quid futurum ſit, neſcio; locum tamen illi in civitate non video; animum praebeo, ad illius perniciem, moderatum; ad rerum eventum, leniſſimum. Habes fere de omnibus rebus.

4 Unum illud addam. Cicero tuus, noſterque ſummo ſtudio eſt Paeonii ſui rhetoris, hominis, opinor,

---

Torquatus] is, qui hunc Sullam de vi accuſavit, filius eius, qui eundem de ambitu accuſaverat, et damnaverat; ut aeternas cum P. Sulla gerere inimicitias viderentur. *Manut.*

libentibus] Nimium enim infeſti Sullae Torquati videbantur. Damnaverant ambitus; conſulatum eripuerant; de vi accuſaverant; an etiam alterius accuſandi locum, ipſo repulſo, obtinerent? Nimia haec quidem arrogantia. Itaque propenſiores in Sullam homines, quam in Torquatum, qui vetere inimici calamitate contentus non eſſet. *Manut.*

omnium generum] ut univerſus paene populus ad iudicium concurrerit, parumque abfuerit, quin eum diſcerperet. Dio lib. XXXIX. *Manut.*

accuſatoribus] L. Lentulum eiusque ſubſcriptores intelligit cf. ep. 149.

frigidiſſimis] Loco laudato eos appellavit γοργεῖα γυμ:α.

vehemens in iudicibus rogandis] Ep. 153. ait incredibilem contentionem et preces Pompeii fuiſſe.

locum tamen] etiamſi de maieſtate abſolvatur, fore tamen video, ut aut de repetundis, aut de ambitu damnetur. Itaque omnino locum in civitate non habebit, ibit in exſulium. *Manut.*

moderatum] non nimis cupidum. Teſtis enim fuit, praeterea quievit. ep. 160. *Manut.*

leniſſimum] quod evenerit, aequo animo feram. *Manut.*

4. *ſummo ſtudio eſt*] Lambinus in marg. *ſummo ſtudio inſtituitur.*

valde exercitati, et boni. Sed noſtrum inſtituendi genus eſſe paullo eruditius, et θετικώτερον, non ignoras. Quare neque ego impediri Ciceronis iter, atque illam diſciplinam volo, et ipſe puer magis illo declamatorio genere duci et delectari videtur. In quo quoniam ipſi quoque fuimus, patiamur illum ire noſtris itineribus; eodem enim perventurum eſſe confidimus. Sed tamen, ſi nobiscum eum rus aliquo eduxerimus, in hanc noſtram rationem, conſuetudinemque inducemus. Magna enim nobis a te propoſita merces eſt, quam certe noſtra culpa numquam minus aſſequemur. Quibus in locis, et qua ſpe hiematurus ſis, ad me quam diligentiſſime ſcribas velim. Vale.

EPISTOLA CLIII. (ad Q. Fr. III. 4.)

Scr. IX. kal. Nov. A. U. C. 699.

De Gabinio propter accuſatoris et ſubſcriptorum infantiam, iudicii ſordes, et Pompeii contentionem abſoluto ſcribit, et quare eum nec defenderit, nec accuſarit, ſed tantum teſtimonium contra eum dixerit, oſtendit, 1. de verſibus quos Quintus Cicero a Marco ſcribi voluerat. 2. de bibliotheca Quinti curanda 3. de aliis quibusdam domeſticis 4.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Gabinius abſolutus eſt. Omnino nihil accuſatore Lentulo, ſubſcriptoribusque eius infantius; nihil illo conſilio ſordidius. Sed tamen niſi incredibilis contentio, et preces Pompeii, dictaturae etiam rumor, plenus timoris, fuiſſet, ipſi Lentulo non reſpondiſſet,

---

θετικώτερον] ſubtilius, philoſophicis quaeſtionibus magis refertum. *Manut.*

rus aliquo] in aliquam villam. Nihili eſt Urſini coniectura *rurſus aliquo.*

qua ſpe] tui ditandi, vel ex praeda bellica, vel e Caeſaris liberalitate. *Manut.*

Epiſt. CLIII. 1. *ſordidius*] maxime ob multorum avaritiam, qua ſe corrumpi paſſi ſunt.

qui illo accusatore, illoque consilio sententiis condemnatus sit XXXII, quum LXX tulissent. Est omnino tam gravi fama hoc iudicium, ut videatur reliquis iudiciis periturus, et maxime de pecuniis repetundis. Sed vides nullam esse rem publicam, nullum senatum, nulla iudicia, nullam in nullo nostrum dignitatem. Quid plura de iudicibus? duo praetorii sederunt, Domitius Calvinus; is aperte absolvit, ut omnes viderent; et Cato; is diremptis tabellis de

---

qui illo accusatore illoque consilio] Sic rescripsi pro vulgato: *qui tum illo accusatore illorumque consilio.* Nimirum hoc ait Cicero: Nisi Pompeius fuisset, Gabinius ne ipsi quidem Lentulo ausus esset respondere; idque ex eo colligitur, quod quum tam infans esset accusator, tamque sordidum iudicium, tamen e LXX, qui sententias tulerant, XXXII fuerint, qui Gabinium condemnarent.

reliquis iudiciis] de ambitu et de repetundis.

aperte] Ergo praetorius homo et improbus, qui Gabinium, manifestae culpae reum, absolveret, et impudenter improbus, qui sic absolveret, ut omnes viderent; quum ceteri sententias tecte ferrent. Ex quo, quae tum fuerit forma rei publicae, quam inquinata vitiis, quam non similis antiquae licet existimare; quum Calvinus, qui cum consulibus turpissima pactione coierat, quam C. Memmius, eiusdem pactionis particeps in senatu recitavit; qui Gabinium, cuius crimina luce clarius patebant, aperte absolverat, consul tamen fuerit anno frequenti. *Man.*

Cato] non is, qui postea Uticensis dictus est. Erat enim hoc anno praetor, ut ad Q.Fr.III. 1. (hui. ed. ep. 146.) demonstratum est. Praetores autem in aliorum praetorum consilio iudices sedisse non est, ut credi possit. Accedit illa ratio, quod vir omnium optimus et constantissimus quum esset, numquam adulandi gratia, Gabinium absolutum primus Pompeio nuntiasset. Est igitur alius Cato, vel Porcius, vel Hostilius, qui sua sententia Gabinium videtur absolvisse. De C. Catone qui tribunus pl. fuit Marcellino et Philippo Coss. non licet intelligi. Non enim uno tantum anno post tribunatum gerere praeturam potuit. *Manut.*

diremptis] Ita legendum

circulo se subduxit, et Pompeio primus nuntiavit. Aiunt nonnulli, Sallustius item, me oportuisse accusare. Iis ego iudicibus committerem? Quid essem, si me agente, esset elapsus? Sed me alia moverunt. Non putasset sibi Pompeius de illius salute, sed de sua dignitate mecum esse certamen; in urbem intrasset; ad inimicitias res venisset; cum Aesernino Samnite Pacidianus comparatus viderer; auriculam fortasse mordicus abstulisset; cum Clodio quidem certe rediisset in gratiam. Ego vero meum consilium (si praesertim tu non improbas) vehementer approbo. Ille, quum a me singularibus

---

pro vulg. *diruptis*. Est enim *diremptis* i. q. *discretis*, *dinumeratis*, ut, quae damnassent, cognosceretur. Non enim discessit Cato, nisi postea quam tabellis dinumeratis Gabinium vidit absolutum. Eademque coniectura ductus legendum in orat. pro Plancio c. 6. *diremptio* non *direptio*. Sic Lucan. lib. V. 393. *et non admissae dirimit suffragia plebis;* Sic ap. Varronem de R. R. *dum dirimuntur suffragia, villae publicae utamur umbra.* — *Manut.*

circulo] ubi iudices circa tribunal praetoris sedentes sententias tulerant. *Manut.*

Pompeio] extra urbem. Nam erat cum imperio. Id confirmant illa, quae paulo post sequuntur, verba *in urbem introisset*. Et Dio lib. XXXIX. non affuisse Pompeium tradit, quum enim ad hoc iudicium venire voluisset, pauloque tardior fuisset, ad urbem iudicii exitum exspectasse. *Manut.*

cum Aesernino - Pacidianus] Optimum hoc fuit par gladiatorum, ita tamen, ut Aesernino superior esset Pacidianus. Alludit enim ad Lucilii versiculos, quos in libro de opt. genere oratorum c. 6. commemorat; ubi Aeschines cum Aesernino, Demosthenes cum Pacidiano comparatur, „*optimus longe post homines natos gladiator qui fuit unus.*" Nunc igitur ait suam eloquentiam nihil fuisse valituram adversus Pompeii in hac re studium et potentiam.

auriculam] Fortasse Lucilius illo loco narraverat Pacidianum Aesernino auriculam mordicus abstulisse.

meis ſtudiis ornatus eſſet, quumque ego illi nihil deberem, ille mihi omnia: tamen in re publica me a ſe diſſentientem non tulit, (nihil dicam gravius,) et minus potens eo tempore, quid in me florentem poſſet, oſtendit. Nunc quum ego ne curem quidem multum poſſe, res quidem publica certe nihil poſſit, unus ille omnia poſſit, cum illo ipſo contenderem? ſic enim faciendum fuiſſet. Non exiſtimo te putare, id mihi ſuscipiendum fuiſſe. Alterutrum: inquit idem Salluſtius; defendiſſes; idque Pompeio contendenti dediſſes; etenim vehementer orabat. Lepidum amicum Salluſtium, qui mihi aut inimicitias putet periculoſas ſubeundas fuiſſe, aut infamiam ſempiternam. Ego vero hac mediocritate delector; ac mihi illud iucundum eſt, quod, quum teſtimonium ſecundum fidem, et religionem graviſſime dixiſſem, reus dixit, ſi in civitate licuiſſet ſibi eſſe, mihi ſe ſatisfacturum, neque me quidquam interrogavit.

2 De verſibus, quos tibi a me ſcribi vis, deeſt mihi quidem opera, quae non modo tempus, ſed etiam animum vacuum ab omni cura deſiderat; ſed abeſt

---

alterutrum:] hic diſtinctio maior ponenda erat; quae vulgo prorſus abeſt. *Alterutrum* igitur, inquit Salluſtius tibi faciundum fuiſſet; ac niſi accuſare velles, *defendiſſes* Gabinium. Iunius malebat: *alterum igitur*, *inquit* etc.

aut infamiam ſempiternam] Et tamen paulo poſt Gabinium in alia cauſa Cicero defendit. Adeo parum ſibi conſtitit.

ſatisfacturum] gratiam relaturum, quod eum non accuſaſſem, teſtimonio contentus. *Manut.*

neque me interrogavit] Hoc faciebant rei, quo teſtes in mendacio deprehenderent. Sic apud Pedianum, interrogatos a reo Milone teſtes, quos accuſator produxerat, legimus. Fuit igitur honorificum Ciceroni, a reo nihil interrogari, quaſi nihil, niſi ſecundum fidem et religionem dixiſſet. *Manut.*

2. *opera*] paulo inſolentius dictum pro facultate laborem perficiendi.

etiam ἐνθουσιασμός. Non enim sumus omnino sine cura venientis anni; etsi sumus sine timore. Simul et illud, (sine ulla mehercule ironia loquor,) tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quam mihi. De bibliotheca tua Graeca supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde velim ista confici, praesertim quum ad meum quoque usum spectent. Sed ego, mihi ipsi ista per quem agam, non habeo. Neque enim venalia sunt, quae quidem placeant, et confici nisi per hominem, et peritum, et diligentem non possunt. Chrysippo tamen imperabo, et cum Tyrannione loquar.

De fisco quid egerit Scipio, quaeram. Quod vi- 3
debitur rectum esse, curabo. De Ascanione, tu vero, quod voles, facies; me nihil interpono. De suburbano quod non properas, laudo; ut tu habeas, hortor.

Haec scripsi a. d. IX kalend. Novemb. quo die ludi 4

ἐνθουσιασμός] Qui sit ἐνθουσιασμός e sequentibus patet. Non possum animum cogitatione rerum scribendarum ita implere et excitare, ut possim scribere ingeniose et cum gratia poetica. cf. ep. seq. ubi ait: *nec sane satis commoveor animo ad ea quae vis canenda* — *Ernesti.*

sine cura] Timebat omnino, ne praetor esset anno sequenti P. Clodius. Is enim erat ei legitimus annus, quum aedilis fuisset Marcellino et Philippo coss. *Manut.*

Chrysippo] et hic et Tyrannio servi erant literati, Tyrannio etiam Q. filii magister. *Manut.*

de fisco] de aerario accipit Manutius; quid rei fuerit ignoratur. *Ernesti.*

Ascanione] servo fortasse manumittendo; quod Cicero non videtur probare, sicuti nec de Statio probaverat. *Manut.*

de suburbano] emendo; de quo scripserat Quintus ad Anitium; cf. ep. 149. *Manut.*

IX. Kal. Nov.] fortassis VI. Nam in vetere Kalendario Romano primum video ludorum Victoriae diem VI. kal. Nov. *Manut.*

illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de re publica, praesertim quum essem non Heraclides Ponticus, sed consularis, et is, qui in maximis versatus in re publica rebus essem; quae tam antiquis hominibus attribuerem, ea visum iri ficta esse; oratorium sermonem in illis nostris libris, quod esset de ratione dicendi, belle a me removisse; ad eos tamen retulisse, quos ipse vidissem; Aristotelem denique, quae de re publica et praestante viro scribat, ipsum loqui. Commovit me, et eo magis, quod maximos motus nostrae civitatis attingere non poteram, quod erant inferiores, quam illorum aetas, qui loquebantur. Ego autem id ipsum tum eram secutus, ne, in nostra tempora incurrens, offenderem quempiam. Nunc et id vitabo, et loquar ipse tecum, et tamen illa, quae institueram, ad te, si Romam venero, mittam. Puto enim, te existimaturum, a me libros illos non sine aliquo meo stomacho esse relictos.

---

epistola proxima superiore. *Manut.*

Heraclides Ponticus] non philosophus de schola et ex umbra *Ernesti.* Nempe hic quoque Heraclides de re publica scripserat.

illis nostris libris] tribus de oratore.

de re publ. et praestante viro] scribit enim in suis, qui exstant politicis libris Aristoteles et de optima re publ. et de optimo cive. Quales erant, qui perierunt et Ciceronis libri. Itaque dixit proxime, *de optimo statu civitatis et de optimo cive.*—*Manut.*

commovit me] Suum tamen institutum Cicero persecutus est, loquitur enim in somnio Scipionis (quae fuit pars librorum de republ.) Scipio ipse, Laelio respondens, nullas Nasicae, qui Ti. Gracchum seditiose de re publica cogitantem occiderat, statuas in publico locatas. *Manut.*

Romam venero] ex Tusculano, ubi hanc epistolam scripsit.

aliquo meo stomacho] quod mihi molestum esset iam coeptum opus retexere.

Caesaris amore, quem ad me perscripsit, unice 2
delector; promissis iis, quae ostendit, non valde pendeo; nec honores sitio, nec desidero gloriam; magisque eius voluntatis perpetuitatem, quam promissorum exitum exspecto. Vivo tamen in ea ambitione, et labore, tamquam id, quod non postulo, exspectem.

Quod me de faciendis versibus rogas, incredibile 3
est, mi frater, quam egeam tempore; nec sane satis commoveor animo ad ea, quae vis, canenda. ὑποθέσεις vero ad ea, quae ipse ego ne cogitando quidem consequor, tu, qui omnes isto eloquendi, et exprimendi genere superasti, a me petis? Facerem tamen, ut possem; sed (quod te minime fugit) opus est ad poëma quadam animi alacritate, quam plane mihi tempora eripiunt. Abduco equidem me ab omni rei publicae cura, dedoque literis: sed tamen indicabo tibi, quod mehercule in primis te celatum volebam. Angor, mi suavissime frater, angor, nullam esse rem publicam, nulla iudicia, nostrumque hoc tempus aetatis quod in illa auctoritate senatoria florere debebat, aut forensi labore iactari, aut domesticis literis sustentari; illud vero, quod a puero adamaram,

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,.

---

3. ὑποθέσεις] poematis argumenta. Nempe versus in laudem Caesaris ob res in Britannia gestas Quintus petierat, quos pro suis Caesari offerre posset. Has res ne cogitando quidem consequi posse ait, quod istis, non ut Quintus, interfuerit. Ceterum quae sint illae ὑποθέσεις planissime cognoscitur ex loco ep. 144. ubi ait: *Te vero ὑπόθεσιν scribendi egregiam habere video. Quos tu situs, quas naturas rerum et locorum, quos mores, quas gentes, quas pugnas, quem vero ipsum imperatorem habes?*

animi alacritate] quod superiore epistola appellaverat ἐνθουσιασμόν.

Αἰὲν ἀριστεύειν] *semper fortiter agere et aliis superiorem esse*; est versiculus a Glauco pronuntiatus apud Homerum Il. H. 208.

totum occidisse; inimicos a me partim non oppugnatos, partim etiam esse defensos; meum non modo animum, sed ne odium quidem esse liberum: unumque ex omnibus Caesarem esse inventum, qui me tantum, quantum ego vellem, amaret, aut etiam (sicut alii putant) hunc unum esse, qui vellet. Quorum tamen nihil est eiusmodi, ut ego me non multa consolatione quotidie leniam; sed illa erit consolatio maxima, si una erimus. Nunc ad illa vel gravissimum accedit, tui desiderium.

4 Gabinium si, ut Pansa putat oportuisse, defendissem, concidissem. Qui illum oderunt (ii sunt toti ordines) propter quem oderunt, me ipsum odisse coepis-

---

qui vellet] quasi unus Caesar non alicuius commodi spe, sed vere atque ex animo planeque sua sponte amaret; alii simulate et astute, quod de Pompeio creditum est; (ideo dixit: *sicut alii putant:*) qui Ciceronem, quem contra datam fidem pelli passus erat, ideo revocavit ab exsulio, ut eius opera cum senatu rediret in gratiam. *Manut.*

multa consolatione] quam vel ex philosophia, vel ex literis, vel ex amicorum consuetudine peto.

4. *Pansa*] C. Vibius Pansa, qui cos. cum Hirtio fuit anno post Caesaris necem proximo. Is, opinor, in exercitu Caesaris cum Quinto locutus erat de Gabinio defendendo. Scripsit Quintus; respondet Marcus, et rationem affert, cur eum non defenderit. *Manut.*

putat oportuisse] Idem putasse Sallustium epistola superiore narravit.

concidissem] collectam multis praeclare factis gratiam bonorum hac una re profudissem ac perdidissem. *Manut.*

toti ordines] non modo omnes ordines (hi tres erant, senatorius, equestris, plebeius) sed omnium ordinum omnes homines.

propter quem oderunt] propter eum ipsum quem oderunt, nempe Gabinium. Wielandus hoc ad Pompeium pertinere putat; quod si esset, Gabinium diceret tantum propter Pompeium, qui ei patrocinabatur, hominibus exosum esse; quod non est credibile.

ſent. Tenui me, ut puto, egregie, tantum ut facerem, quantum omnes viderent. Et in omni ſumma, ut mones, valde me ad otium, pacemque converto.

De libris, Tyrannio eſt ceſſator; Chryſippo di- 5
cam; ſed res operoſa eſt, et hominis perdiligentis. Sentio ipſe, qui in ſummo ſtudio nihil aſſequor. De Latinis vero, quo me vertam, neſcio; ita mendoſe et ſcribuntur, et veneunt; ſed tamen quod fieri poterit, non negligam.

Crebrius, ut ante ad te ſcripſi, Romae eſt; et 6
qui omnia adiurant debere tibi; valde renuntiant. Ab aerario puto confectum eſſe, dum abſum.

---

quantum omnes viderent] nempe teſtimonium in Gabinium dictum. *Viderent* vel ita ſupplendum: quantum omnes viderent me feciſſe; vel potius quantum omnes viderent mihi faciendum fuiſſe.

5. *eſt ceſſator*] in libris deſcribendis.

Chryſippo] alii Ciceronis ſervo et poſtea liberto literato. ep. 153.

in ſummo ſtudio] quod ipſe in curanda mea bibliotheca pono. *Manut.*

nihil aſſequor] ὑπερβολικῶς dictum. Multo minus in locupletanda bibliotheca aſſequor, quam pro ſummo, quo teneor, ſtudio vellem.

6. *Crebrius*] ſic nomen ſcribendum eſſe, ut erat in Beſſarionis libro, vidit Manutius. Eſt enim a *creber* ita deductum *Crebrius*, ut a *ruber Rubrius.*

ut ante ad te ſcripſi] epiſtola, quae non exſtat.

et qui omnia — renuntiant] Haec nondum ſanata ſunt, nec ſine libris, praeſertim quum obſcurum ſit, qua de re agatur, tuto corrigi poſſunt. Fortaſſe ſcripſit Cicero: *et quidem omnia ſe iurat debere tibi, teque valere nuntiat;* Fieri enim poteſt ut Crebrius a Quinto, ut Manutius etiam putabat, beneficia in Gallia acceperit. Vel ſi malis ita: *et qui omnia ſe adiurat debere tibi, valde renuntiat.* Scil. conditionem oblatam, ut pecuniae credendae. Nam de re pecuniaria agi ex iis, quae ſtatim ſequuntur, colligas.

ab aerario] ſuperiore epiſtola: *de fiſco quid egerit Scipio, quaeram.*

7 Quatuor tragoedias XVI diebus absolvisse quum scribas, tu quidquam ab alio mutueris? et χρέος quaeras, quum Electram et Troadem scripseris? Cessator esse noli: et illud γνῶθι σεαυτὸν noli putare ad arrogantiam minuendam solum esse dictum, verum etiam ut bona nostra norimus. Sed et istas, et Erigonam mihi velim mittas.

8. Habes ad duas epistolas proximas.

---

7. *quatuor tragoedias*] Hic novam vulgo epistolam incipiunt. Sed ex ultimis verbis perspicitur hanc esse appendicem tantum epistolae superioris. Cicero duas epistolas a Quinto acceperat, alteram, ad quam respondet §. 1—7. alteram deinde breviorem, ad quam his paucis verbis respondet, in qua ei Quintus nuntiaverat se quatuor tragoedias XVI diebus absolvisse.

mutueris] Vulgo *mutuaris*. Sed quod antecedit infinitum *quidquam*, coniunctivus requiritur. Itaque statim *quaeras* pro *quaeris* reposui.

χρέος] Vulg. κλέος ab h. l. alienum. Verum est χρέος, quod in MS. reperit Iunius. Χρέος est pecunia mutuo sumpta. Id h. l. aptum. Alemannus tamen e MS. reg. dedit *et plenus quaeris?* — *Ernesti.* Χρέος unice verum. Alemanni lectio propter verba sequentia, *quum — scripseris* valde frigeret.

Troadem] forsan legendum *Troades.*

ut bona nostra norimus] In hanc partem disputat Socrates de hoc dicto apud Xenoph. Mem. lib. III. extr. *Ernesti.*

Erigonam] qua de tragoedia Quinti supra ep. 146.

8. *Habes ad duas*] Sic verissime Ursinus edidit, quum vulgo ederetur *habes duas.* Praepositionem *ad* postea quoque in MSS. regiis reperit Alemannus. *Habes* nimirum saepe in epistolis sic ponitur pro: *haec fere sunt, quae tibi scribenda habebam.* vel ut ep. 159. *Rescripsi ad omnia.* Sic ep. 146. *Habes fere de rebus rusticis* et ep. 151. *Habes forensia.*

EPISTOLA CLV. (ad Q. Fr. III. 7.)

Scr. in Tusculano, exeunte Novemb. A. U. C. 699.

Magnam Romae proluviem fuisse narrat 1. *se, si Romam redierit, ad fratrem scripturum epistolasque ad Labienum et Ligurium missurum ostendit.* 2.

MARCUS Q. FRATRI, S.

Romae et maxime Appia ad Martis mira proluvies. Crassipedis ambulatio ablata, horti, tabernae plurimae; magna vis aquae usque ad piscinam publicam. Viget illud Homeri:

Ἦματ' ὀπωρινῷ ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ
Ζεύς.

Cadit enim in absolutionem Gabinii:

Ὅτε δή ῥ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπαίνῃ,
Οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.

Sed haec non curare decrevi.

Epist. CLV. 1. *Appia ad Martis*] Appia via ad aedem Martis. Ex Appia via ad portam Capenam extra urbem. Ea deducebat usque Brundisium; omnium viarum celeberrima ab Ap. Claudio censore munita. Martis autem templum, quod in Appia via fuit, significat. Nam de altero etiam intra urbem legimus. *Manut.*

piscinam publicam] Eam P. Victor collocat in regione XII. *Manut.*

Viget illud Homeri] Iliad. Π. 383.

ἦματ'] *die autumnali, quum abundantissimam Iupiter aquam effundat.*

ὅτε δή ῥ' ἄνδρεσσι] *hominibus iratus, qui per vim in foro obliquas pronuntiant sententias, iustitiam autem expellunt, deorum iram non curantes.*

2 Romam quum venero, quae perſpexero, ſcribam ad te, et maxime de dictatura: et ad Labienum, et ad Ligurium literas dabo. Hanc ſcripſi ante lucem, ad lychnuchum ligneolum, qui mihi erat periucundus, quod eum te aiebant, quum eſſes Sami, curaſſe faciendum. Vale, mi ſuaviſſime, et optime frater.

EPISTOLA CLVI. (ad Att. IV. 17.)

Scr. Romae exeunte Nov. A. U. C. 699.

Atticum ſalvum in Italiam rediiſſe laetatur, et ut mox Romam advolet, petit 1. *candidati conſulatus quam ſpem habeant, exponit* 2. *de literis a Quinto fratre acceptis narrat* 3. *iterum, ut mox adveniat, flagitat* 4.

CICERO ATTICO, S.

O exſpectatas mihi tuas literas! o gratum adventum! o conſtantiam promiſſi, et fidem miram! o navigationem amandam! quam mehercule ego valde

---

2. *de dictatura*] ad quam res videtur ſpectare. Discordiis enim civium comitia producentur; quas dictatoris poteſtas ſedabit. Supra et infra item ad Att. IV. 16. (hui. ed. ep. 149.) *Manut.*

Labienum] T. Atium Labienum, Caeſaris in Gallia legatum; qui poſtea civili bello ad Pompeii partes tranſiit. Tribunus pl. legem tulerat, praetore Caeſare, ut ſacerdotia, collegiis erepta, populus mandaret. *Manut.*

Ligurium] A. Ligurium, Caeſaris familiarem, de quo ad Att. XI. 9. et ad Fam. XVI. 18. *Manut.*

dabo] Videtur hoc Quintus a Marco petiiſſe, ut eorum, quos maxime Caeſar diligeret, amicitiam literis tueretur. *Manut.*

Sami] quum Aſiam pro praetore adminiſtrans Samum veniſſet. Fuit enim Samus in provincia Quinti. ep. 1. 1. (hui. ed. ep. 29. §. 9.) *Manut.*

Epiſt. CLVI. 1. *adventum*] ex Aſia et Epiro.

timebam, recordans ſuperioris tuae transmiſſionis δέῤῥεις. Sed niſi fallor, citius te, quam ſcribis, videbo. Credo enim te putaſſe, tuas mulieres in Apulia eſſe: quod quum ſecus erit, quid te Apulia moretur? nam Veſtorio dandi ſunt dies, et ille Latinus ἀττικισμὸς ex intervallo reguſtandus. Quin tu huc advolas, et inviſis illius noſtrae reipublicae germanam? [ne puta, vide, nummis ante comitia tributim uno loco diviſis, palam inde abſolutum Gabinium. Detur eſſe valiturum.]

De Meſſala quod quaeris; quid ſcribam neſcio: 2 numquam ego vidi tam pares candidatos. Meſſalae

---

tuae transmiſſionis] quum in Epirum tibi eſſet navigandum.

δέῤῥεις] Si vera eſt lectio, ſignificat ſe reminiſci, quot pellibus opus Attico fuerit, ad corpus adverſus maritimas tempeſtates tuendum.

nam Veſtorio dandi ſunt dies] nam Puteolis merito pones aliquot dies in Veſtorii noſtri ſuaviſſima conſuetudine, ut illius urbanitatem et quaſi Atticos ſales ex intervallo reguſtes. Erat autem Veſtorius Puteolanus; et Puteoli in via, quae ex Apulia Romam fert. *Manut.*

germanam] In Cod. Tornaeſ. erat. *germa* in decurtato *gerina;* in Balliol. *gennana;* Haec ſcripturae veſtigia ſecuti Corradus et Boſius repoſuerunt *germina.* Aliorum coniecturas, ut γεράνδιον Iunii, aut κέρμα Popmae, aut Iſ. Voſſii γέρινα nominaſſe ſuffecerit. Michael Brutus edidit *germanam;* h. e. illius noſtrae reip. quae me conſule erat, germanam ſororem, dictam ſcil. εἰρωνικῶς pro diſſimillimam. Huic lectioni Mongaltius quoque et Wielandus calculum ſuum adiecerunt.

ne puta — valiturum] Haec verba prorſus hic aliena ſunt; ac niſi alio modo corrupta et lacerata, fortaſſis temere aliunde translata ſunt. Sine melioribus codicibus hic nullus eſt certae emendationi locus. Haud ſcio tamen an verbis *ne puta — abſolutum Gabinium* ſupra in epiſtolae 149. §. 5. translatis, lacuna quae ibi eſt, expleri poſſit, ſi illic ita legas: *Nunc ut opinionem habeas rerum, ne puta, ſed vide, nummis*

copias nosti. Scaurum Triarius reum fecit. Si quaeris, nulla est magnopere commota συμπάθεια. Sed tamen habet aedilitas eius memoriam non ingratam; et est pondus apud rusticos in patris memoria. Reliqui duo plebeii sic exaequantur, ut Domitius valeat amicis, adiuvetur etiam gratissimo munere; Memmius Caesaris commendetur militibus, tum eius Gal-

---

ante comitia tributim uno loco divisis palam, inde absolutum Gabinium. Etiam videtur esse valiturus. Ferendum est. Quaeris ego me ut gesserim etc.

2. *reum*] de ambitu, nam de repetundis iam fuerat absolutus ep. 149. et 151. *Manut.*

συμπάθεια] animi motus ex commiseratione; nemo fere condoluit Scaurum reum factum.

aedilitas] Asconii verba sunt: *Aedilitatem summa magnificentia gessit* (Scaurus) *adeo, ut in eius impensas opes suas absumpserit, magnumque aes alienum contraxerit. — Manut.*

est pondus] Magni ponderis est, multum valet apud rusticas tribus memoria Scauri patris, optimi et clarissimi viri, qui princeps senatus saepenumero dictus est. Absolutum Scaurum filium patris egregia memoria tradit Valerius Max. lib. VIII. c. 1. *Manut.*

duo plebeii] Nam Messala et Scaurus patricii; plebeii Domitius et Memmius; ergo cum Messala Scaurus, cum Domitio Memmius contendebat. *Manut.*

adiuvetur etiam gratissimo munere] Vulgo legitur: *adiuvetur tamen non gratissimo munere.* Atqui supra ep. 149. scripserat: *Messala noster et eius competitor Domitius liberalis in populo valde fuit. Nihil gratius.* Quomodo ergo hic ferendum esset *adiuvetur tamen non gratissimo?* Itaque rescripsi *adiuvetur etiam gratissimo munere.*

Caesaris commendetur militibus] ad suffragia venientibus. *Manut.*

tum eius Gallia nitatur] Vulgo *Pompeii Gallia nitatur.* Sed *Pompeii* de mendo suspectum fuit Manutio, quod Pompeius non frater Memmii sed adversarius potius esset, ut ex epist. 142. constat: nec satis apparet cur Gallia dicatur *Pompeii.* Itaque *tum eius Gallia* rescripsi i. e. provincia Caesaris Gal-

lia nitatur. Quibus si non valuerit, putant fore aliquem, qui comitia in adventum Caesaris detrudat, Catone praesertim absoluto.

Ab Quinto fratre, et a Caesare accepi a. d. IX 3 kalend. Novemb. literas, confecta Britannia, obsidibus acceptis, nulla praeda, imperata tamen pecunia, datas a littoribus Britanniae a. d. VI kalend. Octob. Exercitum Britannia reportabant. Q. Pilius erat iam ad Caesarem profectus.

Tu, si aut amor in te est nostri, ac tuorum, aut 4 ulla veritas, aut si etiam sapis, ac frui tuis commodis

---

lia, quam proconsulari imperio regebat. In ea qui cives Romani erant, Caesaris causa sibi fauturos esse Memmius haud sine causa sperabat. Ideoque supra ep. 142. §. 52. dixerat Cicero: *Memmium Caesaris omnes opes confirment.*

si non valuerit] si Memmius intelliget haec sibi ad consulatum obtinendum haud satis esse, tribunum pl. aliquem inveniet, qui obnuntiationibus interpositis comitia in adventum Caesaris detrudat. Sic ad Q. Fr. ep. 2. lib. III. (hui. ed. ep. 151.) *consules comitia habere cupiunt, rei nolunt, et maxime Memmius, quod Caesaris adventu sperat se futurum consulem.* Adventum autem Caesaris in Italiam intelligit (nam Romam ingredi proconsul cum imperio non poterat) quemadmodum venit triennio post, ut M. Antonii, quaestoris sui, commendaret coloniis, et municipiis sacerdotii petitionem lib. VIII. de Bello Gall. *Manut.*

Catone praesertim absoluto] Tribuni plebis iam nihil non audebunt, quum C. Catonem, qui nihil non ausus erat in tribunatu, videant absolutum. Vel proprie de comitiis impediendis intelligo. Facile enim, ut id faciant, adducentur tribuni pl. quum Cato, qui tribunus pl. biennio ante comitia in annum sequentem detruserat, sit absolutus. Ad Q. Fr. ep. 5. lib. 2. (hui. ed. ep. 103.) *Manut.*

3. *datas a litoribus Britanniae*] Vulgo additur *proximo*, quod quum hic sensum commodum non admittat, et ordinem verborum turbet, expunxi.

cogitas, adventare et prope adesse jam debes. Non mehercule aequo animo te careo. Te autem quid mirum, qui Dionysium tantopere desiderem? quem quidem abs te, quum dies venerit, et ego, et Cicero meus flagitabit. Abs te proximas literas habebam Epheso a. d. v id. Sext. datas.

EPISTOLA CLVII. (ad Att. IV. 18.)

Scripta praeter §. 1. exeunte Nov. A. U. C. 699.

De consulum cum consulatus competitoribus pactione 1. *de sua cum Caesare coniunctione et Pompeii legatione obeunda* 2.

CICERO ATTICO, S.

Puto te existimare, me, nunc oblitum consuetudinis et instituti mei, rarius ad te scribere, quam solebam; sed, quum loca et itinera tua nihil habere certi video, neque in Epirum, neque Athenas, neque in Asiam, neque cuiquam, nisi ad te ipsum proficiscenti, dedi literas. Neque enim sunt eae epistolae nostrae, quae si perlatae non sint, nihil ea res nos offensura sit; quae tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus. * * *

---

4. *flagitabit*] vel ut eum manumittas, vel ut eum mihi ad erudiendum Ciceronem filium concedas.

proximas] nempe eam epistolam Attici, cui nunc respondet, proxime antecedentes.

Epist. CLVII. §. 1. *puto te — committamus*] Haec verba partem fecisse videntur alius cuiusdam epistolae. Nam quum Atticus iam esset in Italia, eumque quotidie Romae exspectaret, ineptum fuisset ei exponere, cur ad eum rarius scribat, ac neque in Epirum neque Athenas, neque in Asiam cuiquam nisi ad eum proficiscenti literas dederit.

* * * Lepidum quo excidat; consules flagrant in- 2
famia, quod C. Memmius candidatus pactionem in senatu recitavit, quam ipse et suus competitor Domitius cum consulibus fecissent, uti ambo LLS quadragena consulibus darent, si essent ipsi consules facti, nisi tris augures dedissent, qui se adfuisse dicerent, quum lex curiata ferretur, quae lata non esset; et duo consulares, qui se dicerent in ornandis provinciis consularibus scribendo adfuisse, quum omnino ne senatus quidem fuisset. Haec pactio non verbis, sed nominibus et perscriptionibus, multorum tabulis quum esse

---

2. *lepidum quo excidat*] Corruptum hunc locum, et ab initio huius epistolae, quod interiit, rescissum, absque libris melioribus nemo sanare potest. Aldus pro eo edidit *nedum cuilibet*, quod cum ultimo verbo *committamus* iungeretur. Sed hoc merae coniecturae tribuendum esse vere iudicavit Ernestius. Graevius correxit: *ne lepidum quid excidat*. Alii *lepidum quo exedar*.

pactionem] Pactio haec erat: Memmius et Domitius Calvinus consules fieri cupiunt. Appius autem Claudius et L. Domitius Ahenobarbus consules id agunt, ut consulatu functi in provincias mittantur. Promittunt igitur, se operam daturos, ut consules creentur Memmius et Calvinus; illi contra se tres augures daturos, qui dicerent se affuisse quum lex curiata de imperio provinciarum ad populum ferretur; et duos consulares qui se affuisse dicerent, quum SCtum de ornandis et instruendis provinciis scriberetur; nisi hoc fecissent LLS darent ambo quadringena Appio et Ahenobarbo. *Manut.*

quae lata non esset] Hoc non fuit in pactione; sed est e Ciceronis persona dictum, ut in altero, *quum omnino ne senatus quidam fuisset*. Itaque videtur esse debere *erat* — *Ernesti.*

non verbis sed — tabulis] *Verba* opponuntur *rebus*. Eae sunt in *nominibus*, *perscriptionibus*, *tabulis multorum*. Primum est, nomina fecere suis et consulum illorum tabulis; alterum, apud argentarios vel foeneratores iis pecuniam eandem assignavere, ut ab iis acciperent,

facta diceretur, prolata a Memmio eſt nominibus inductis, auctore Pompeio. Hic Appius erat idem. Nihil ſane iacturae. Corruerat alter, et plane, inquam, iacebat. Memmius autem, dirempta coitione, invito Calvino, plane refrixerat; et eo magis nunc cogitare dictaturam, tum favere iuſtitio, et omnium rerum licentiae. Perſpice aequitatem animi mei et ludum,

---

iique fidem adeo ſuam pro iis obligarent. Denique aliorum multorum tabulis fecere, ut ea res ſcriberetur, quibus teſtium loco uti poſſent, eſſetque adeo, ut Cicero alibi dicit, multorum tabulis teſtata. Ita omni ratione cautum conſulibus erat. *Erneſti.*

nominibus inductis] e codice deletis. *Corr.*

hic Appius erat idem] Appius Pulcher, alter conſul. Nempe is ante iam ſatis infamis erat et contemptus. Itaque ea res, quamquam turpis, nihil maioris infamiae afferebat, ſeu, ut Manutius interpretatur, non commovebatur animo ex ea turpitudine. Alter Domitius Ahenobarbus iacturam omnis exiſtimationis faciebat. *Erneſti.*

dirempta coitione] quod iſtam coitionem invito Calvino diremerat, quum prolatam pactionem in ſenatu recitaſſet.

et eo magis nunc cogitare dictaturam] haec eſt lectio ed. Rom. niſi quod e veſtigiis Mſſ. factum eſt *cogitare* pro *concitare*, et *licentiae* e *licentia*. Lectio Gruterianae editionis *cogi* ἀκρίδια *tum fluere iuſtitio et omnium rerum licentia* eſt e correctione Boſii. *Cogitare dictaturam*, non ut ipſe acciperet, ſed ut Pompeius, quo auctore pactionem enuntiarat: nam dictaturam animo agitaſſe Pompeium ſupra dictum famam tuliſſe. Vide ad Q. Fr. III. 8. extr. (hui. ed. ep. 158.) *Erneſti.*

perſpice] Quomodo haec cum antecedentibus cohaereant vix ſatis patet. Niſi forte ſic exponas: Perſpice iam animi mei aequitatem, qui iſta ſine ſtomacho ferre poſſim. Pro *et ludum* etc. legendum opinor *et lude contemptionem Seleucianae provinciae*, vel *et lude me ob contemptionem S. p.* etc. Atticus enim Ciceroni fortaſſe ſaepius per iocum exprobraverat, quod poſt conſulatum in provinciam ire no-

et contemptionem Seleucianae provinciae, et mehercule cum Caesare suavissimam coniunctionem (haec enim me una ex hoc naufragio tabula delectat) qui quidem Quintum meum, tuumque, dii boni! quemadmodum tractat honore, dignitate, gratia? non secus, ac si ego essem imperator. Hiberna legionum eligendi optio delata commodum, ut ad me scribit. Hunc tu non ames? quem igitur istorum? Sed heus tu, scripseramne tibi me esse legatum Pompeio? et extra urbem quidem fore ex idib. Ian.? visum est hoc mihi ad multa quadrare. Sed quid plura? coram, opinor, reliqua; ut tu tamen aliquid exspectes. Dionysio plurimam salutem: cui quidem ego non modo servavi, sed etiam aedificavi locum. Quid quaeris? ad summam laetitiam meam, quam ex tuo reditu capio, magnus illius adventu cumulus accedit. Quo die ad me venies, si me amas, apud me cum tuis maneas.

---

luisset. Eundem certum est Ciceronis cum Caesare coniunctionem haud satis probasse. Itaque supra ad eum scripserat Ep. 149. *Caesaris amici* (*me dico et Oppium, dirumparis licet:*)

Seleucianae] Sic edd. pr. et MSS. plerique intelligunt Syriam s. Ciliciam. In utraque est urbs Seleucia Bosius e MSS. suis edidit *Silicianae* — *Ernesti.*

hiberna legionum eligendi optio delata] Vulgatum *hibernam legionem eligendi* v. d. sine dubio vitiosum. *Hiberna legio* nihili est. Puto legendum *et hiberna legionum eligendi o. d.* Nam legiones, quibus praeerat, mutatas non credibile est. Accepit autem hiberna in Nerviis ad Q. Fr. III. 8. (hui. ed. ep. 158.) Firmat locus ad Att. V. 21. ubi Cicero dicit se fratrem *hibernis praefecisse.* Nec dubitavi sic corrigere. *Ernesti.*

Messalam Caesari praestabo. Sed Memmius in adventu Caesaris habet spem; in quo illum puto errare; hic quidem friget. Scaurum autem iampridem Pompeius abiecit. Res prolatae. Ad interregnum comitia adducta. Rumor dictatoris iucundus bonis; mihi etiam magis quae loquuntur. Sed tota res et timetur, et refrigescit. Pompeius plane se negat velle; antea ipse mihi non negabat. Hirrus auctor fore videtur. O dii quam ineptus! quam se ipse amans sine rivali! Crassum Iunianum, hominem mihi deditum,

---

Manutius de absolutione Messalae et reliquorum intelligit. Sed quomodo Cicero dicere potuisset eos propter supplicationes absolutos esse? Immo quum dicit: *quibus* scil. supplicationibus — *molestia levatos gaudeo*, hoc significat, propter supplicationes iudicia quae iis impendebant, sequentibus etiam mense Decembre aliis festis diebus, dilata fuisse.

praestabo] efficiam, si erit consul, ne quid agat in magistratu contra Caesaris voluntatem. *Manut.*

puto errare] fortasse, quia Caesar consulem nolet eum quem sibi fuisse inimicum in praetura meminerit. Suetonius etiam Dio lib. XXXVIII tradidit, hoc ingenio Caesarem fuisse, ut, quos accepta iniuria odisset, eos tamen illico non ulcisceretur. Itaque fieri potest, ut Memmius eum, deleta superioris temporis memoria sibi amicum fore crediderit in consulatu petendo. *Manut.*

comitia adducta] fortasse leg. *ducta* i. e. comitia consularia saepe differendo eo usque fere ducta et prolata sunt, ut res ad interregnum spectare videatur.

quae loquuntur] de Pompeio.

Crassum Iunianum] Libenter legerem: *Crassum Licinianum*, ut quum esset Licinius Crassus in aliam postea familiam adoptionis iure transierit. At quam familiam? opinor Coeliam, placet enim, hunc esse Coelium illum, qui in M. Coelii ep. ad Ciceronem (VIII. 4. ad Fam.) *Coelius Vicinianus* male nominetur, quum *Licinianus* videatur esse reponendum. Et congruit hic de dictatura locus

per me deterruit. Velit, nolit, ſcire difficile eſt.

---

cum illo. Nam hic verbum *deterruit* ſignificat, eum quod inſtitueret de dictatura, omiſiſſe; in epiſtola illa M. Coelii promulgatam ab eo dictatore legem ſcriptum eſt. Eundemque crediderim eſſe Coelium illum, qui lib. IV. de bello civili *Vincianus* vocatur, mendoſe, pro *Licinianus*. Praeterea tribunum plebis hunc eodem anno cum C. Hirro fuiſſe, ideo credibile eſt, quia eodem etiam anno aedilitatem ſimul biennio poſt petierunt. Quod ex ea, quam nominavi, M. Coelii epiſtola conſtat. Ut omittam, quod hunc ipſum, qui de dictatore Pompeio egit, *Lucilium* video apud Plutarchum nominari, ut *Liciniani* nomen in Viciniauum, Vincium, Lucilium ob ſimilitudinem facile videatur abiiſſe. Neque vero quidquam obſtat, cur etſi Coelius ex Licinio ſit factus prioris tamen familiae nominibus *Craſſus Licinianus* appellari non poſſit. Nam Scipionis cognomen retinuit is, qui Magni Pompeii ſocer fuit, qui tamen Caecilius, adoptante Metello Pio, factus erat, et Lucullus, frater L. Luculli, quum Terentius Varro per adoptionem factus eſſet, Lucullus tamen uno cognomine omiſſo, vetere conſervato, nominatur. *Manut.* Lambinus tamen vulgatam defendit, auctoritate duorum numorum argenteorum, quos ipſe oculis uſurpaverat. Unius horum numorum in antica parte inciſum erat Termini caput cum hac inſcriptione Q. METELLUS PIUS SCIP. IMP. in poſtica ſella curulis et ſupra eam cornu copiae et bilanx transverſim locata; inſcriptio haec: CRASS. IUN. LEG. PROPR. Alterius pars antica continebat tropaeum inter lituum et urnam cum hac inſcriptione: Q. METELLUS PIUS SCIP. IMP. poſtica prae ſe ferebat effigiem Cybeles turritae inter ſpicam et caduceum locata. Inſcriptio erat haec: CRASSUS IUN. LEG. PROPR.

per me deterruit] mea opera Pompeius effecit, ut captum de dictatura conſilium Craſſus abiecerit. Hoc enim, et quae ſequuntur, ad Pompeium, non ad Hirrum convenit referri, ſi tamen is eſt, de quo Plutarchus, qui inito tribunatu egit de dictatore Pompeio. Opinor tamen ab eo mox, poſt initum tribunatum, promulgatam eſſe legem de di-

Hirro tamen agente, nolle se non probabit. Aliud hoc tempore de re publica nihil loquebantur. Agebatur quidem certe nihil.

4 Serrani Domestici filii funus perluctuosum fuit a. d. IIX kal. Decemb. Laudavit pater scripto meo.

5 Nunc de Milone. Pompeius ei nihil tribuit, et omnia Guttae; dicitque se perfecturum, ut in illo Caesar incumbat. Hoc horret Milo; nec iniuria; et, si ille dictator factus sit, paene diffidit. Intercessorem

---

ctatore Pompeio; aut *deterruit*, quum iam legem promulgasset, antequam tribunatum pl. iniret. *Manut.*

non probabit] non persuadebit hominibus quum per eius amicum agatur. Secutus est autem Hirrus Pompeium civili bello contra Caesarem. Caes. de bello Civ. I. 15. quo in loco *Ulcillem Hirrum* mendose legitur, quum potius *Lucceium Hirrum* legendum videatur. Lucceiae enim gentis cognomen *Hirrus* fuit. *Manut.* Oberlinus tamen ad Caes. II. l. cum Glandorpio ibi *Lucilium Hirrum* potius legendum arbitratur.

4. *Serrani*] gentis Atiliae. *Domesticus* cognomen aut Serrani ipsius aut filii. *Manut.*

5. *nihil tribuit*] minime illi, anno sequenti consulatum petituro, studet, maxime vero Guttae. Petiit anno sequenti consulatum Milo. Etsi non habita propter dissensiones candidatorum comitia vel ex Pediano cognoscitur. Video autem eum interversa praetura consulatum petiisse; qui Lentulo et Metello Coss. tribunatum pl. Pompeio! et Crasso aedilitatem gesserit; Calvino autem et Messala consulatum petierat. *Manut.*

Guttae] Non habeo certum, quis hic sit Gutta, competitor Milonis in consulatu anno proximo futurus. Pedianus candidatos consulares tres duntaxat nominat omnes plebeios T. Annium Milonem, P. Plautium Hypsaeum, Q. Caecilium Metellum Scipionem, Pompeii Magni socerum. *Manut.*

in illo Caesar incumbat] Puto *in* delendum, ut *illo incumbere* sit *illuc* in eam rem ac partem. *Ernesti.*

intercessorem] tribunum pl. tribuno rogationem de dictatore dicendo ferenti,

maturitas nequedum venit, et tamen iam appropinquat.

Etiam illud te admoneo, ne quid ullis literis 2 committas, quod si prolatum sit, moleste feramus. Multa sunt, quae ego nescire malo, quam cum aliquo periculo fieri certior. Plura ad te vacuo animo scribam, quum (ut spero) se Cicero meus belle habebit. Tu velim cures, ut sciam, quibus nos dare oporteat eas, quas ad te deinde literas mittemus: Caesarisne tabellariis, ut is ad te protinus mittat, an Labieni. Ubi enim isti sint Nervii, et quam longe absint, nescio.

De virtute, et gravitate Caesaris, quam in summo dolore adhibuisset, magnam ex epistola tua accepi 3 voluptatem. Quod me institutum ad illum poëma iubes perficere; etsi distentus quum opera, tum animo sum multo magis, quoniam tamen ex epistola, quam ad te miseram, cognovit Caesar, me aliquid esse exorsum, revertar ad institutum; idque perficiam his supplicationum otiosis diebus: quibus Messalam iam nostrum, reliquosque molestia levatos, vehementer gaudeo: eumque quod certum consulem cum Domitio numeratis, nihil a nostra opinione dissentitis. Ego

---

2. *Nervii*] ubi nunc hibernas cum legione. Caesar comm. de bello Gall. lib. V. c. 24. *Manut.*

3. *in summo dolore*] ob legatos cum legione et cohortibus caesos. ibid. lib. V. c. 37. *Manut.*

supplicationum] quas Caesari fortasse ob Ambiorigem profligatum senatus decreverat. *Manut.*

otiosis] per dies enim supplicationum lege non agebatur. Ita otium illi a forensi labore futurum erat. Ne cum populo quidem tum potuisse agi indicat illud in epistola lib. II. 6. (hui. ed. 104.) *Lentulus dies comitiales exemit omnes. Nam etiam Latinae instaurantur. Nec tamen deerant supplicationes.* — *Manut.*

quibus Messalam nostrum reliquosque molestia levatos]

EPISTOLA CLIX. (ad Q. Fr. III. 9.)

Scr. Romae initio Decembr. A. U. C. 699.

De Gabinio a se non defenso. 1. *de Milonis in ludis instituendis profusione.* 2. *de motibus venientis anni* 3. *de mancipiis a Quinto sibi emendis* 4. *de epistola Vatinii* 5. *de poemate ad Caesarem absoluto* 6. *de Quinti aedificiis* 7. *de Felicis testamento.* 8. *de Quinti filio* 9.

MARCUS Q. FRATRI S.

De Gabinio nihil fuit faciendum istorum, quae amantissime cogitata sunt. *τότε μοι χάνοι.* Feci summa cum gravitate, ut omnes sentiunt, et summa cum lenitate, quae feci. Illum neque ursi, neque levavi. Testis vehemens fui: praeterea quievi. Exitum iudicii foedum, et perniciosum levissime tuli. Quod quidem bonum mihi nunc denique redundat, ut his malis rei publicae licentiaque audacium, qua ante rumpebar, nunc ne movear quidem. Nihil est enim perditius his hominibus, his temporibus. Itaque, ex re publica quoniam nihil iam voluptatis capi potest: cur stomacher, nescio. Literae me, et studia nostra, et otium, villaeque delectant, maximeque pueri nostri.

---

quiescendum puto, ita tamen, ut verba *vel quia magister* delenda censeam. Neque vero hos ludos, quos ut aedilis mortui heres et magister hereditatis dabat, prorsus omittendos fuisse Cicero dicit, sed nimios in iis sumptus negat fieri debere, quia Milo non ipse sit aedilis, sed tantum heres eius, qui in aedilitate mortuus erat, eiusque hereditatis magister.

Epist. CLIX. 1. *de Gabinio*] scil. a Cicerone defendendo.

τότε μοι χάνοι] h. e. *tunc mihi de hiscat lata terra*, quum hoc scilicet flagitii commisero. Integrum enim est hemistichium apud Homerum Il. Δ. 182. *τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. Manut.*

neque ursi neque levavi] neque accusavi neque defendi.

Angit unus Milo. Sed velim finem afferat con- 2
sulatus; in quo enitar non minus, quam sum enisus in nostro; tuque istinc, quod facis, adiuvabis. De quo caetera (nisi plane vis eripuerit) recte sunt; de re familiari timeo,

Ὁ δὲ μαίνεται οὐκ ἔτ᾽ ἀνεκτῶς,

qui ludos LLS ccclↃↃↃ comparet. Cuius in hoc uno inconsiderantiam et ego sustinebo, ut potero, et tu, ut possis, est tuorum nervorum.

De motu temporum venientis anni, nihil te in- 3
telligere volueram domestici timoris, sed de communi reipublicae statu; in quo etiamsi nihil procuro, tamen nihil curare vix possum. Quam autem te velim cautum esse in scribendo, ex hoc coniicito, quod ego ad te ne haec quidem scribo, quae palam in re publica

---

2. *Milo*] consulatus causa, quam petet adversante, ut videtur, Pompeio; quum ego utrique summe debeam. *Manut.*

finem] sollicitudinis meae. Velim, inquit, post consulatum, qui est honorum summus, nihil accidat praeterea, quod illius causa me angat. *Manut.*

ὁ δὲ μαίνεται — ἀνεκτῶς] *hic autem sic insanit, ut ferri amplius non possit;* finis hexametri versus apud Homerum Odyss. IX. 350. quod enim ille de Cyclope Polyphemo: σὺ δὲ μαίνεαι οὐκ ἔτ᾽ ἀνεκτῶς, Cicero de Milone paululum quiddam, sententiae causa, ut solet, immutans, ὁ δὲ μαίνεται οὐκ ἔτ᾽ ἀνεκτῶς. *Manut.*

ludos ccclↃↃↃ] Sic Lambinus. Vulgo ccc.

inconsiderantiam] Recte sic Manutius et Lambinus pro vulg. *considerantiam;* et recepit Ernesti.

sustinebo] Manutius hoc sic interpretatur: et ego feram hoc in homine amicissimo vitium, et animi tui vires eae sunt ut ipse quoque ferre possis. Videtur tamen potius Cicero hoc significare: eius inconsiderantiam sublevabo, ut potero, nempe pecunia credenda. Nisi forte *sustinere* h. l. ut saepe ponitur pro *inhibere*, ut Cicero hoc dicat, se elaboraturum, ut quantum fieri possit, Milonem a nimia pecuniae profusione abstrahat.

turbantur, ne cuiusquam animum meae literae interceptae offendant. Quare domestica cura te levatum volo. In re publica scio quam sollicitus esse soleas. Video Messalam nostrum consulem, si per interregem, sine iudicio: si per dictatorem, tamen sine periculo. Odii nihil habet. Hortensii calor multum valebit. Gabinii absolutio lex impunitatis putatur. Ἐν παρέργῳ: De dictatore tamen actum adhuc nihil est. Pom-

---

3. *si per interregem sine iudicio*] Quem hic locum habet iudicii mentio, quum in proxima epistola iam dixerit illum esse absolutum? Intellige de altero quod impendebat, de ambitu iudicio. Nam et post consulatum de ambitu accusatus. Id ego locis observatis cognovi ad Att. V. 12. et ad Fam. VIII. 4. Si consul, inquit, habitis ab interrege comitiis creabitur, iudicium vitabit; statim enim consulatum inibit; et accusari magistratus non licet; Sin a dictatore, fieri omnino potest, ut dictator, pro ea, quam habet summam, potestate nolit eum inire ante consulatum, quam iudicium fiat; sed tamen quin absolvatur, mihi dubium non est. Video enim, qui illum oderit, esse neminem. Et quod ait, *si per interregem, sine iudicio*, vere ait. Nam Messala per interregem consule creato, iudicium de eo factum non est; peracto autem consulatu bis accusatus de ambitu est, primo absolutus, deinde condemnatus. *Manut.* Quod Manutius ait e superiore epistola constare, Memmium absolutum esse, id pertinet ad verba: *idque perficiam supplicationum his otiosis diebus, quibus Messalam iam nostrum reliquosque molestia levatos iam vehementer gaudeo*, quae verba non ad absolutionem, sed ad iudicia propter supplicationes reliquosque dies festos dilata spectare, supra ad istum locum docuimus.

Hortensii] fratris eius uterini, quod ex Plutarcho in Sulla coniicitur. *Manut.*

calor] pro absolutione contentio. Defensum ab eo Messalam et absolutum significat M. Coelius in duabus epistolis lib. VIII. ad Fam. 2. et 3. *Manut.*

ἐν παρέργῳ] *obiter.*

tamen] quamvis actum iri putaretur.

peius abest; Appius miscet; Hirrus parat; multi intercessores numerantur; populus non curat; principes nolunt; ego quiesco.

De mancipiis, quod mihi polliceris, valde te amo; et sum equidem, uti scribis, et Romae, et in praediis infrequens. Sed cave, amabo, quidquam, quod ad meum commodum attineat, nisi maximo tuo commodo, et maxima tua facultate, mi frater, cogitaris. 4

---

abest] Erat omnino Pompeius extra urbem; quia cum imperio, iturus, ut videbatur, in Hispanias. Sed non diceret Cicero, *abest*, de eo qui ad urbem esset. Longius, opinor, discesserat, nimirum rei frumentariae causa, quod legimus apud Dionem lib. XXXIX. extr. *Manut.*

Appius miscet] Notat hominis ingenium, miscentis potius, quam agentis. *Miscet* autem non quia dictatorem, sed quia comitia vellet. Nam in ep. III. 3. (hui. ed. ep. 153.) *consules*, inquit, *comitia habere cupiunt.* — *Manut.*

parat] ut legem ferat de dictatura, quum scil. tribunus plebis erit. Nunc enim designatus erat. Quod in ep. proxima (158.) significatum est in eo: *auctor fore videtur.* Quod si quis obiiciat, designatum esse non potuisse, quum Cicero comitia nondum habita significet, is consularia quidem comitia hoc anno habita non esse, tribunitia vero esse habita ab historia discat. Nam Plutarchus Catone praetore i. e. hoc anno habita perspicue demonstrat. Et hic noster ad Att. IV. 15. (hui. ed. ep. 142.) quum dixisset de consularibus comitiis: *comitia puto fore ut ducantur:* de tribunitiis intulit: *haec ego pridie scribebam, quam comitia fore putabantur.* — *Manut.*

4. *mancipiis*] ad me mittendis, Gallico aut Britannico bello captis. *Manut.*

infrequens] cum paucis admodum mancipiis; quo magis te amo, quia, quod mihi opus est, id polliceris *Manut.* Nempe *infrequens* hic passive accipiendum; aitque Cicero nec domum suam, nec praedia servis satis frequentia esse; ut adeo nova mancipia sibi opportune emantur.

5 De epiſtola Vatinii, riſi. Sed me ab eo ita obſervari ſcio, ut eius iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam.

6 Quod me hortaris, ut abſolvam: habeo abſolutum ſuave, mihi quidem uti videtur, ἔπος ad Caeſarem: ſed quaero locupletem tabellarium, ne accidat quod Erigonae tuae: cui ſoli, Caeſare imperatore, iter ex Gallia tutum non fuit.

7 * * Quid? ſi caementum bonum non haberem, deturbem aedificium? quod quidem quotidie mihi magis placet; in primisque inferior porticus, et eius conclavia fiunt recte. De Arcano, Caeſaris opus eſt, vel mehercule etiam elegantioris alicuius. Imagines enim iſtae, et palaeſtra, et piſcina, et Nilus, multorum Philotimorum eſt, non Diphilorum. Sed et ipſi ea adibimus, et mittemus, et mandabimus.

8 De Felicis teſtamento tum magis querare, ſi ſcias. Quas enim tabulas ſe putavit obſignare, in quibus de unciis firmiſſimum tenuerat, (lapſus eſt per errorem et ſuum, et Sicurrae ſervi) non obſignavit: quas noluit, eas obſignavit. ἀλλ' οἰμωζέτω: nos modo valeamus.

---

5. *iſta odia*] de quibus ad me ſcribis. Quia Vatinius, literis Roma ad Caeſarem miſſis, quaecumque diceret ageretve Cicero tanquam explorator ſignificabat. Ex quo Quintus literis iis inſpectis de odio illius in Marcum coniecit. *Manut.*

6. *locupletem*] i. e. idoneum, attentum, fidelem, cui liber recte credi poſſit.

7. *quid ſi*] ante haec verba quaedam intercidiſſe manifeſtum eſt. Senſit iam olim Manutius.

Arcano] Quinti fundo de quo ep. 156.

Caeſaris opus] maximum videlicet; magnifica enim Caeſaris monumenta, qui forum usque ad atrium Libertatis explicare; deinde in campo Martio ſepta et tecta marmorea facere cogitaverit, ut eſt ep. IV. 17. (hui. ed. 156.) *Manut.*

8. *de unciis*] *aſſis* nomine tota ſignificatur hereditas. *As* qui et libra, duodecim in partes, quae dicuntur unciae, dividitur. Duode-

Ciceronem, et ut rogas, amo, et ut meretur, et 9
ut debeo. Dimitto autem a me, et ut a magiſtris ne abducam, et quod mater diſcedit, ſine qua edacitatem pueri pertimeſco. Sed ſumus una tamen valde multum. Reſcripſi ad omnia, mi ſuaviſſime et optime frater.

EPISTOLA CLX. (ad Div. XIII. 60.)

Scripta Romae poſt reditum ex exſilio inter annum A. U. C. 697. et 699.

Livineium Tryphonem L. Livineii Reguli libertum commendat.

---

cim igitur partes bonorum ſuorum, poſtea quam eſſet mortuus, fieri Felix volebat, ſed, ut in propinqua morte, mente perturbatus, Sicurae etiam ſervi imprudentia, tabulas de unciis non obſignavit, alteras aliam in ſententiam a ſe antea ſcriptas obſignavit. Ratae autem non erant tabulae teſtamenti, quae non eſſent eius, qui teſtamentum fecerat, annulo obſignatae. *Manut.* Vulgo eſt *in unciis;* ſed Lambino auctore dedi *de unciis;* ſcil. Cicero ait: iſtas tabulas, in quibus de unciis quibusdam bonorum nobis legandis firmiſſimum tenuerat, errore lapſus non obſignavit.

9. *dimitto a me*] patior eum ire cum matre; quum antea mecum habitaret. Supra dixit: *Tyrannio docet apud me.*

mater] Vulgo addebatur *Pomponia*, quod gloſſemati deberi iam Manutius vidit.

pueri] annum XIII. Quinti filius quum haec ſcripta eſt epiſtola, h. e. Appio et Ahenobarbo Coſſ. nondum impleverat. Id ex eo coniicio, quia togam puram ſumpſit Paulo et Marcello; quam non niſi anno XVI. finito ſumi ſolitam ſatis conſtat. ad Att. V. 20. et VI. 1. *Manut.*

ſumus una tamen] Ergo non exierat urbe Pomponia, ſed ex illa domo quam Ciceronis cum domo iunctam fuiſſe iam diximus, in aliam Quinti domum tranſierat. *Manut.*

M. T. CICERO MUNATIO, C. F. S. D.

L. Livineius Trypho est omnino L. Reguli, familiarissimi mei, libertus; cuius calamitas etiam officiosiorem me facit in illum. Nam benivolentior, quàm semper fui, esse non possum. Sed ego libertum eius per se ipsum diligo. Summa enim eius erga me officia exiterunt his nostris temporibus, quibus facillime bonam benivolentiam hominum, et fidem perspicere potui. Eum tibi ita commendo, ut homines grati, et memores bene meritos de se commendare debent. Pergratum mihi feceris, si ille intellexerit, se, quod pro salute mea multa pericula adierit, saepe hieme summa navigarit, pro tua erga me benivolentia gratum etiam tibi fecisse.

EPISTOLA CLXI. (ad Div. XII'. 74)

Scripta Romae A. U. C. 699.

Salvum Philippum ex provincia revertisse gratulatur; Egnatii et Oppii causa gratias agit, 1. *et ut Antipatri filios sibi condonet rogat.* 2.

Epist. CLX. *omnino*] h. e. etiamsi non ipsam Tryphonis personam spectem, tamen quoniam amici mei Reguli libertus est, eum commendandum putarem.

cuius calamitas] Fortasse exsilium; nam XIII. 19. et XV. 4. ad Fam. *calamitatem exsilii* nominat. *Manut.*

his nostris temporibus] quum exsularet. Quod hic dicitur comprobatur testimonio lib. III. ad Att. 17. (hui. ed. ep. 72) *Livineius* inquit, *L. Reguli libertus ad me a Regulo missus venit.*

bonam benivolentiam] *benivolentia fidelis* dixit IX. 16. ad Fam. *Manut.*

eum tibi — commendo] Munatius nempe in provincia quadam magistratum vel imperium gesserit necesse est, qua in provincia ille Trypho negotia haberet. In Macedonia fuisse Schmiederus coniicit *hist. philol. Anmerk. zu Cic. Briefen.* p. 277.

M. T. CICERO Q. PHILIPPO, S. D.

Gratulor tibi, quod ex provincia ſalvum te ad tuos recepiſti incolumi fama, et re publica. Quod ſi Romae te vidiſſem, coram gratias egiſſem, quod tibi L. Egnatius, familiariſſimus meus, abſens, L. Oppius, praeſens, curae fuiſſet.

Cum Antipatro Derbete mihi non ſolum hoſpi- 2 tium, verum etiam ſumma familiaritas intercedit. Ei te vehementer ſuccenſuiſſe audivi, et moleſte tuli. De re nihil poſſum iudicare, niſi quod illud mihi certe perſuadeo, te, talem virum, nihil temere feciſſe. A te autem, pro vetere noſtra neceſſitudine, etiam atque etiam peto, ut eius filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimum condones; niſi quid exiſtimas in ea re violari exiſtimationem tuam. Quod ego ſi arbitrarer, numquam te rogarem; mihique tua fama multo antiquior eſſet, quam illa neceſſitudo eſt. Sed mihi ita perſuadeo (poteſt fieri, ut fallar) eam rem laudi tibi potius, quam vituperationi fore. Quid fieri poſſit, et quid mea cauſa facere poſſis, (nam, quin velis, non dubito) velim, ſi tibi grave non erit, certiorem me facias.

Epiſt. CLXI. 1. *Q. Philippo*] Vulgo additur *Procoſ.* quod perperam fieri notavit Manutius; quum enim iam e provincia reverſus eſſet Philippus, Proconſul amplius appellari non poterat.

et re publica] Hoc non ad univerſam rem publicam Romanam ſpectat, ſed ad eam partem, quam Philippus adminiſtraverat.

quodſi Romae te vidiſſem] Secutus ſum edd. pr. Ed. Rom. *coram quoque.* Quod ſi cui placet, non repugno. Poſteriores dedere, vel: *quodſi Romae: te vidiſſem coramque* etc. ut Gruteri, vel *quodſi Romae fuiſſem, te vidiſſem coramque* etc. *Erneſti.*

2. *niſi quod illud*] Vulgo omiſſum *quod* de Erneſtii ſententia reſtitui.

quid fieri poſſit] Edd. omnes *poſſet* male; et miror; adeo manifeſtum vitium eſt. Tum poſt *quin* dedi, ex edd. pr. pro quo male irrepſit *quid. Erneſti.*

EPISTOLA CLXII. (ad Div. XIII. 42)

Scr. Romae inter annum U. C. 694 et 699.

Lucceii negotia Culleolo commendat.

M. T. CICERO L. CULLEOLO PROC. S. P. D.

L. Lucceius meus, homo omnium gratiſſimus, mirificas tibi apud me gratias egit, quum diceret, omnia te cumulatiſſime, et liberaliſſime procuratoribus ſuis pollicitum eſſe. Quum oratio tua tam ei grata fuerit, quam gratam rem ipſam exiſtimas fore, quum, ut ſpero, quae pollicitus es, feceris? Omnino oſtenderunt Bulliones, ſeſe Lucceio Pompeii arbitratu ſatisfacturos. Sed vehementer opus eſt nobis, et voluntatem, et auctoritatem, et imperium tuum accedere. Quod ut facias, te etiam atque etiam rogo. Illudque mihi gratiſſimum eſt, quod ita ſciunt Lucceii procuratores, et ita Lucceius ipſe ex literis tuis, quas ad eum miſiſti, intellexit, hominis nullius apud te auctoritatem, aut gratiam valere plus, quam meam. Id ut re experiatur, iterum, et ſaepius te rogo.

Epiſt. CLXII. *L. Culleolo*] Videtur Culleolus Illyrico praefuiſſe, quia nominantur in hac epiſtola Bulliones Illyrici populi. Quod ſi ita eſt, praefuit ante primum Caeſaris conſulatum. Nam Caeſari primum conſuli, Galliae utriusque et Illyrici adminiſtratio mandata eſt. Nec vero poſt Caeſarem Culleolus in Illyricum ire potuit. Nam vivo Pompeio Magno epiſtolam ſcriptam eſſe conſtat.

EPISTOLA CLXIII. (ad Div. XIII. 41.)

Scripta Romae post proxime superiorem inter A. U. C. 694. et 699.

Gratias agit suo et Pompeii nomine pro Culleoli erga Lucceium benignitate, eundemque denuo commendat.

M. T. CICERO L. CULLEOLO, S. P. D.

Quae fecisti L. Lucceii causa, scire te plane volo, te homini gratissimo commodasse; et quum ipsi, quae fecisti, pergrata sunt; tum Pompeius, quotiescumque me videt, (videt autem saepe) gratias tibi agit singulares. Addo etiam illud, quod tibi iucundissimum esse certo scio, me ipsum ex tua erga Lucceium benignitate, maxima voluptate affici. Quod superest, quamquam mihi non est dubium, quin quum antea nostra causa, nunc iam etiam tuae constantiae gratia, mansurus sis in eadem ista liberalitate: tamen abs te vehementer etiam atque etiam peto, ut ea, quae initio ostendisti, deincepsque fecisti, ad exitum augeri, et cumulari per te velis. Id et Lucceio, et Pompeio valde gratum fore, teque apud eos praeclare positurum confirmo, et spondeo. De re publica, deque his negotiis, cogitationibusque nostris perscripseram ad te diligenter paucis ante diebus; easque literas dederam pueris tuis.

Epist. CLXIII. *deincepsque*] Vulgo *deinceps*. Copulam Ernestius addidit e MSS. et edd. pr.

EPISTOLA CLXIV. (ad Div. XIII. 49.)

Scripta anno incerto.

Curio Q. Pompeium commendat.

CICERO CURIO, PROC. S. P. D.

Q. Pompeius, Sext. F. multis, et veteribus caussis necessitudinis mihi coniunctus est. Is, quum antea meis commendationibus et rem, et gratiam, et auctoritatem suam tueri consuerit: nunc profecto, te provinciam obtinente, meis literis assequi debet, ut nemini se intelligat commendatiorem umquam fuisse. Quamobrem a te maiorem in modum peto, ut, quum omnes meos aeque ac tuos observare pro nostra necessitudine debeas, hunc in primis ita in tuam fidem recipias, ut ipse intelligat, nullam rem sibi maiori usui, aut ornamento, quam meam commendationem esse potuisse.

EPISTOLA CLXV. (ad Div. I. 10.)

Scr. Romae A. U. C. 699.

Significat Valerio, se eius nomine Lentulo gratias egisse, eumque ut domum redeat hortatur.

M. T. CICERO S. D. L. VALERIO, IURISCONSULTO.

Cur enim tibi hoc non gratificer, nescio; praesertim quum his temporibus audacia pro sapientia liceat

---

Epist. CLXIV. *Curio Proc*] Quis hic Curius fuerit et qua in provincia proconsulare, s. potius pro praetore (nam consulem non fuisse constat) imperium gesserit, incertum est. Itaque nec expediri potest, quo anno haec sit epistola scripta.

Epist. CLXV. *Valerio*] eidem, quem Appio commendat. lib. III.

cur enim tibi hoc non gratificer] ut iurisconsultum appellem.

uti. Lentulo noſtro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. Sed tu velim deſinas iam noſtris literis uti, et nos aliquando reviſas: et ibi malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quam iſtic, ubi ſolus ſapere videare. Quamquam qui iſtinc veniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt, quod nihil reſpondeas: partim contumelioſum, quod male. Sed iam cupio tecum coram iocari. Quare fac, ut quam primum venias, neque in Apuliam tuam accedas, ut poſſimus ſalvum veniſſe gaudere. Nam illo ſi veneris, tamquam Ulyſſes, cognoſces tuorum neminem. Vale.

EPISTOLA CLXVI. (ad Div. II. 1.)

Scr. Romae ſub interregno A. U. C. 700.

Accuſatus a Curione negligentiae literarum ſe excuſat 1. *eumque tamdiu abſentem fuiſſe dolet, hortaturque ut exſpectationem ſui, quum excitaverit, ſuſtineat, ac tueatur.* 2.

M. T. CICERO S. D. C. CURIONI.

Quamquam me nomine negligentiae ſuſpectum tibi eſſe doleo, tamen non tam mihi moleſtum fuit accuſari abs te officium meum, quam iucundum requiri; praeſertim quum, in quo accuſabar, culpa vacarem: in quo autem deſiderare te ſignificabas meas literas, prae te ferres perſpectum mihi quidem, ſed tamen dulcem, et optatum amorem tuum. Equidem neminem praetermiſi, quem quidem ad te perventurum putarem, cui literas non dederim. Etenim quis

---

Lentulo noſtro] Ciliciae adhuc proconſuli. Valerius enim etiam ſub eius ſucceſſore Appio in Cilicia erat.

quod male] Vulgo repetitur hic *reſpondeas* quod praeeunte Martyni-Laguna delevi.

est tam in scribendo impiger, quam ego? A te vero bis, terve summum, et eas perbreves accepi. Quare, si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine: sin me id facere noles, te mihi aequum praebere debebis. Sed de literis hactenus. Non enim vereor, ne non scribendo te expleam; praesertim si in eo genere studium meum non aspernabere.

2 Ego te absuisse tamdiu a nobis et dolui, quod carui fructu iucundissimae consuetudinis tuae; et laetor, quod absens omnia cum maxima dignitate es consecutus; quodque in omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna respondit. Breve est, quod me tibi praecipere meus incredibilis in te amor cogit. Tanta est exspectatio vel animi, vel ingenii tui, ut ego te obsecrare, obtestarique non dubitem, sic ad nos conformatus revertare, ut, quam exspectationem tui concitasti, hanc sustinere, ac tueri possis. Et, quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla umquam delebit oblivio, te rogo, ut memineris, quantaecumque tibi accessiones fient et fortunae, et dignitatis, eas te non potuisse consequi, nisi meis puer olim fidelissimis, atque amantissimis consiliis paruisses. Quare hoc animo in nos esse debebis, ut aetas nostra iam ingravescens, in amore, atque in adolescentia tua conquiescat. Vale.

Epist. CLXVI. 2. *consuetudinis tuae*] *tuae* cum Martyni-Laguna addidimus.

nulla umquam] Sic recte Ernesti ex edd. pr. et MSS. Vulgo *ulla nunquam*.

adolescentia tua] Recte Graevius restituit *tua* quod abesse non potest, iniuria deletum a Grutero auctore Gebhardo. *Ernesti*.

EPISTOLA CLXVII. (ad Div. VII. 11.)

Scr. Romae A. U. C. 700.

Iocatur de interregnis 1. et suadet Trebatio, ut, si e re sua sit, apud Caesarem maneat, sin minus, Romam se recipiat. 2.

CICERO TREBATIO.

Nisi ante Roma profectus esses, nunc eam certe relinqueres. Quis enim tot interregnis iureconsultum desiderat? Ego omnibus, unde petitur, hoc consilii dederim, ut a singulis interregibus binas advocationes

---

Epist. CLXVII. 1. *tot interregnis*] quot interregna fuerint eo anno, facile inveniet, qui Dionem et Pedianum attente legerit. quorum ille lib. XL. scripsit, eo anno quo Calvinus et Messala consulatum gessere, urbem sine magistratibus fuisse per sex menses; Pedianus autem interregni dies non plures quinque fuisse tradidit. Sunt igitur hac ratione interregna XXXVI. in sex mensibus. Duo sunt praeterea, quae docet idem Pedianus, non omittenda ut arbitror; unum, interregem non nisi a senatoribus patriciis et ipsum patricium prodi solitum, quod et Cicero pro domo sua dixit; alterum ut ab eo, qui primus interrex esset proditus, comitia haberentur, moris non fuisse. *Manut.*

desiderat] Vere. Nam interrex ius non dicit. Cessat igitur opera iurisconsultorum, et iustitium in urbe tamdiu est, quamdiu est interregnum. *Manut.* Ernesti maluit *desideret?* Indicativus tamen hic locum suum tuetur.

unde petitur] *Unde petitur* dicebatur is, a quo pecunia in iudicio tamquam debita, petebatur. Non enim *unde petitur* et *debitor* idem sunt. Nam quia vel interdum non debita pecunia petebatur, vel petebatur ante, quam esset coepta deberi; propterea debitor dici non semper poterat is, unde petebatur, sed tum vere, quum pecuniam debebat. *Manut.*

binas advocationes postulent] Est loquendi genus ex Iurisconsultorum schola,

postulent. Satisne tibi videor abs te ius civile didicisse?

Proprie enim is unde petebatur, *postulare advocationem* dicebatur, quum postquam petitor actionem edidisset, peteret a praetore tempus deliberandi velitne stare iudicio, an facere quod petitor postulabat. Hoc tempus ideo dicebatur *advocatio*, quia tum amicos suos convocabat, cum quibus deliberabat, unde petebatur, num vellet caussam excipere ac iure experiri necne. Hi dicebantur *advocati* proprie, et tempus *advocatio*. Senec. prooem. lib. IV. controv. *Tanta illi perturbatio fuit, ut advocationem peteret.* Hinc *advocatio* pro quavis mora. Senec. consul. ad Marc. c. 10. *nihil de hodierna die promittitur; satis magnam advocationem dedi. Nihil de hora.* Et *advocare* est moras nectere. Plin. V. ep. 8. *ideoque interim veniam, ne a forensibus verbis recedam advocandi peto* h. e. moras nectendi. *Graev.* Wielandus acute sensit scrupulum huic loco inesse ab interpretibus vel dissimulatum vel neglectum. Etenim, si ut omnes opinantur, durante interregno nulla esset iurisdictio, quomodo Cicero suadere poterat iis unde petebatur, ut a singulis interregibus binas advocationes postularent? Cui enim bono eas postulassent, si nemo eos in ius vocare posset? Itaque Wielandus coniicit de pecuniis creditis apud interreges agi potuisse, eamque partem iurisdictionis ab interregibus quoque administratam fuisse. Dignus sane est nodus, qui diligentius expediatur. Nolim tamen hoc uno argumento quisquam sibi persuadeat, interreges inter petitores, et eos unde petebatur ius dixisse. Quid enim? si Cicero ipse hunc iocum suum riserit? Nam verba quae sequuntur: *Satisne tibi videor abs te ius civile didicisse?* eiusmodi sunt, ut videatur vereri, ne Trebatius sibi iuris imperitiam exprobret, quod velit ab interregibus advocationes postulari? Hoc certum est, si interreges de rebus creditis ius dixerint, Ciceronis iocum salsissimum; sin sub interregnis omnis iurisdictio cessaverit, frigidum esse.

Sed heus tu, quid agis? ecquid fit? video enim, 2 te iam iocari per literas. Haec ſigna meliora ſunt, quam in meo Tuſculano. Sed quid ſit, ſcire cupio. Conſuli quidem te a Caeſare ſcribis; ſed ego tibi ab illo conſuli mallem. Quod ſi aut fit, aut futurum putas, perfer iſtam militiam, et permane. Ego enim deſiderium tui, ſpe tuorum commodorum conſolabor. Sin autem iſta ſunt inaniora: recipe te ad nos. Nam aut erit hic aliquid aliquando; aut, ſi minus, una mehercule collocutio noſtra, pluris erit, quam omnes Samarobrivae. Denique, ſi cito te retuleris: ſermo nullus erit. Si diutius fruſtra abfueris: non modo Laberium, ſed etiam ſodalem noſtrum Valerium pertimeſco. Mira enim perſona induci poteſt Britannici iureconſulti. Haec ego non rideo, quamvis tu rideas;

---

2. *ecquid ſit?*] quaerit an Caeſar ei iam aliquid tribuerit, quo facultates augere poſſet.

haec ſigna] Ludit in ambiguitate vocabuli *ſignum*: Ioci tui, inquit, ſigna proſperi ſucceſſus tui, meliora ſunt, quam ſigna mea in Tuſculano nimio empta; ac fortaſſe reſpicit ea, quae Fabius Gallus ei emerat. cf. ep. 124.

omnes Samarobrivae] Urbs in Gallia inter Belgas ubi tum videtur cum Caeſare fuiſſe Trebatius. *Manut.* Eius iam ſupra ep. 147. mentio facta; et infra fiet ep. 170.

Laberium] clarum illo tempore mimorum ſcriptorem.

Valerium]. Valerium intelligo ICtum, ad quem eſt epiſtola 10. lib. I. ad Div. (hui. ed. ep. 165.) nempe et ipſum facetum fuiſſe, videtur ex illa epiſtola apparere; aut ludit in eum, ut non magnum ICtum. Senſus igitur eſſe videtur: etiam Valerius etſi mediocris ipſe homo, tamen in te iocabitur et te ridebit. *Erneſti.* At, quum de mimo agatur, in quo Laberius iuriſconſulti Britannici perſonam inducere poſſet, Valerium ICtum hic innuere videtur, tanquam Laberii in mimo illo componendo συνεργον, qui ei ſubminiſtrare poſſet ridiculos quosdam ICti Britannici errores.

sed de re severissima tecum, ut soleo, iocor. Remot ioco, tibi hoc amicissimo animo praecipio, ut, si isti mea commendatione tuam dignitatem obtinebis, pe: feras nostri desiderium; honestatem, et facultates tua augeas; sin autem ista frigebunt, recipias te ad no: Omnia tamen, quae vis, et tua virtute profecto, (nostro summo erga te studio consequere.

EPISTOLA CLXVIII. (ad Div. II. 2.)

Scr. Romae A. U. C. 700.

Patris obitum Curioni absenti significat, et ut ei patrimo nium dii fortunent, optat.

M. T. CICERO C. CVRIONI, S. D.

Gravi teste privatus sum amoris summi erga ti mei, patre tuo, clarissimo viro: qui quum suis laudi bus, tum vero te filio superasset omnium fortunam, s ei contigisset, ut te ante videret, quam a vita discede ret. Sed spero nostram amicitiam non egere testibus

---

Epist. CLXVIII. *Gravi teste*] Curionem enim adolescentem in gratiam irati patris Cicero sua auctoritate reduxerat, qua de re scriptum est in Philipp. II. *Manut.*

clarissimo viro] C. Scribonio Curione, consulari et triumphali. Post consulatum in Macedoniam profectus Dardanis et Moesiis devictis primus Romanorum ducum ad Danubium usque pervenit. — Cicero nominat eum inter Pontifices orat. de harusp. resp. c. 6 In libro de claris orat. c. 60 non contemnendum ait oratorem fuisse, consuetudine tantum domestica bene et emendate loquendi, nulli scientia literarum, infirmi etiam memoria. Lib. III. de off. c. 22. reprehendit eum, quod in genere deliberativo solum spectaret utilitatem, ut in causa Transpadanorum, quam esse aequam fatebatur, semper autem addebat: *vincat utilitas.* — *Manut.*

Tibi patrimonium dii fortunent. Me certe habebis, cui et carus aeque sis, et iucundus, ac fuisti patri.

EPISTOLA CLXIX. (ad Div. II. 3.)

Scr. Romae A. U. C. 700.

Rupam Curionis libertum excusat quod in patris funere ludos populo non promiserit, et quid sibi omnino de his muneribus videatur, significat.

M. T. CICERO C. CURIONI, S. D.

Rupae studium non defuit declarandorum munerum tuo nomine; sed nec mihi placuit, nec cuiquam tuorum, quidquam, te absente, fieri, quod tibi, quum venisses, non esset integrum. Equidem quid sentiam, aut scribam ad te postea pluribus; aut, ne ad ea meditere, et imparatum te offendam, coram contra istam tuam rationem, meam dicam: ut aut te in meam sententiam adducam, aut certe testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim; ut, si quando quod nolim, displicere tibi consilium tuum coeperit, possis

---

et iucundus] Sic recte Victorius, multis Mss. addicentibus. Olim erat *et periucundus*.

Epist. CLXIX. *non esset integrum*] ut si consilium nostrum probares, mutare sententiam posses. Verebatur Cicero, ne muneribus dandis aeris alieni plurimum Curio contraheret, eoque coactus omissa rei publ. causa cum improbis civibus, maximeque cum Caesare, societatem, bonis exitiosam, coiret, quod ita contigit. *Manut.*

aut ne ad ea — meam dicam] Sic melius h. l. constituit Martyni-Laguna. Vulgo *aut, ne ad eam mediteris, imparatum te offendam, coramque contra istam rationem, meam dicam.*

displicere] Putat Cicero futurum, ut aliquando Curionem poeniteat eorum sumptuum, quos in his muneribus fecerit. Nec aliter cecidit. Nam quum

meum recordari. Brevi tamen sic habeto, in eum statum temporum tuum reditum incidere, ut iis bonis, quae tibi natura, studio, fortuna data sunt, facilius omnia, quae sunt amplissima in re publica, consequi possis, quam muneribus: quorum neque facultatem quisquam admiratur; (est enim copiarum, non virtutis;) neque quisquam est, quin satietate iam defessus sit. Sed aliter, atque ostenderam, facio, qui ingrediar ad explicandam rationem sententiae meae. Quare omnem hanc disputationem in adventum tuum differo. Summa scito te in exspectatione esse, eaque a te exspectari, quae a summa virtute, summoque ingenio exspectanda sunt: ad quae si es, ut debes, paratus, quod ita esse confido, plurimis maximisque muneribus, et nos amicos, et cives tuos universos, et rem publicam afficies. Illud cognosces profecto, mihi te neque cariorem, neque iucundiorem esse quemquam.

EPISTOLA CLXX. (ad Div. VII. 12.)

Scr. Romae A. U. C. 700.

Per iocum exagitat Trebatium, quem Epicureum factum esse Pansa narraverat.

CICERO TREBATIO.

Mirabar, quid esset, quod tu mihi literas mitte-

Curio in funebri patris munere praeter cetera ludos dedisset, et in iis pantheras ut scripsit Coelius lib. VIII. 6. 7. ad Diverf. dedisset etiam admirandam illam, quae amphitheatri formam faceret, ligneam machinam, de qua Plinius XXXVI. 15. magnum sibi aes alienum contraxit, et quum praestituta die, creditoribus suis satisfacere non posset, intercalationem i. e. prorogationem temporis a Pontificibus petiit, quam quum non obtinuisset, addixit se suamque sententiam Caesari, deserto rei publ. patrocinio. ep. 9. lib. VIII. ad Div. *Manut.*

re intermisisses. Indicavit mihi Pansa meus, Epicureum te esse factum. O castra praeclara! quid tu fecisses, si te Tarentum, non Samarobrivam misissem? Iam tum mihi non placebas, quum idem intuebare, quod et Titius familiaris meus. Sed quonam modo ius civile defendes, quum omnia tua causa facies, non civium? Ubi porro illa erit formula fiduciae, *inter bonos bene agier?* Quis enim est *bonus*, qui facit nihil, nisi sua causa? Quod ius statues COMMUNI DIVI-

---

Epist. CLXX. *Pansa*] C. Vibius Pansa, qui consul postea fuit cum Hirtio. *Manut.*

o castra praeclara] i. e. o scholam s. sectam praeclaram. Cave enim vertas cum Schmiedero, *das mag in eurem Lager schön zugehen.* optime Wielandus: *Da hast du dich unter eine rühmliche Fahne begeben.*

Tarentum]. mollem civitatem, nequitiaeque deditam. Horat. serm. II. 4. Athenaeus lib. IV. solitos dicere Tarentinos, ait, aliis laboriosam vitam, sibi voluptariam, placere. *Manut.*

Titius] Lectio huius nominis incerta est. Graevius dedit *Seius*, quod in pluribus libris est. In meo est *Canus*, in alio *Caius*; unde Corradus coniiciebat *Catius*, qui Epicureus fuit; quod tamen non sufficit. Nam eum Ciceronis familiarem fuisse vix credam. *Ernesti.* Manutio placebat, *Titus*, ut ad T. Pomponium Atticum pertineret. Verum de eo nihil opus fuisset addere *meus familiaris.* Equidem vel *Seius*, vel *Catius* verum esse puto. Nam *Seium* familiarem Ciceronis fuisse constat.

facies] Ita melius edd. nonnullae et Ms. Ern. Vulgo *facias.*

inter bonos bene agier] Vulgo *ut inter bonos bene agier oportet.* At iam Manutius intellexit voculas *ut* et *oportet* a glossatore additas esse, quum ista formula alibi quoque brevius enuntietur e. c. Off. III. c. Top. 17.

est bonus] Revocavi *bonus* e Manut. aliisque, post a Gebhardo deletum. Durius enim hic omitti, iam Ernestius monuit. Sed Manutius totam ῥῆσιν *quis enim est — causa* a duobus antiquis libris abesse testatur, ut videri possit ab interpolatore profecta.

DUNDO, quum commune nihil possit esse apud eo qui omnia voluptate sua metiuntur? Quomodo aute tibi placebit, IOVEM LAPIDEM iurare, quum scia Iovem iratum esse nemini posse? Quid porro fiet pop lo Ulubrano, si statueris, πολιτεύεσθαι non oporter Quare si plane a nobis deficis, moleste fero: sin Pa sae assentari commodum est, ignosco; modo scribe a quando ad nos, quid agas, et a nobis quid fieri, a curari velis.

EPISTOLA CLXXI. (ad Div. VII. 13.)

Scr. Romae IV. non. Mart. A. U. C. 700.

Literarum intermissionis excusationem quum non accepiss Trebatius, iocose eius superbiam accusat, aitque se vere ne in provincia, ubi omnia armis gerantur, iurisprudenti ei parum prosit.

M. CICERO S. D. TREBATIO.

Adeone me iniustum esse existimasti, ut tibi ira

---

quum scias] *scias* sine causa suspectum fuit Ernestio. Est enim i. q. quum te scire opineris, respiciturque Epicureorum ratio, qua nihil, ut Corradus vidit, tam verebantur, quam ne de aliqua re dubitare viderentur.

populo Ulubrano] qui erat in Trebatii clientela ad div. VII. 18. (hui. ed. 173.) Ulubrae autem non colonia, non municipium, sed praefectura fuit, ut haec vetus inscriptio ab egregio iurisconsulto Ioanne Turritiano ad me missa declarat:

C. OPPIUS. SP. F. COL
RUFUS PAGI MAGISTER
IDEM PRAEFECTUS ULU
BRIS IUREDICUNDO

Praefecturae autem ius Romanae civitatis habebant Romanisque tum legibus tum magistratibus utebantur, vel a populo creatis ve a praetore urbano delectis *Manut.*

si plane a nobis deficis] si non ficte, ut assenteri Pansae (Epicuri sectam e instituta persequenti ad Div XV. 19.) sed vere et ex tu sententia Epicureus factus es *Manut.*

ſcerer, quod parum mihi conſtans, et nimium cupidus decedendi viderere, ob eamque cauſam me arbitrarere literas ad te iamdiu non miſiſſe? Mihi perturbatio animi tui, quam primis literis perſpiciebam, moleſtiam attulit. Neque alia ulla fuit cauſa intermiſſionis epiſtolarum, niſi quod, ubi eſſes, plane neſciebam. Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis. Audi, Teſta mi. Utrum ſuperbiorem te pecunia facit, an quod te imperator conſulit? Moriar, ni, quae tua gloria eſt, puto te malle a Caeſare conſuli, quam inaurari. Si vero utrumque eſt: quis te feret, praeter me, qui omnia ferre poſſum? Sed, ut ad rem redeam, te iſtic invitum non eſſe, vehementer gaudeo; et, ut illud erat moleſtum, ſic hoc eſt iucundum. Tantum metuo, ne artificium tuum tibi parum proſit. Nam, ut audio, iſtic

Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro
Rem repetunt.

At tu non ſoles ad vim faciundam adhiberi; neque eſt, quod illam exceptionem in interdicto pertimeſcas:

Epiſt. CLXXI. *moleſtiam attulit*] non iram commovit.

nam, ut audio] Sic edd. pr. Graev. et Ms. Ern. Alii *nam, ita audio.*

non ex iure manum conſertum] Enniani verſus ex octavo Annali, quos lib. XX. c. 9. recitat Gellius hi ſunt:

Pellitur e medio ſapientia; vi geritur res.
Spernitur orator bonus, horridu' miles amatur.
Haud doctis dictis certantes, ſed maledictis
Miſcent inter ſeſe inimicitias agitantes.
Non ex iure manum conſertum, ſed mage ferro
Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt ſolida vi.

Eosdem verſus ponit Cicero in orat. pro Murena; Auguſtinus ep. 8. lib. XV. Servius in ult. ecl. Virgil. *Manut.*

at tu non ſoles — adhiberi] Sic veriſſime Lambinus. Vulgo: *et tu ſoles ad vim faciendam adhiberi?* quae verborum ſtructura nec antecedentibus nec conſequentibus convenit.

QUOD TU PRIOR VI HOMINIBUS ARMATIS VENERIS. Scio enim, te non esse procacem in lacessendo. Sed, ut ego quoque te aliquid admoneam de nostris cautionibus: Treviros vites censeo. Audio capitales esse. Mallem auro, aere, argento essent. Sed alias iocabimur. Tu ad me de istis rebus omnibus scribas velim quam diligentissime. A. d. IIII non. Mart.

EPISTOLA CLXXII. (ad Div. VII. 15.)

Scr. Romae A. U. C. 700.

Suum absentis Trebatii desiderium declarat, et de Matii familiaritate gratulatur.

CICERO TREBATIO.

Quam sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi

---

hominibus armatis veneris] perperam vulgo post armatis inculcatum *non*. „Verum hoc delendum est. Nam si id esset in exceptione, non erat, quare Trebatium iuberet non extimescere eam. Et ei convenit etiam sequens, *scio te non esse procacem in lacessendo;* nec adeo vim adhibuisse atque timere illud interdictum debere.“ *Ernesti.*

de nostris cautionibus] Sic edidi cum Graevio pro *vestris;* estque sic in Ms. Gu. Nam hic non agitur de ICtorum cautionibus, sed Cicero suam aliquam cautionem scribit, cuius lepos est in *Treviros* et eius verbi ambiguitate. *Ernesti.*

Treviros] Galliae populos, Rheno flumini finitimos, qui arcessitis Gallorum auxiliis, quum Labienum Caesaris legatum obsedissent, ab eo castris erumpente fusi fugatique sunt Caes. de B. G. lib. V.

capitales] exitium ferentes, caput petere solitos. Philipp. V. *ad quentam Septimium, capitalem hominem, collegam suum miserat.* Et de Fin. lib. IV. c. 12. *capitalis adversarius.* Iocatur hic Cicero in verbo capitales, quia Romae *triumviri capitales* erant. *Manut.*

mallem auro — essent] Alludit ad Treviros s. Triumviros monetales qui etiam dicebantur III. V. A. A. A.

potest. Moleste ferebam antea, te invitum istic esse; pungit me rursus, quod scribis esse te istic libenter. Neque enim mea commendatione te non delectari facile patiebar: et nunc angor, quidquam tibi sine me esse iucundum. Sed hoc tamen malo ferre desiderium, quam te non ea, quae spero, consequi. Quum vero in C. Matii, suavissimi, doctissimique hominis familiaritatem venisti, non dici potest quam valde gaudeam: qui fac ut te quam maxime diligat. Mihi crede, nihil ex ista provincia potes, quod iucundius sit, deportare. Cura, ut valeas.

EPISTOLA CLXXIII. (ad Div. VII. 18.)

Scr. in Pomptino VI. Id. Apr. A. U. C. 700.

Laudat constantiam Trebatii in perferenda militia. 1. iocatur in eius parsimonia, quod scripserat in palimpsesto. 2. se eum Balbo commendaturum scribit, et mense Aprili Roma abfuturum 3. denique epistolam Trebatii, ut mandaverit, conscidisse significat. 4.

CICERO TREBATIO, S. D.

Accepi a te aliquot epistolas uno tempore, quas

F. F. h. e. treviri s. triumviri *auro argento*, *aeri flando feriundo*. Sensus igitur est, mallem istos hostes Treviros pecuniosos, quam bellicosos esse, ut tibi praeda potius quam caedes pararetur.

Epist. CLXXII. *malo ferre*] Vulgo additur *nos* quod auctore Ernestio delevi.

C. *Matii*] cuius exstat gravissima epistola lib. II. Apud Caesarem gratia valuit lib. VI. ad Fam. ep. 12.

doctissimi] Quintilianus lib. XII. c. 6. ait Matium ante quaestoriam aetatem orasse. Columella XII. 4. et 44. scripsisse eum de pistore, coquo et cellario libros tres. A Gellio quoque et Macrobio laudari video doctrinam Cn. Matii. Sed ibi Cnaeus, hic Caius nominatur, ut vel duo Matii fuerint, diverso praenomine, uterque inprimis eruditus; vel si unus fuit, mendum in alterutro praenomine, *Man.*

tu diversis temporibus dederas: in quibus me ceter[a] delectarunt. Significabant enim, te istam militiam iam firmo animo ferre, et esse fortem virum et constantem. Quae ego paullisper in te ita desideravi, non imbecillitate animi tui, sed magis ut desiderio nostri te aestuare putarem. Quare perge, ut coepisti; forti animo istam tolera militiam. Multa, mihi crede, assequere. Ego enim renovabo commendationem; sed tempore. Sic habeto, non tibi maiori esse curae, ut iste tuus a me discessus quam fructuosissimus tibi sit, quam mihi. Itaque, quando vestrae cautiones infirmae sunt, Graeculam tibi misi cautionem chirographi mei.

Epist. CLXXIII. 1. *me cetera delectarunt*] praeter unum quod infra §. 2. ait se miratum esse.

graeculam cautionem chirographi] locus lepidus, sed non satis intellectus optimis interpretibus. Quia iocatur cum ICto, commendationem quam vocat *cautionem* et quidem *chirographi* sui, quia sua manu epistolam scripserat, quum in cautionibus iuris etiam sit, quae chirographo fit. Tum deinde hanc cautionem *graeculam* vocat; non quia epistola graece scripta fuit, ut Victorius, Manutius etc. cepere; nam tropice dictum esse debet, quia et cetera sic dicta sunt; sed quia levis erat et incertae fidei: (*graeca fides* nota est) unde et opponitur *Romana* mox: *Balbo te more Romano commendabo*. Sic intellexit haec etiam Burmannus ad Petron. c. 46. *Ernesti*. In ceteris Ernestio assentior; sed de *graecula cautione* in aliam sententiam discedo. Etenim quum Cicero his verbis: *quando vestrae cautiones infirmae sunt*, nihil aliud significet, quam eum apud Caesarem suis ipsius viribus haud satis magnam gratiam inire posse, ait se Trebatio aliquid misisse, quo fortius Caesari commendaretur. Id videtur poëma fuisse graecis versibus in laudem Caesaris conscriptum, cum epistola Trebatium iterum commendante coniunctum. Sin cum Ernestio *graeculam* exponas levem et incertae fidei, quid ineptius et insulsius fuisset? Dixisset enim Cicero, quam

Tu me velim de ratione Gallici belli certiorem 2 facias. Ego enim ignavissimo cuique maximam fidem habeo. Sed, ut ad epistolas tuas redeam, cetera belle: illud miror. Quis solet eodem exemplo plures dare, qui sua manu scribit? Nam quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam. Sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, nisi forte tuas formulas. Non enim puto te meas epistolas delere, ut reponas tuas. An hoc significas, nihil fieri? frigere te? ne chartam quidem tibi suppeditare? Iam ista tua culpa est, qui verecundiam tecum extuleris, et non hic nobiscum reliqueris. Ego te Balbo, quum ad vos proficiscetur, more Romano commendabo.

---

doquidem tu per te ipsum Caesari haud satis commendaris, ego tibi levem, inanem et parum fidam commendationem misi. Neque vero oppositio sit necesse est inter haec verba *graeculam cautionem*, et ea quae sat magno intervallo post sequuntur, quum dicit: *ego te Balbo more Romano commendabo.*

2. *ignavissimo — habeo*] Iocus in Trebatium, hominem non militarem; ceterum subest aliquid veri. Nam id genus hominum non minuit periculum. *Ernesti.*

quis solet] Inter epistolas a Trebatio acceptas binae fuerunt eodem exemplo scriptae: nimirum per errorem Trebatius epistolam, ac simul eius apographum miserat. Nam omnes, ut Manutius putat, eodem exemplo fuisse scriptas, haud est credibile.

in palimpsesto] h. e. in membrana, s. charta pergamena, in qua priore scriptura deleta, aliud inscribitur.

quod delere malueris] Quod vulgo additur: *quam haec scribere*, de Lambini, Gronovii, Graevii, Ernestii sententia resecui. Inepta enim est appendicula glossatoris. *quod delere malueris* scil. quam ut scriptum erat asservare, et epistolam ad me non in palimpsesto, sed in nova charta scribere.

ut reponas tuas] non int. *formulas* ut Manutius putabat, sed *epistolas.*

verecundiam] qua erga Caesarem uteris, quem potius paulo impudentius sollicitare debebas.

more Romano] i. e. diligentissime et gravissime.

Tu, si intervallum longius erit mearum literarum, ne sis admiratus. Eram enim absuturus mense Aprili. Has literas scripsi in Pomptino, quum ad villam Metrilii Philemonis divertissem: ex qua iam audieram fremitum clientium meorum, quos quidem tu mihi conciliasti. Nam Ulubris honoris mei causa vim maximam ranunculorum se commosse constabat. Cura ut valeas. VI. idus. April. de Pomptino.

S Epistolam tuam, quam accepi ab L. Arruntio, conscidi innocentem. Nihil enim habebat, quod non vel in concione recte legi posset. Sed et Arruntius ita te mandasse aiebat, et tu adscripseras. Verum illud esto. Nihil te ad me postea scripsisse demiror, praesertim tam novis rebus.

EPISTOLA CLXXIV. (ad Div. II. 4.)

Scr. Romae A. U. C. 700.

Diversa scribit epistolarum genera esse, quorum hoc tempore nullum sibi ad Curionem conveniat. Nihil itaque superesse, quam ut eum ad studium summae laudis cohortetur.

M. T. CICERO C. CURIONI, S. D.

Epistolarum genera multa esse non ignoras: sed

Metrilii Philemonis] Manutius coni. *M. Aemilii Ph.* Rutgersius: *Metilii Philemonis*.

fremitum clientium meorum] Mirum est hoc Manutium proprie de clientibus quos Trebatius Ciceroni in Galliam proficiscens, commendaverit, et de eorum concursu ad salutandum Ciceronem accepisse. Nam clientes iocose vocat ranunculos Ulubranos; eorum fremitum i. e. clamorem ait se iam in Pomptino exaudivisse. Eos ait sibi conciliatos esse a Trebatio, Ulubrarum praefecto, ut honoris sui causa vociferarentur.

ita te mandasse] non iussisse, quomodo vulgo *mandare* dicunt, vel accipiunt, sed, ut mihi diceret rogasse. *Ernesti*.

unum illud certissimum, cuius causa inventa res ipsa est, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum interesset. Huius generis literas a me profecto non expetis. Tuarum enim rerum domesticos habes et scriptores, et nuntios. In meis autem rebus nihil est sane novi. Reliqua sunt epistolarum genera duo, quae me magnopere delectant: unum familiare, et iocosum; alterum severum, et grave. Utro me minus deceat uti, non intelligo. Iocerne tecum per literas? civem mehercule non puto esse, qui temporibus his ridere possit. An gravius aliquid scribam? quid est, quod possit graviter a Cicerone scribi ad Curionem, nisi de re publica? Atque in hoc genere haec mea causa est, ut neque ea, quae sentio, nec quae non sentio, velim scribere. Quam ob rem, quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, utar ea clausula, qua soleo, teque ad studium summae laudis cohortabor. Est enim tibi gravis adversaria constituta, et parata, incredibilis quaedam exspectatio: quam tu una re facillime vinces, si hoc statueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eae laudes comparantur, in iis esse elaborandum. In hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse considerem: et hoc, quidquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Vale.

Epist CLXXIV. *tuarum enim rerum domesticos habes*] Sic antiquus liber Ursini. Vulgo *tuarum enim rerum domesticarum habes*. Martyni-Laguna edidit: *tuarum enim rerum domesticarum domesticos habes*. At notio verbi *domesticarum* iam inest in *tuarum*.

ut neque ea quae sentio nec quae non sentio velim scribere] Ita recte Martyni-Laguna edidit. Vulgo *ut neque ea quae non sentio velim scribere*. In quo nonnulli pro *non* e Mss. dederunt *nunc*.

EPISTOLA CLXXV. (ad Div. II. 5.)

Scripta Romae A. U. C. 700.

Questus de publicis malis Curioni gratulatur; quod ea non videat, et ut magnam in provincia laudem sibi comparatam, tueatur, incredibilique hominum exspectationi satis faciat, hortatur.

M. T. CICERO C. CURIONI, S. P. D.

Haec negotia quomodo se habeant, ne epistola quidem narrare audeo. Tibi, etsi, ubicumque es (ut scripsi ad te antea) in eadem es navi: tamen quod abes, gratulor; vel quia non vides ea, quae nos; vel quod excelso, et illustri loco sita sit laus tua, in plurimorum et sociorum, et civium conspectu; quae ad nos nec obscuro, nec vario sermone, sed et clarissima, et una omnium voce perfertur. Unum illud nescio, gratulerne tibi, an timeam, quod mirabilis est exspectatio reditus tui; non quo verear, ne tua virtus opinioni hominum non respondeat; sed mehercule, ne, quum veneris, non habeas iam, quod cures; ita sunt omnia debilitata et prope iam exstincta. Sed haec ipsa nescio, rectene sint literis commissa. Quare cetera cognosces ex aliis. Tu tamen, sive habes aliquam spem de re publica, sive desperas: ea para, meditare, cogita, quae esse in eo civi, ac viro debent, qui sit rem publicam afflictam, et oppressam miseris temporibus, ac perditis moribus, in veterem dignitatem ac libertatem vindicaturus.

Epist. CLXXV. *in — sociorum et civium conspectu*] nempe in Asia, in qua Curio quaesturam videtur administrasse.

debilitata et prope iam exstincta] Concinniorem verborum ordinem cum Martyni - Laguna restituimus. Vulgo nuper *debilitata iam prope et exstincta.*

EPISTOLA CLXXVI. (ad Div. V. 17.)

Scr. Romae fortassis A. U. C. 700.

Sextium ut fortiter exsilium ferat hortatur, eique sua officia promittit.

M. T. CICERO S. D. P. SEXTIO, P. F.

Non oblivione amicitiae nostrae, neque intermissione consuetudinis meae, superioribus temporibus ad te nullas literas misi; sed quod priora tempora in ruinis rei publicae, nostrisque iacuerunt: posteriora autem me a scribendo, tuis iniustissimis atque acerbissimis incommodis, retardarunt. Quum vero et intervallum iam satis longum fuisset, et tuam virtutem animique magnitudinem diligentius essem mecum recordatus: non putavi esse alienum institutis meis, haec ad te scribere. Ego te, P. Sexti, et primis temporibus illis, quibus in invidiam absens, et in crimen vocabare, defendi; et, quum in tui familiarissimi iudicio ac periculo tuum coniungeretur, ut potui accuratissime te tuamque causam tutatus sum; et proxime, recenti adventu meo, quum rem aliter institutam of-

---

Epist. CLXXVI. *Sextio P. Filio*] non illi Sextio, pro quo Ciceronis exstat oratio, nam hic Lucii filius erat; sed eius cognato et familiari, quem Pighius A. U. 695. quaestorem, et postea aedilem censet fuisse.

in ruinis reipubl. nostrisque] Pisonis et Gabinii consulatum, suumque exsilium significat.

tui familiarissimi] An significatur P. Sextius L. filius, pro quo exstat oratio? Verum in hac oratione nulla huius Sextii P. F. mentio. Ergo res est incerta.

ac periculo tuum] Vulgo addebatur *crimen*, quod Gulielmus, Gebhardus, Ernestius e glossatore adiectum intellexerunt.

recenti adventu meo] Videtur reditum ab exsilio significare. Sin reditum e Cilicia innuat epistola anno 704. alliganda esset. Manutio autem placebat, eam post reditum Ciceronis e pugna Pharsalica scriptam.

fendissem, ac mihi placuisset, si affuissem: tamen nulla re saluti tuae defui; quumque eo tempore invidia annonae, inimici non solum tui, verum etiam amicorum tuorum, iniquitas totius iudicii, multaque alia rei publicae vitia, plus quam causa ipsa veritasque valuissent: Publio tuo neque opera, neque consilio, neque labore, neque gratia, neque testimonio defui. Quam ob rem, omnibus officiis amicitiae diligenter a me sancteque servatis, ne hoc quidem praetermittendum esse duxi, te ut hortarer, rogaremque, ut et hominem te, et virum esse meminisses, id est, ut et communem, incertumque casum, quem neque vitare quisquam nostrum, nec praestare ullo pacto potest, sapienter ferres; et dolori fortiter ac fortunae resisteres, cogitaresque, et in nostra civitate, et in ceteris quae rerum potitae sunt, multis fortissimis atque optimis viris, iniustis iudiciis, tales casus incidisse. Illud utinam ne vere scriberem, ea te re publica carere, in qua neminem prudentem hominem res ulla delectet. De tuo autem filio, vereor, ne si nihil ad te scripserim, debitum eius virtuti videar testimonium recusasse: sin autem omnia, quae sentio, perscripserim, ne refricem meis literis desiderium, ac dolorem tuum. Sed tamen prudentissime facies, si illius pietatem, virtutem, industriam, ubicumque eris, tecum esse, tuam esse du-

---

invidia annonae] Fortasse ex caritate annonae, quae eo ipso anno quo Cicero ab exsilio rediit, inciderat, et cuius culpam Sextio P. F. (si modo verum est, eum illo anno aedilem fuisse) homines imputasse videntur.

Publio tuo] P. Sextii, ad quem est haec epistola, filio.

recusasse] Sic Martyni-Laguna, utrum e codicis auctoritate, an suopte ingenio nescio. Vulgo erat *non cepisse;* Graevius *accepisse*. Neutrum ferri potest. Lambinus *non dedisse.*

tecum esse, tuam esse] Hunc verborum ordinem, quem praeoptavit Martyni-Laguna ego quoque meliorem puto vulgato *tuam esse*,

ces. Nec enim minus noſtra ſunt, quae animo complectimur, quam quae oculis intuemur. Quam ob rem et illius eximia virtus, ſummusque in te amor, magnae tibi conſolationi debet eſſe; et nos, ceterique qui te non ex fortuna, ſed ex virtute tua pendimus, ſemperque pendemus; at maximae animi tui conſcientia, quum tibi nihil merito accidiſſe reputabis; cui et illud adiunges, homines ſapientes turpitudine, non caſu, et delicto ſuo, non aliorum iniuria commoveri. Ego, et memoria noſtrae veteris amicitiae, et virtute atque obſervantia filii tui monitus, nullo loco deero, neque ad conſolandum, neque ad levandum fortunam tuam. Tu ſi quid forte ad me ſcripſeris, perficiam, ne te fruſtra ſcripſiſſe arbitrere.

EPISTOLA CLXXVII. (ad Att. IV. 17.)

Scr. Romae A. U. C. 700.

Familiariter et iocoſe Trebatium, quod Chryſippo Vettio literas ad ſe non dederit, obiurgat.

CICERO TREBATIO.

Chryſippus Vettius, Cyri architecti libertus, fecit, ut te non immemorem putarem mei. Salutem

---

tecum eſſe; ſic enim *tecum* aptius refertur ad antecedens *ubicumque*, et *tuam* ad ſequens *noſtra*.

qui — pendimus ſemperque pendemus] Martyni-Laguna neſcio qua auctoritate edidit *qui non ex fortuna ſed ex virtute tua pendemus*.

at maximae — cui et illud] Sic Martyni-Laguna. Vulgo *et maxime — et illud*.

Epiſt. CLXXVII. *Cyri*] hic libertus fuit ab architectura nobilis. De quo ad Att. III. 2. (hui. ed. ep. 54.) et ad Q. Fr. II. 2. (hui. ed. ep. 97.) hic obiit eo anno quo P. Clodius occiſus eſt, ipſumque Clodium et Ciceronem reliquit heredem, ut ex orat. pro Milone intelligitur. *Manut.*

enim verbis tuis mihi nuntiarat. Valde iam lautus es, qui gravere literas ad me dare, homini praesertim prope domestico. Quod si scribere oblitus es: minus multi iam, te advocato, causa cadent. Sin nostri oblitus es: dabo operam, ut istuc veniam ante, quam plane ex animo tuo effluo. Sin aestivorum timor te debilitat: aliquid excogita, ut fecisti de Britannia. Illud quidem perlibenter audivi ex eodem Chrysippo, te esse Caesari familiarem. Sed mehercule mallem, id quod erat aequius, de tuis rebus ex tuis literis quam saepissime cognoscere. Quod certe ita fieret, si tu maluisses benivolentiae, quam litium iura perdiscere. Sed haec iocati sumus, et tuo more, et nonnihil etiam nostro. Te valde amamus, nosque a te amari quum volumus, tum etiam confidimus.

---

scribere] Videtur loqui simpliciter, sed ut solet per iocum unico verbo duas res attingit. Simul enim de iurisconsultorum scriptione significat, quod sequentibus verbis ostenditur. Et Pomponius l. II. de orig. iur. *aut iudicibus*, ait, *ipsis iurisconsulti scribebant*, *aut testabantur*, *qui illos.consuluerant*. Cic. pro Murena c. 9.: *hanc urbanam militiam respondendi*, *scribendi*, *cavendi*. Scribebant formulas sponsionum, stipulationum, actionum testamentorum etiam. Nam. Cic. de Orat. *si tu Scaevola omnium testamenta scripseris*. Est igitur, ut *cavere*, sic *scribere* iurisconsultorum. *Manut.*

effluo] Ernesti mavult *effluam*.

aestivorum timor] Cavillatur Trebatium, ut imbellem, et sibi a praeliorum periculo metuentem.

EPISTOLA CLXXVIII. (ad Div. II. 6.)

Scr. Romae A. U. C. 700.

Cn. Domitio Calvino M. Valerio Messala (post sex mensium interregnum) Coss.

Curioni ex Asia adventanti Milonis caussam, consulatum petentis, diligentissime commendat.

M. T. CICERO C. CURIONI, S. P. D.

Nondum erat auditum, te ad Italiam adventare, quum Servilium, Milonis mei familiarem, cum his ad te literis misi. Sed tamen quum appropinquare tuus adventus putaretur, et te iam ex Asia Romam versus profectum esse constaret, magnitudo rei fecit, ut non vereremur, ne nimis cito mitteremus, quum has quam primum ad te perferri literas magnopere vellemus. Ego si mea in te essent officia solum, Curio, tanta, quanta magis a te ipso praedicari, quam a me ponderari solent: verecundius a te, si quae magna res mihi petenda esset, contenderem. Grave est enim homini pudenti, petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet; ne id, quod petat, exigere magis, quam rogare, et in mercedis potius, quam beneficii loco numerare videatur. Sed quia tua in me, vel nota omnibus, vel ipsa novitate temporum meorum clarissima et maxima beneficia exstiterunt; estque animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum

---

Epist. CLXXVIII. *Servilium*] Sic multi codd. Alii *Sex. Villium*. Martyni-Laguna dedit *Sextum Servilium*.

mitteremus] Sic Mss. Gu. et noster et edd. pr. quod et Graevius restituit, pro vulg. *mitterem*. *Ernesti*.

velle debere: non dubitavi, id a te per literas petere, quod mihi omnium esset maximum, maximeque necessarium. Neque enim sum veritus, ne sustinere tua in me merita vel innumerabilia non possem: quum praesertim considerem, nullam esse gratiam, quam non vel capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando cumulare atque illustrare posset.

2 Ego omnia mea studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi, et locavi: statuique in eo me non officii solum fructum, sed etiam pietatis laudem debere quaerere. Neque vero cuiquam salutem, ac fortunas suas tantae curae fuisse umquam puto, quantae mihi sit honos eius, in quo omnia mea posita esse decrevi. Huic te unum tanto adiumento esse, si volueris, posse intelligo, ut nihil sit praeterea nobis requirendum. Habemus haec omnia: bonorum studium conciliatum ex tribunatu, propter nostram (ut spero te intelligere) causam; vulgi, ac multitudinis, propter magnificentiam munerum, liberalitatemque naturae; iuventutis, et gratiosorum in suffragiis studia, propter ipsius excellentem in eo genere, vel gratiam, vel diligentiam; nostram suffragationem, si minus potentem, at probatam tamen, et iustam, et debitam, et propterea fortasse etiam gratiosam. Dux nobis, et auctor opus est, et eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam, et quasi gubernator; qui si ex omnibus unus optandus esset, quem tecum conferre possemus, non haberemus. Quam ob rem, si me memorem, si gratum, si bonum virum, vel ex hoc ipso,

---

merita] Hoc verbum, quod vulgo abest auctore Martyni-Laguna restitui.

cumulare atque illustrare] Sic Graevius e Ms. quod concinnius videtur quam vulgatum *cumulandoque illustrare*.

quod tam vehementer de Milone laborem, exiſtimare potes; ſi dignum denique tuis beneficiis iudicas: hoc a te peto, ut ſubvenias huic meae ſollicitudini, et huic meae laudi, vel, ut verius dicam, prope ſaluti tuum ſtudium dices. De ipſo T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, gravitatis, conſtantiae, benivolentiaeque erga te, ſi complecti hominem volueris, habiturum eſſe neminem. Mihi vero tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris, ut eundem te facile agnoſcam fuiſſe in laude mea, qui fueris in ſalute. Ego, ni te videre ſcirem, quum ad te haec ſcriberem, quantum officii ſuſtinerem, quantopere mihi eſſet in hac petitione Milonis omni, non modo contentione, ſed etiam dimicatione elaborandum, plura ſcriberem. Nunc tibi omnem rem, atque cauſam, meque totum commendo, atque trado. Unum hoc ſic habeto: ſi a te hanc rem impetraro, me paene plus tibi, quam ipſi Miloni debiturum. Non enim mihi tam mea ſalus cara fuit, in qua praecipue ſum ab illo adiutus, quam pietas erit in referenda gratia, iucunda. Eam autem unius tui ſtudio me aſſequi poſſe confido.

EPISTOLA CLXXIX. (ad Div. V. 18.)

Scr. Romae A. U. C. 701.

Coſ. Gn. Pompeio Magno III. primum ſine collega, ex Kal. Sext. Q. Caecilio Metello Collega.

Fadium, iudicio condemnatum, et exſulem huius incommodi cauſa conſolatur.

M. CICERO S. D. T. FADIO.

Etſi egomet, qui te conſolari cupio, conſolandus

T. Annio] Ex Papia gente Milo fuit, ut ait Pedianus; ſed ab T. Annio avo ſuo materno adoptatus, praenomen et nomen inde ſumpſit. *Manut.*

Epiſt. CLXXIX. *Fadio*] Ita rectius nomen ſcribitur,

ipse sum; propterea quod nullam rem gravius iamdiu tuli, qaam incommodum tuum: tamen te magnopere non hortor solum, sed etiam, pro amore nostro, rogo atque oro, te colligas, virumque praebeas, et, qua conditione omnes homines, et, quibus temporibus nati simus, cogites. Plus tibi virtus tua dedit, quam fortuna abstulit: propterea quod adeptus es, quod non multi homines novi; amisisti, quae plurimi homines nobilissimi. Ea denique videtur conditio impendere legum, iudiciorum, temporum, ut optime actum cum eo videatur esse, qui quam levissima poena ab hac re publica discesserit. Tu vero, qui et fortunas et liberos habeas, et nos ceterosque necessitudine, et benivolentia tecum coniunctissimos; quumque magnam facultatem sis habiturus, nobiscum, et cum

---

quam ut a nonnullis factum, *Fabio.* T. Fadius quaestor fuerat Cicerone consule, ac tribunus plebis inter eos fuerat, qui legi de Cicerone exsule revocando faverent. Ceterum hanc epistolam Pighius ad civilis belli tempora reiecit Annal. L. III. p. 335. Verior est Ragazonii sententia, quae eam sub tertio Pompeii consulatu scriptam esse iudicat.

incommodum tuum] Non, ut Schmiederus putat, de repulsa in praeturae petitione agitur; sed ut e verbis infra positis, *quum unum sit iudicium* etc. manifestum est, agitur de exsilio, quod Fadius, in iudicio publico condemnatus, subierat.

sis habiturus] Apte consolatur, qui et amico minuit opinionem praesentis mali et id ipsum tamen non diuturnum fore pollicetur. Quod utrumque Cicero praestat. Quum enim de levissimo Fadii incommodo iam dixisset, de spe reditus, tamquam minime dubia, subiunxit; fortasse, quod eum iudices non exsilii perpetui, sed aliquot annorum poena damnassent. Alioqui cur illi promitteret Cicero facultatem vivendi cum suis? *Manut.* Credibilius tamen videtur Fadio haud procul ab urbe, in Italia exsulandi ius fuisse. Eiusmodi exsulium recte Cicero poterat *levissimam poenam* appellare, id-

omnibus tuis vivendi: et quum unum ſit iudicium, ex tam multis, quod reprehendatur, ut quod una ſententia, eaque dubia, potentiae alicuius condonatum exiſtimetur: omnibus his de cauſis debes iſtam moleſtiam quam leniſſime ferre. Meus animus erit in te, liberosque tuos ſemper, quem tu eſſe vis, et qui eſſe debet.

EPISTOLA CLXXX. (ad Div. III. 1.)

Scr. Romae A. U. C. 701.

Scribit Appio Ciliciae proconſuli, Phaniam eius libertum, quem ut hominem prudentem et curioſum laudat, de re publica et Ciceronis erga Appium benivolentia narraturum. 1. Deinde Cilicem Appii libertum laudat 2. et L. Valerium ICtum commendat. 3.

M. T. CICERO APPIO PULCHRO IMP. S. D.

Si ipſa res publica tibi narrare poſſet, quomodo ſeſe haberet, non facilius ex ea cognoſcere poſſes,

---

que non impediebat, quo minus liberos ſuos et amicos ſaepe videre, cum iisque vivere poſſet.

Et quum unum ſit iudicium]. Videtur excidiſſe *hoc* vel *tuum*. Nam nimis vage dictum eſt, ſine tali pronomine. Referenda etiam res ad certum tempus, quo multa iudicia fuere, conſulatum tertium Pompeii; ad quem et pertinere videtur, quod de potentia alicuius dictum eſt. *Erneſti.*

eaque dubia] quia condonatum unius potentiae iudicium exiſtimatur. De iudicum enim integritate non conſtat. Non tuo, inquit, delicto, ſed unius potentia ad gravium ſententiarum numerum acceſſit. Hic Pompeio parcit tribus modis; non enim dicit, *eaque corrupta*, ſed *eaque dubia;* non *potentiae Pompeii*, ſed *potentiae alicuius*, nec *condonatum ſit*, ſed *condonatum exiſtimetur.* — *Manut.*

quam ex liberto tuo Phania: ita est homo non modo prudens, verum etiam, quod iuvet, curiosus. Quapropter ille tibi omnia explanabit. Id et ad brevitatem est aptius, et ad res providentius. De mea autem benivolentia erga te, etsi potes ex eodem Phania cognoscere: tamen videntur etiam aliquae meae partes. Sic enim tibi persuade, carissimum te mihi esse, quum propter multas suavitates ingenii, officii, humanitatis tuae; tum quod ex tuis literis, et ex multorum sermonibus intelligo, omnia, quae a me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. Quod quum ita sit, perficiam profecto, ut longi temporis usuram, qua caruimus, intermissa nostra consuetudine, et gratia, et crebritate, et magnitudine officiorum meorum sarciam; idque me, quoniam tu ita vis, puto non invita Minerva esse facturum; quam quidem ego,

---

Epist. CLXXX. 1. *quod iuvet, curiosus*] Sic e MSS. ediderе primi Victor. et Lambin. pro *quod vidi.* Nempe necessarium erat, aliquid addi verbo *curiosus*, quo id ad bonum sensum vocaretur. Quod alias fit adverbio *bene;* nam et *male curiosi sunt. Ernesti.*

sic enim tibi persuade] *Enim* hic transitum facit, ut et alibi pro *ergo.* Unde et cum *igitur* permutatum notavimus in orationibus. Gebhardus tamen e MSS. duobus Palat. praefert: *Sic est: tibi persuade;* quod et accepit Graevius. Sed id tamen non bene convenit antecedenti et sequenti, ut opinor. Forte fuit *ergo* per compendium scriptum, quo Cicero in tali transitu alias utitur. *Ernesti.* Fallitur Ernesti quod *enim* h. l. pro *ergo* positum esse putat, quo modo nec ponitur unquam nec poni potest. Semper *enim* caussale est, semper *ergo* conclusivum. Et hoc loco Cicero dicit suas esse partes debere in benivolentia erga Appium declaranda, quod is sibi longe carissimus sit. Ergo particula *enim* antecedentis sententiae rationem reddit, vimque propriam hic, ut ubique, servat.

crebritate] *celebritate* habuere MSS. duo, a Gebhardo inspecti, et quam ille di-

ſi forte de tuis ſumpſero, non ſolum Pallada, ſed etiam Appiada nominabo.

Cilix, libertus tuus, antea mihi minus fuit no- 2
tus; ſed ut mihi reddidit a te literas, plenas et amoris, et officii, mirifice ipſe ſuo ſermone ſubſecutus eſt humanitatem literarum tuarum. Iucunda mihi eius oratio fuit, quum de animo tuo, de ſermonibus, quos de me haberes quotidie, mihi narraret. Quid quaeris? Biduo factus eſt mihi familiaris: ita tamen, ut Phaniam valde ſim deſideraturus. Quem quum Romam remittes, quod, (ut putabamus) celeriter eras facturus, omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari a me voles, mandata des velim.

L. Valerium, iureconſultum, valde tibi com- 3
mendo: ſed ita etiam, ſi non eſt iureconſultus. Melius enim ei cavere volo, quam ipſe aliis ſolet. Valde hominem diligo. Eſt ex meis domeſticis atque intimis familiaribus. Omnino tibi agit gratias: ſed idem ſcribit, meas literas maximum apud te pondus habituras. Id eum ne fallat, te etiam atque etiam rogo. Vale.

---

cit ed. prima. Ea eſt editio Spir. 1469. it. Venet. 1471. Ceterae edd. vett. etiam Rom. habent *crebritate* quod verum eſt; nec bene illud a Graevio receptum eſt. *Celebritas* non in talibus rebus dicitur, quales ſunt officia, ad exprimendam multitudinem. *Erneſti.*

ſi forte de tuis ſumpſero] Si Minervae ſtatuam forte, e magna quae tibi eſt ſignorum copia, emero, aut quacumque ratione meam fecero.

EPISTOLA CLXXXI. (ad Div. XIII. 75.)

Scr. Romae A. U. C. 701.

Avianum Flaccum commendat Titio legato in causa frumentaria.

M. T. CICERO T. TITIO T. F. LEGATO, S. D.

Etsi non dubito, quin apud te mea commendatio prima satis valeat, tamen obsequor homini familiarissimo, C. Aviano Flacco: cuius causa omnia tum cupio, tum mehercule etiam debeo. De quo et praesens tecum egi diligenter, quum tu mihi humanissime respondisti; et scripsi ad te accurate antea: sed putat interesse sua, me ad te quam saepissime scribere. Quare velim mihi ignoscas, si illius voluntati obtemperans, minus videbor meminisse constantiae tuae. A te idem illud peto, ut de loco, quo deportet frumentum, et de tempore, Aviano commodes: quorum utrumque per eumdem me obtinuit triennium, dum Pompeius isti negotio praefuit. Summa est, in quo mihi gratissimum facere possis, si curaris, ut Avianus, quando se a me amari putat, me a te amari sciat. Erit id mihi pergratum. Vale.

Epist. CLXXXI. *Legato*] rei frumentariae praeposito, ut infra cognoscitur. *Manut.*

dum Pompeius — praefuit] Non triennium sed quinquennium frumentario negotio praefuit Pompeius. Notat igitur Cicero tempus, non quo Pompeius eam curam gessit, sed quo beneficium Aviano impetravit. *Manut.*

isti negotio] rei frumentariae, ut praefectus annonae. Usus ergo est negotiatoribus frumentariis, sed ita ut et ipsi lucrum facerent honestum. *Ernesti.*

EPISTOLA CLXXXII. (ad Div. VII. 2.)

Scr. Romae exeunte Decembr. A. U. C. 701.

Emptionis negotium, ſibi mandatum, poſt iocos (nam et ipſe inter heredes bonorum erat, quae emi volebat Marius) diligenter ſe curaturum dicit. Deinde reſpondet gratulationi de Planco Burſa, qui Cicerone accuſante, damnatus fuerat, quo iudicio quantum laetetur, ſignificat. 2. *Denique ut ſibi per occupationes, quibus diſtineatur, mox Marium videre liceat, optat.* 3.

M. T. CICERO M. MARIO, S. D.

Mandatum tuum curabo diligenter. Sed homo acutus ei mandaſti potiſſimum, cui expediret, illud venire quam plurimo. Sed eo vidiſti multum, quod praefiniſti, quo ne pluris emerem. Quod ſi mihi permiſiſſes, qui meus amor in te eſt, confeciſſem cum

---

Epiſt. CLXXXII. 1. *ſed eo vidiſti multum*] etiam hoc cum ioco et ironia dictum. Etſi enim Marius praefiniverat, quo ne pluris Cicero emeret, hic tamen, ſi ſuum potius quam Marii commodum ſpectare vellet, licitatorem apponendo efficere poterat, ut res etiamſi non pluris, tanti tamen veniret, quantum ille definiviſſet, nec minore pretio ei emeretur.

quo ne pluris emerem] Manutius: „mandaverat enim, inquit Ciceroni Marius, ut vel ſuam venderet, vel aliorum coheredum partem emeret." At haec prorſus aliena ſunt. Marius tantum Ciceroni mandaverat, ut ex bonis hominis cuiusdam defuncti, cuius inter heredes ipſe Cicero eſſet, quaedam ut tabulas, ſigna et id genus alia ſibi emeret, pretium tamen praefiniverat, quod excedere in emendo Ciceronem nollet.

coheredibus. Nunc, quum tuum pretium novi, licitatorem potius ponam, quam illud minoris veneat. Sed de ioco satis est. Tuum negotium agam, sicut debeo, diligenter.

2. De Bursa, te gaudere certo scio. Sed nimis verecunde mihi gratularis. Putas enim, ut scribas, propter hominis sordes, minus me magnam illam laetitiam putare. Credas mihi velim, magis me iudicio hoc, quam morte inimici laetatum. Primum enim iudicio malo, quam gladio; deinde gloria potius amici, quam calamitate. In primisque me

---

licitatorem potius ponam] Gruterus cum Victorio edidit: *in licitatorem potius ponam*. Sed *in* latinitas non fert, et abest Ms. meo, Gu. et edd. pr. nonnullis; nam ed. 1471. habet, item aliae, sed *in licitationem*. Itaque cum Graevio delevimus. Pro *ponam* Graevius dedit *apponam*; et esse ait in edd. vett. In meis non est. Etsi *apponere* in hac re usitatius est, tamen et *ponere* a Cicerone sic dicitur. Citius autem *ponere* mutetur in *apponere*, quam hoc in illud. *Ernesti.*

2. *de Bursa*] T. Manutius Plancus Bursa hoc anno tribunus plebis acerbissimis concionibus Milonem et Ciceronem vexaverat; eoque incitante plebes curiam incenderat. Itaque post depositum tribunatum a Cicerone lege Pompeia de vi accusatus, et damnatus in exsilium abiit.

quam morte inimici] Clodii a Milone hoc anno a. d. XIII. Kal. Febr. interfecti.

deinde gloria potius amici, quam calamitate] non tanti mihi est inimicorum exitium, ut eos perditos velim cum amicorum calamitate, quod accidit in Clodio. Eum enim occidit Milo et eo crimine calamitatem subiit exsili. *Manut.* Quod praecedit pertinet ad Clodium: malle se dicit inimicos suos poenas dare per iudicium quam per mortem. Itaque se magis laetari Bursae exitio, quam Clodii morte: hoc ad Milonem, qui accusaverat Bursam. Illius igitur se ait, gloria ex illo iudicio magis laetari, quam

delectavit, tantum ſtudium bonorum in me exſtitiſſe contra incredibilem contentionem clariſſimi, et potentiſſimi viri. Poſtremo, vix veriſimile fortaſſe videatur, oderam multo peius hunc, quam illum ipſum Clodium. Illum enim oppugnaram: hunc defenderam. Et ille, quum omnis res publica in meo capite diſcrimen eſſet aditura, magnum quiddam ſpectavit; nec ſua ſponte, ſed eorum auxilio, qui me ſtante ſtare non poterant: hic ſimiolus, animi cauſa, me,

---

Burſae calamitate, i. e. exilio. Hic eſt ſenſus loci quem interpretes non ſunt aſſecuti. *Erneſti.* Immo vero Erneſtius longius quam ceteri a vero horum verborum ſenſu aberravit. Primum enim Burſa non a Milone accuſatus eſt, ſed a Cicerone. Milo enim III. Id. Apr. de vi accuſatus ac damnatus dudum Maſſiliam exſulatum abierat. Burſa autem accuſari non poterat, antequam ſe tribunatu abdicaſſet. Id autem factum eſt initio Decembris eiusdem anni. Deinde verba *gloria potius amici quam calamitate*, neceſſario ſic interpretanda, ut *amici* pariter ad vocabulum *gloria* atque ad *calamitate* referatur. Itaque tota ῥῆσις ſic intelligenda: *Primum enim iudicio uti malui in perdendo inimico Burſa, quam gladio; deinde gloria* potius amici (Milonis quam ex occiſo Clodio retulit et quam ego ex damnatione Burſae, a me accuſati refero) *quam calamitate* (nempe exſilio, cuius mihi periculum ſubeundum fuiſſet, ſi Burſam gladio potius quam iudicio vindicaſſem.) Ceterum pro *malo* Cicero ſcripſiſſe videtur *malui.*

contentionem clariſſimi et potentiſſimi viri] Pompeii conſulis, qui ut Dio Caſſius lib. XL. teſtatur, laudationem Burſae ad iudices miſerat, quam Cato eodem teſte negabat admittendam eſſe, vel ut Plutarchus in Pompeio narrat, aures obturans, audire ſe nolle declarabat, οὐ καλὸν ἔχειν αὐτῷ παρὰ τὸν νόμον ἀκούειν τῶν ἐπαίνων.

aditura] Sic Lambinus e Mſſ. bene. Vulgo *habitura.*

eorum auxilio] improborum civium. Univerſe loquitur, neminem nominando; fuiſſent enim et Pompeius, Caeſar, Craſſus notandi.

in quem inveheretur, delegerat; persuaseratque nonnullis invidis meis, se in me emissarium semper fore. Quam ob rem valde iubeo gaudere te. Magna res gesta est. Numquam ulli fortiores cives fuerunt, quam qui ausi sunt eum contra tantas opes eius, a quo ipsi lecti iudices erant, condemnare. Quod fecissent numquam, nisi iis dolori meus fuisset dolor. Nos hic multitudine, et celebritate iudiciorum, et novis legibus ita distinemur, ut quotidie vota faciamus, ne intercaletur, ut quam primum te videre possimus.

---

a quo ipsi lecti iudices erant] Nempe iudices eodem modo in causa Bursae sortitus esse videtur, quo in Milonis causa usus erat. In hac enim Pompeius ex omnibus ordinibus trecentos iudices proposuerat, ex iisque octoginta et unum sortitus est. Ex his postquam accusator et reus quinos e singulis ordinibus eiecissent, unus et quinquaginta relicti sunt, XVIII senatores, XVII equites, et XVI tribuni aerarii. *Manut.*

multitudine et celebritate] Vulgo est *in multitudine et celeb.* Sed delevi *in* quod Victorius addidit e Ms. Vat. Est et in Gu. 1. sed altero et meo abest. *distineri* nunquam cum *in* dicitur. Ortum est in quibusdam libris e prima litera verbi sequentis, ut alibi. *Ernesti.*

ita distinemur] Magnitudinem occupationis Cicero tribus causis definit, primum *multitudine* iudiciorum, quae faciebat ut *saepius* ei orandum esset; deinde *celebritate*, i. e. auditorum frequentia ob graves quae in iudicium venirent causas, quae ei *diligentius* et *accuratius* dicendi necessitatem imponebat; denique *novis legibus* Pompeii scil. initio consulatus sui latis; quibus novam et breviorem iudiciorum formam praescripserat, ut post testes tribus diebus auditos, uno eodemque die ab accusatore et reo peroraretur; quod in defensore praesertim magnam ex tempore dicendi facultatem requirebat.

ne intercaletur] ne mense Decembri a pontificibus dies aliquot intercalentur diesque festi, quibus Cicero urbe relicta villas obire et Marium invisere poterat, prorogentur.